gentiũ mouere in sinistruꝫ praue ferunẽ: ꝛ in aĩa sic est.
ad cõtraria. n. motus incontinen^{m}. ❡ Ad aliud cũ diciẽ
illa nõ põt intelligere. ꝯcediẽ de rebus mãlibus. ꝛ sensi-
bilibus: ꝙ nõ põt intelligere ea nisi abstrahanẽ per itel-
lectum agentẽ a fantasmatib⁹ ẽm ꝓpria accidẽtia. Sed
de rebus imaterialib⁹ ꝛ abstractis sufficit ꝙ ẽm fantas-
mata alioꝝ vt effectuũ suoꝝ sensibiliũ ꝛ ꝓprioꝝ abstra-
hanẽ: sed nõ opꝫ ꝙ abstrahanẽ a fantasmatibus ꝓprys
cũ sint abstracta. Vñ dõm ꝙ veruꝫ est ꝙ nõ possunt ab-
strahi ẽm ꝓpria fantasmata: que sunt ẽm ꝓpria accidẽ-
tia sensibilia: qꝛ illa nõ habẽt: sed tamẽ bene abstrahun-
tur ẽm fantasmata suorum effectuũ: qꝛ possunt cogitari

Opinio theolo⁹

Cõ. zz

Cõm. p̃. 2⁹ huius

Cõ. zz

Capi. 10.

Capi. 18.

τ fantasiari ſm effect⁹ ſuos ꝓprios: qꝛ quilꝫ motoꝛ hꝫ effectū ꝓpriū quē ꝓducit vt motū q eſt ei adeq̄tus effectus talr ꝙ nō poſſet maioꝛē vel melioꝛem facere: τ ſic poſſumus fantaſiari: τ intellus pōt preparari ad cognitionem abſtractoꝝ lumie intellus agētis: qꝛ abſtrahit iſta ſm fantaſmata ꝓprioꝝ effectuū. vñ bñ verum eſt ꝙ ſi nullo mō poſſent abſtrahi: nec ſꝫ fantaſmata ꝓpa: nec ſm fantaſmata ſuoꝝ effectuū: tūc nō eſſent itelligibilia: ſed hoc nō eſt: qꝛ cognoſcunť per fantaſmata alioꝝ vt motuū. vñ lꝫ intellꝰ agens nō faciat directe ad cognitiōeꝫ ſeparatoꝝ: tñ opať ad cognitionē eoꝝ aliqualiter: inquantū effectus eoꝝ qui ſunt po⁹ intellecti fiunt actu itellecti per eū ꝑ quos hēťur cognitio ſeparatoꝝ. vñ etiā Cōmentatoꝛ dicit. 8. phyſi. ꝙ nulla eſt alia via ad cognoſcendū pn⁹ abſtracta eſſe niſi motus. Et oēs alie ſunt dimiſſe: τ ſi eēt alia: Ariſt. tradidiſſet eā. Et iſte eſt modus cognitiōis abſtractorum ſm viā ſecundā ꝑus dictaꝫ: etiā poſſet aſſignari via ꝑma: que eſt ſm adeptioneꝫ intellus agentis τ dicta eſt ꝑus. ꝗ illuc recurras. ¶ Ad aliā rōnem magis diſtat ꝑmū itelligibile ab itellectu τc̄. poſſꝫ dici ꝙ verū eſt ſm eſſe: nō tñ q̄tū ad ꝓportōeꝫ mouentis τ mobilis: qꝛ magis ꝓportionať ens ꝑmuꝫ intellectui nr̄o q̄ ipm ꝑnciᵐ abſtractū ſenſui: quia nulla eſt ꝓportio inter illa vt vnū moueat aliud: τ aliud moueať. vñ lꝫ ſenſus nō poſſit apprehēdere ꝑnci⁹ abſtracta que dicunť termiata: lꝫ hoc nō concederēt Ariſt. τ Cōmētatoꝛ: qꝛ dicūt ea eſſe eterna: tñ intellus humanus pōt apprehēdere pn⁹ ſeparata vt deū. Aliter pōt dici negādo maioꝛē: qꝛ pᵐ itelligibile vt de⁹ τ intellꝰ humanus nō magis diſtāt: qꝛ ſunt aliquo mō in eodē genere. ſ. ſube ſaltē ꝑ reductionē: τ vtrūq eſt perpetuū τ īmāle: qꝛ Ariſt. dicit. 2°. de anīa: loquēs de itellectu ꝙ ſeparať hoc ab hoc: ſicut perpetuū a corruptibili: ſꝫ ſecus eſt de ſenſu τ ꝑncipijs abſtractis: qꝛ ſenſus nō eſt de genere ſube: τ eſt gnābilis τ corruptibilis. 2°. τ 3°. d anīa: ſꝫ abſtracta ſunt ingnābilia τ icorruptibilia. ergo magis diſtāt q̄ intellectus humanus τ de⁹. ¶ Ad ꝯfirmatōeꝫ. in finituꝫ nō pōt comprehēdi τc̄. Dōm ꝙ infinitū eſt duplex vt ſufficit ad pn̄s ſm Ariſto. τ Cōmētatorē. vno mō in vigore. alio mᵒ in duratione. Mō ſi eſt aliqd infinitū in vigore: τ totaliter infinitū illud nō pōt cognoſci ab intellectu: ſꝫ infinitū in duratione pōt bñ cognoſci vt celū τ alia eterna. Tu dicis: ꝙ ꝑmus motoꝛ ſit īfinitus in vigore. Dicēdū ꝙ lꝫ hoc ſit verū ſm fidē τ veritatē: tñ Ariſt. τ Cōmētatoꝛ negarēt: qꝛ nō pōt ꝯuinci ex ſenſatis: τ phi nihil ponūt niſi ꝙ pōt ꝯuinci ex ſenſibus: ſed dicerēt ꝙ eſt īfinitus in duratiōe. Et tñ iſte motoꝛ ꝑmuſ: lꝫ in hoc cōueniat cū alijs motoꝛibus: q etiā ſunt infiniti in duratiōe: adhuc tñ differunt: qꝛ eſt aliqō īfinitū 3ᵒ. vt Cōmētatoꝛ in de ſuba oꝛbis: qō eſt ſcōm ꝑuationē depēdentie a ſuperioꝛi cauſa: qꝛ deus eſt infinitus in duratōe: ita ꝙ nō depēdet ab alio pn⁹ ſuperioꝛi: ſꝫ alij motores ſunt īfiniti in duratiōe: qui tñ depēdent ab alio motore: τ ita intellectus pōt cognoſcere infinitum: lꝫ nō ita perfecte cognoſcat: ſicut cognoſcunť a ſeipis: nō tñ oīno deficit intellus noſter a cognitiōe quiditatis eorum. ¶ Et ſi diceres ꝙ deus nō pōt cognoſci ꝑ effectū: qꝛ nō hꝫ effectū adequatū: qꝛ nullus effectus ſenſibilis pōt adequari virtuti ipſius dei: qꝛ nullus effectus eſt ſenſibilis vt motus: qn deus poſſit ꝓducere maioꝛē effectū. ¶ Similiter ſic pōt argui de intellectu agēte: qꝛ cognitōes rerū ſenſibiliū nō poſſunt adeq̄re virtutem intellectus agētis intellectui poſſibili: quia adhuc pōt ꝓducere maioꝛē effcm. ¶ Illud pꝫ ex dictis. Tñ ꝓpter maioꝛē manifeſtationeꝫ: dōm ꝙ nullus effectus adequať virtuti ſue cauſe. ꝯcediť adequatione ſm q̄titatē: qꝛ ſeparata nō hn̄t quātitatē: tamē ſm vigoꝛē τ ꝓportionē poſſunt adequare virtutem cauſe: qꝛ motus eſt tāte velocitatis: τ ita determinate ꝙ motoꝛ eius nō pōt facere ꝙ poſſit eſſe maioꝛ vel minoꝛ. Vñ ſm Ariſt. τ Cōmētatorē: motoꝛ ꝑmus nō eſt infiniti vigoris: τ ſm qualitatē motiōis. vñ ita limitati ſunt maiores vel minores motus. vñ etiā tanta eſt ꝓportio inter motoreꝫ τ mobile: ꝙ ſi eſſet plus vel minus de vna ſtella motoꝛ nō poſſet mouere. vñ oēs motores a ꝑmo ſunt finiti in vigore cū ſint virtutes imediate operatōis in magnitudine: ſed ꝑmus motoꝛ. vt dicit Cōmētatoꝛ. 8. phyſico. nec eſt finitus: nec infinitus in vigore: cū nō ſit pnciᵐ imediatū operatiōis: quāuis hoc ſit ꝯ fidē τ veritatē. ¶ Et tu dicis: q̄s eſt effectus adequatus virtuti primi motoris. Diceret Cōmētatoꝛ: ꝙ totus mundus. vñ ſm pn⁹ Ariſt. nō poſſet maioꝛē effectū ꝓducere: τ ſic ſufficit ꝙ ex fantaſmate ꝓprij effectus τ adequati virtuti eius pōt perueniri in cognitionē eius. ſilr ſi quelꝫ intelligen⁹ poſſet facere motū perfectioꝛē q̄ ſit motus ꝓpri⁹ ei⁹. tūc po⁹ ei⁹ eēt fruſtrata magno tēpore: qꝛ nō eſt viſum ꝙ fecit maioꝛē effectū motu ꝓprio. Similr itellectus agēs nō pōt facere maioꝛē effectū q̄ cognitionē omniuꝫ ſenſibiliū: τ per hoc cognoſciť ſufficiēter per intellcm̄ poſſibilem quādo ꝯiūgiť ei vt forma. ¶ Nō lꝫ ita dicerēt Ar. τ Cōmētatoꝛ: tñ alr eſt dōm ſm fidē τ veritatē: ꝙ deus pōt facere maioꝛē effectuꝫ τ excellentioꝛē quocūq effectu qui fuit eſt τ erit: ſed hoc nō pōt conuinci ex ſenſatis: tamē debemus credere firmiter. vt dcm̄ eſt. ¶ Ad aliā rationem. Illud ad qō ſe hꝫ intellus noſter: ſicut cecus a natiuitate τc̄. Dōm ꝙ ex parte cecitatis oculi poſſunt duo ꝯſiderari. vnū eſt defect⁹ potētie viſiue. Alio modo carentia actualis viſionis. modo maioꝛ eſſet vera: ſi nō intelligere ꝑnci⁹ abſtracta eſſet ſimile cecitati in oculo ꝑmo modo quo ad defectū potentie viſiue: qꝛ nō cognoſceret illa: quoꝝ non intelligere aſſimilať cecitati iſto mō dicto: Sed ſi nō intelligere eſt ſimile cecitati quo ad carentiā actualis viſiōis. ſic bñ pōt itelligere illa. ¶ Ad minoꝛē. Tu dicis: ꝙ nō itelligere ꝑncipioꝝ abſtractoꝝ τc̄. Dōm nō eſt ſimile cecitati in oculo quo ad defectū potētie viſiue. ſed quo ad carentiaꝫ actualis viſionis. vñ ſicut aliquis carens actuali viſione nō videt. ſic intellectus noſter ꝑmo caret cognitiōe ꝑncipioꝝ abſtractorum: τ hoc quo ad pnᵐ vnionis intellectus ad corpus. ſic aſſimilať ceco quo ad actualis viſionis carentiā: τ hoc pꝫ inſpicienti ꝯᵐᵐ: qꝛ dicit: ꝙ res ſeparatas nō intelligere per intellectū humanū eſt in intellectu noſtro poſſibili ſile cecitati in oculo: τ hoc an̄q̄ intellus perficiať: ita ꝙ vult ꝙ in pn̄°. cū intellectus vniť corpori hꝫ ſimilē ꝓportioneꝫ ad ſepata: ſicut cecitas in oculo. vñ ſicut cecitas in oculo non dicit aliquē habitū poſitiuū per quē diſcernit colores. ſic negatio cognitiōis ſeparatoꝝ in intellectu noſtro nō dicit habitū poſitiuū erroneū: per queꝫ erremus de ſepatis in cognitōe veritatis: ſꝫ diſſimile eſt: qꝛ cecus oculus in eternū ipediť a coloꝛibus: ſi hꝫ defectū potentie viſiue: τ nūq̄ pōt diſponi vt cognoſcat colores: ſꝫ intellectus: lꝫ in ꝑnci⁹ habeat negationē cognitionis ſeparatoꝝ: tñ pōt diſponi per intellecta ſpeculatiua: quando omnia ꝑfecte cognoſcit per abſtractionē intellus agentis: que eſt per effectus τ motus. vt dictuꝫ eſt prius. vñ

Com. 3.

Nō ē taĺ obꝫ τ potētiā ñ reqriť ꝓportio in eēntia: nec in modo eſſendi: ſꝫ nec in natura: ſꝫ requiritur proportio motiui et mobiľ Scotus in. q. 3. ſecundi huius.

T. 3. 21. τ. 22.

Cō. eod.

2° ce. cō. 63. 8. ph. T. c. 78. τ. 79. 12. meᶜᶜ. T. c. 41.

Cō. 79.

9°. meᶜᶜ. Cō. 22.

Cō.zz

Cōmētator dicit: hec vba.9.hui⁹: q̄ itelligere eas nō est verū: et cū dicimus q̄ apud nos nō est verū de substātijs simplicibus: nō intendimus q̄ accidit nobis error q est ignorātia fm habitū: sz accidit puatio veritatis: que est ignorātia tm: et h est in vtute rōnali. sic cecitas in oculo. vn̄ ēt Ar.hz lr̄az negatiuā di. q̄ ignorātia que est in vtu te nō est qualis cecitas: sz Cōmentator hz lr̄az affirmati uam et intellige. vt dcm̄ est. ¶ Ad aliā rōnem. Illud qḋ nō est nobis licitū etc. Dōm q̄ licitū est itellectui nostro ingrere secreta dei. vn̄ dicit Seneca. Non debet esse no bis ppōi arguta differere: nec p̄hiaz ex sua maiestate in hanc angustiaz distrahere: sanctius et tutius est ire recta et aperta via: q̄ sibi flexus dirigere: Et itelligit disputa tiones vt actiones sophisticas: et arguibiles: quas cū ma gna molestia debemus relegare: neq̄ eniz quicq̄ ad sūt tales disputatiōes nisi spa^m capere visus: discol' enim po tius q̄ naturale: et in visum mentem extollere: magna enim res et generosa est animus humanus: nullus.n. pōt nisi cōes det terminos patitur. Et sic pz q̄ vult Seneca q̄ licitū sit nobis inquirere cognitionem dei: lz non ita pfecte cognoscamus ipm̄ et clare: vt ipse se. vt dictuz est pus. ¶ Ad auctoritatē Catonis dicit q̄ illa est falsa au ctoritas: et multū perniciosa: quia multos retraxit ab in quisitione et cognitione dei. vnde auctor nō bene dicit in hoc: q̄ homo debet inquirere secreta dei vt hēat cogni tionē de eis. ¶ Uel alr̄ pōt dici saluādo Catonez q̄ du plices sunt hoīes et iuuenes: vt pz p̄mo et.io. ethyc. et p cō mentatorez. p̄mo celi et scḋo huius: q̄ aliqui hoīes ex na tura indiuiduali nō sunt apti ad aliquas sciās: vt specu latiuas et ad metaphysicā. Alij sūt apti ad aliquas scien tias speculatiuas. Illis dixit mitte archana dei etc. q̄ no li comedere panem p̄hoꝝ inutiliter: q̄ non es aptus ad p̄hiam: sed ad arandum: et ad scientias mecanicas. vnde sic posset dici ad quēlibet rudem non cures disputare et philosophari: q̄ non es aptus ad hoc: sed forte nō loque batur de illis qui sunt apti ad scientias speculatiuas. Et sic ad illud.

Querere senecā
Cō.zz
Cō.i5.

Questio V.

T.c.4

¶ Quapropter semper existentium etc.

QUeritur circa istam partez. vtrū sub stantie eterne alie a p̄ma de pendeāt a p̄ᵒ tanq̄ ab aliquo agēte et efficiēte. ¶ Et arguit̄ primo q̄ sic. in quolibet genere causaꝝ est primū qḋ est causa oīum alioꝝ: sz agens est vnū genus cause: quare in genere cause agētis est p̄mū agens a quo oīa alia dependent tam eterna q̄ non eterna: maior pz. z^ᵒ huius. vbi Ar. demōstrat statuz esse in causis: ergo in quolibet genere cause est p̄muz qḋ est causa oīum alioꝝ: minor pz. q̄ agens est vnuz genus cause: vt pz. 5^ᵒ. huius. et z. physicoꝝ. ¶ Item fm cōmēta torez. iz. huius: et in de suba orbis: idē est agens et finis in separatis a materia: sed alique substātie eterne causate sunt sepate materia: vt intelligētie: et depēdent a p̄ᵒ cau sa in genere cause finalis: q̄ deus est finis oīum: q̄re etc. ¶ Itez motor celi: aut solū agit motū: aut etiam subam mobilis. p sufficiētē diuisionē: sz nō agit solū motū. pba tio: q̄ forma non fit. 7. huius: sed motus est forma: q̄ est actus entis in potentia. ergo nō facit tm̄ motū: sed etiaz subam mobilis: et illa suba vt celū est eterna: ex p̄ᵒ. celi.

T.cō.5.
T.cō.z.
T.c.z8
iz.me^ce.
c.36.38.
et.44.
T.c.z7
et.53.
T.c.zo.

Oppositum videt̄ velle Aristo. in p̄dicta litte ra. vbi dicit: quapropter semp exi stentiū p̄n^ᵒ semp esse verissima necesse est. nō.n. q̄n̄q̄ ve ra sūt: q̄n̄q̄ nō: nec illis causa aliqd est vt sint: sz illa alijs. Et pōt argui rōne. omne agens p̄cedit effectū tpe: et hec est vera. iz. huius. vbi Aristo. ponit dr̄iam inter formā et agens: q̄ forma simul est cū effectu: sz cause agētes tpe p̄ores sunt effectu: sz suba eterna causata nō p̄ cedit ab alio tpe: q̄ sube semp sunt. p̄mo celi: sz ni hil est p̄us tpe illo qḋ semp est. ¶ Nōndū ad intel lectū qōnis: q̄ duplex est agens fm itentōez Arist. et expositor⁹ fm itentiōez Cōmētatoris. vnū est agens simplr̄ et ppriuz. Aliud agens dcm̄ fm silitudinē: et ista distō habet̄ partiz p Cōmentatorē sup. iz. hui⁹. Et quo ad p̄mā partē. vbi dicit: q̄ agens vex apud Aristo. nō ogregat inter duo diuersa: sz extrahit aliqd q̄ est in po^ᵃ ad actū: quo ad secundā partē habet̄ a Cōmentatore in p̄n^ᵒ. q̄rti celi. vbi dicit: q̄ sube eter ne nō hn̄t de q̄tuor causis nisi formā et finē: et si hn̄t agēs nō hn̄t nisi fm silitudinē. ¶ Nota z^ᵒ. tres p positiōes et suppōnes. vna est q̄ suba eterna non est in po^ᵃ ad nō esse: et hoc pōt pbari p Aristo. et Cōmē tatorē. p̄mo celi: q̄ si suba eterna esset in po^ᵃ ad nō esse. tūc posset esse et nō esse simul. ɔpo^ᵈᵒ ly nō esse si mul: cū hoc qḋ est esse: sz hoc est ɔ p̄mā dignitatez. vt pz. 4. huius. ɔn̄ia pbat̄: q̄ suba eterna: eo q̄ est eterna semp est: et si pōt nō esse: tunc signetur illud instās in quo pōt nō eē. et vocet̄ a: et in illo nō sit: q̄ possibili posito in esse nullū seq̄t̄ impoīe. mō in illo istāti. s. a. est: q̄ est eterna. ḡ in eodez istanti est et nō est. ¶ Scḋa ppō est: q̄ omne agens simplr̄ est p̄n^m motus et mutatiōis: et illud itelligit̄ p qd nois hui⁹ qḋ est cā agens: et q negaret hoc nō esset disputādū cū eo: et tn̄ pōt declari inductiōe: q̄ multa agentia sunt p̄n^m motus et mutatōis. Et hoc nō iest vni per alterū. mō q̄n̄ aliq̄ opatio iest plurib⁹ et nō iest vni p alterū: opz q̄ oīb⁹ insit p nām aliq̄ cōez. vt vult Aristo. et Lincon. p̄ᵒ. poste. et Cōmētator. z^ᵒ. de aīa: sz multa agentia sunt p̄n^m motus et mutatōis: et hoc nō iest vni p alterū. ḡ h est p nām alicui⁹ veri agen tis et primi: qḋ est simplr̄ agens. ¶ 3^ᵃ ppō est. q̄ ad oēm motū et mutatōez requirit̄ vnū subz: qḋ est in po^ᵃ ad oppo^m illi⁹ qḋ itroducit̄ p motū. vn̄ est i po^ᵃ ad eē et nō eē: et hoc pz p inductōez. calefactio.n. hz subm qḋ est in po^ᵃ nō solū ad caliditatē: sz ēt ad fri giditatē: et sic de alijs. ¶ Tūc dōz ad qōnē fz iten tionē Ar. et Cōme^tⁱˢ: q̄ nulla suba eterna cāta ē ab agēte simplr̄. ¶ z^ᵒ. dōm: q̄ aliq̄ sube eterne sūt ab agēte dicto fm silitudinē. ¶ Rō p̄ᵉ ɔnis. Si aliq̄ suba eterna cāta eēt ab agēte simplr̄ et vere: tūc ali q̄ suba eterna posset nō eē: qḋ est ipoīe ex p̄ᵃ suppō ne: q̄ est oppo^m p̄ᵉ dignitati: ɔn̄ia pz: q̄ postq̄ ista suba eterna eēt ab agēte simplr̄ et vere h eēt p mu tationē et motū p secūdaz suppōnē: q̄ agēs vex nō agit aliter nisi p mutatiōez et motū. Tunc fm 3^am suppōnē ad motū et mutatōez regrit̄ subz: qḋ est in po^ᵃ ad oppo^m illi⁹ qḋ acgrit̄ p motuz: et sic posset nō eē. ¶ Itē si suba eterna cāta eēt ab aliquo vo agē te put agēs distiguit̄ ab alijs causis: tūc si l eēt et nō esset. hoc est ipoīe: q̄ est ɔ p̄mā dignitatē: ɔn̄ia pz: q̄ ois pductio ab agēte simplr̄ est a nō eē in eē: tūc si pducit̄ suba eterna a nō eē in eē: vel in eodē istā ti tūc hz eē in quo nō est: vel in alio. Si in eodē istā ti pducit̄ in eē in quo nō est: tūc aliqd sil' ē et nō est: et hoc est ipoīe. si in alio istāti hz nō esse: tūc iter il la duo istātia esset tp̄s mediū in quo nec esset: nec nō esset: qḋ est ipossibile: q̄ de quolz affirmatio vel nega^ᵒ etc. Et tu dicis forte q̄ in toto tpe p̄cedēti nō fuit: sz nō est dare vnū istās in quo nō fuit. illud nō valz: q̄ si l toto tpe p̄cedēti nō fuit: tūc nō eēt eter num: q̄ eternuz semp est. Et tu dicis: q̄ nō fit. ḡ est

T.a.16.
Cō.zo.zi.et zz.
iz.h⁹.cō.44.
Cōmē.p̄ᵒ.
T.c.ioi.vsq̄ a.t.c.4o.
T.c.8.
p̄ᵒ. poste.t.c.[illegible]
z^ᵒ de aīa.c.68

ɔ̃dictio. ¶ Adhuc forte diceres. ꝙ aliqd pōt esse ⁊ nō eē in eode instanti tpis. sed non in eodem instanti nāe. q̄ꝛ in vno instanti nature hꝫ esse: ⁊ in alio habet non esse. Illud nō valet. q̄ꝛ si in vno instanti nature hꝫ nō esse: tunc etiā in quolibet instanti nāe non esset. q̄ꝛ qua rōne eternuꝫ in vno instanti nāe non esset eadē rōne in alio: ⁊ sic in quolibet instanti nāe non esset. ⁊ ꝑ ɔ̃ns semper non essꝫ. ⁊ ponitur esse eternum: ⁊ semꝑ esse. Et sic est ɔ̃dictio. ¶ Rō 2ª ɔ̃nis. Illud qđ ɔ̃seruat̄ ab aliquo extrinseco: qđ est nobilius ⁊ ꝑfectius eo: dependet ab agente ſꝫ similitudinem. q̄ꝛ hoc intelligitur per agens ſm similitudinem. vt vult cōmētator 4º celi. cōmēto p. aliqđ extrinsecum: a quo aliquid dependet in esse ⁊ conseruari: sed suba eterna cāta dependet ab extrinseco in ɔ̃seruari ⁊ in esse: vt deo qui est nobilior oībus: quod aūt hoc sit veꝝ. pꝫ ex. iz. huius. vbi dicit̄

T.c.38. T.c.100

ab hoc principio depēdet celū ⁊ tota nā. Silr̄ ꝑ celi dicit̄ Ab hoc pn̄º oībus fluit esse his quidēꝫ clarius: his auteꝫ obscurius. ⁊ illud est finis oīum. q̄ꝛ illud agens ſm similitudinem non hꝫ aliquā cālitatem distinctam a causalitate finis: sed cōprehenditur sub fine: non quocūqꝫ modo. sed sub fine q est gratia cuius. ¶ Notandū ꝙ multe sunt difficultates que quasi hn̄tur pro demōstrationibus ꝓ alia parte. Prima est. oē qđ relictum proprie nāe esset nō ens dependet ab agente. ista est vera. sed quecunqꝫ suba citra deum relicta proprie nature esset nō ens. si deus subtraheret suam bonitatē ab eo. mō alique sube citra deū sunt eterne. quare. ⁊c̄. ¶ Itē oē qđ dependet ab extrinseco: ⁊ est ꝑꝑ ipsum dependet ab agente simplr̄. q̄ꝛ qđ dependet ab extrinseco: ⁊ est ꝑꝑ ipsum dependet ab agente simplr̄: vt distinguitur ab alijs cāis. q̄ꝛ esse ab alio: ⁊ esse ꝑꝑ ipsuꝫ sunt vnū ⁊ idē: vel diuersa. Si vnū ⁊ idem: tunc oē esse ab alio est ꝑꝑ ipsum. ⁊ hoc est falsuꝫ. q̄ꝛ aīal est a semine: ⁊ nō est ꝑꝑ ipsum: sed potiꝰ est econuerso. q̄ꝛ semen est propter aīal. ḡ opꝫ ꝙ esse ab alio ⁊ ꝑꝑ ipꝫ sint diuersa. Si diuersa. ergo est veꝝ ꝙ quicqd est ab extrinseco ⁊ est ꝓpter ipsuꝫ dependet ab agente simpliciter. q̄ꝛ non sunt plures cause extrinsece q̄ꝫ due. s. finis ⁊ efficiens; vt vult Cōmentator

A. l. causalitatē.

Cō.16. ⁊ 44.

izº huius. sed quecūqꝫ eterna causata dependent ab extrinseco: ⁊ sunt ꝑꝑ ipsuꝫ. q̄ꝛ eterna causata dependent ab aliquo extrinseco: vt a deo. q̄ꝛ ab ipso dependet celum: et tota nā. ⁊ sunt ꝑꝑ ipsum. q̄ꝛ nullus negat cālitatem finis a deo. ¶ Iteꝫ si suba eterna non dependet ab agente vel repugnat ei inquantū suba: vel inquantū est eterna: ⁊ hoc pꝫ ꝑ sufficientē diuisionē: sed non repugnat ei inquantuꝫ suba. q̄ꝛ tūc repugnaret oī sube effici ab agēte: qđ ē falsuꝫ. vt pꝫ in inferioribus: nec ei repugnat inquātū eterna. q̄ꝛ tunc oī eterno repugnaret dependere ab agente: qđ ē falsum. vt pꝫ in motu celi. qui est eternus: ⁊ causat̄ ab agēte.

Cō.33. ⁊ 41.

vt vult cōmētator. iz. hº. ¶ Iteꝫ sicut se hꝫ mā pª ad oēs alias mās. sic pᵐ agens ad oīa alia agentia ꝑ ɔ̃uenienteꝫ similitudinem: sed mā prima est mā oīum aliarum māerū. q̄ꝛ est mā. ḡ primū agens est ēt agēs oīuꝫ agentiū. sed alique sube citra primā sunt cāe agentes eterne. vt celū. ⁊c̄. ¶ Et ɔ̃firmat̄. sicut se hꝫ vltimꝰ finis ad oēs fines: sic pᵐ agēs ad oīa agētia: sꝫ vltimus finis ē finis oīum alioꝝ finium. vt deus. q̄ꝛ in h̄ oēs ɔ̃ueniunt. ¶ Itē mā prima est

T.c.82. T.c.27.

eterna: sꝫ depēdet ab agēte. ḡ ⁊c̄. maior est nota ꝑ phy. minor ꝓbat̄. q̄ꝛ totū cōpositū ꝑ ⁊ ꝑ se gnātur. 7. hº. ḡ mā ꝑ se gnātur. ꝓbatio hº. q̄ꝛ qđ debet̄ ꝑ ⁊ ꝑ se alicui toto: ɔ̃betur cuilibꝫ pti ꝑ se: sꝫ non ꝑ. ¶ Itē illud qđ hꝫ eē ab aliq̄ dependet ab eo tāq̄ꝫ ab agēte. h̄ pꝫ. sꝫ sube eterne causate habēt

T.c.100

eē a deo. q̄ꝛ dr̄ ꝑ celi. Ab hoc pnº depēdet oībus eē: his quidem clarius: his quidē obscurius. ¶ Istud pōt ɔ̃firmari

T. c.15. T.c.32.

auctoritatibꝰ. Prima est Arꝫ. 8. phy. vbi dicit. ꝙ nihil ꝓhibet eternoꝝ alteram esse cām. ¶ Itē Arꝫ. dic̄ primo celi. ꝙ deus ⁊ nā nihil faciūt frustra. ḡ deus facit aliquid: ⁊ maxime subas eternas. ¶ Itē cōmētator dicit in đ suba

Ca.ºz.

orbis. celum non solū indiget virtute dante sibi motuꝫ: sꝫ etiam virtute largiente sibi: ⁊ in substantia sua ꝑmanētiam. Et ibidē dicit ꝙ non ē drīa inter virtutem actiuaꝫ largiētem motum ⁊ ꝑmanētiam. ¶ Itē dicit cōmētator

Ca.co6.

ꝙ finis significat agēs significatione necessaria. si ḡ pma causa habet in se rationē cause finalis respectu eternorū: ergo hꝫ in se etiam rationē cause efficiētis. ¶ Itē dic̄ cōmētator. totum mouēs ē totuꝫ agēs. Et iste auctoritates probant principaliter đ celo. Et hoc sufficit ad propositū cum sit eternum. ¶ Dōm est ad ista ſm intentionē Arꝫ. ⁊ cōmētatoris. primo ponēdo quasdam auctoritates cōmētatoris que sunt in contrariū. Prima ē in 4º celi. vbi

Cō.p̄.

dicit. ꝙ eterna đ quattuor causis tm̄ habēt duas. s. formā ⁊ finē. Et si habēt agēs. hoc non est nisi ſm similitudinē. ¶ Itē dicit cōmētator. iz. hº. Modus modernorum in producēdo entia non ē verus. q̄ꝛ ponunt aliqua entia ꝓduci a pmo imediate: vt a vero efficiēte. Et dicit cōmētator ꝙ ab agēte proprio non procedit nisi abstrahere. ⁊ h̄

Cō.18. ⁊ 44.

est educere aliqd đ potētia ad actum. ¶ Itē ibidē dicit: Agēs apud Arꝫ. non congregat inter duo diuersa: sed extrahit illud qđ ē in potētia ad actum. vbi ḡ non ē potētia ꝓcedēs eē: ibi non ē verū efficiēs. ¶ Itē vbicūqꝫ Arꝫ. loquitur de efficiente vero dicit ipsum. vnde pnᵐ motus. quicqd ḡ non fit ꝑ motum: non habꝫ efficiēs verū. Et sic de alijs auctoritatibus q̄ possunt adduci. ¶ Ad primam difficultatē. cum dicitur. Qđ relictuꝫ proprie nāe. ⁊c̄. Dicendum ꝙ non opꝫ ꝙ depēdeat a veꝛo agente: sꝫ sufficit ꝙ depēdeat ab eo tāq̄ꝫ a fine: qui non est soluꝫ causa ī fieri: sꝫ etiam causa in conseruari. Et hoc verum ē de fine q est gr̄a cuius. Et tu dicis. ꝙ sublato pº quecunqꝫ suba alia a prima essꝫ non ens. ɔ̃ceditur. ḡ dependet ab aliquo agēte qđ ē finis qui conſuat eē. non tm̄ oꝫ ꝙ depēdeat a vero agēte. ¶ Ad aliam difficultatē cū dicitur. Illud qđ depēdet ab aliquo. ⁊ ē ꝑꝑ ipsum. ⁊c̄. pōt negari: q̄ꝛ iste propositiones. depēdere ab alio. ⁊ ꝑꝑ ipsum eandē depēdētiam realr̄ dicunt: sꝫ differāt ſm vocē. ¶ Ad ꝓbationē. esse ab alio: ⁊ eē ꝑꝑ ipsum. vel sunt idē. vl̄ diuersa. Dōꝫ. ꝙ nō sūt idē in omnibus: sꝫ tantum sunt idē in illis: in quibus repugnat depēdentia ab alio ꝑ motum. v̄. g. in istis mālibꝰ. vbi vnū depēdet ab alio ꝑ motuꝫ tāq̄ꝫ ab īperfectiori: vt aīal a semine: ibi esse ab alio: ⁊ ꝑꝑ ipsum sunt diuersa. sed in illis vbi vnum depēdet ab alio tāq̄ꝫ a ꝑfectiori: ibi sūt vnuꝫ ⁊ idē realr̄. Unde ista propositio: ꝙ eē ab alio. ⁊ ꝑꝑ ipꝫ sunt eadē. non est vlīs: sꝫ tm̄ hꝫ vītatē in illis in q̄bus repugnat dependere ab alio: sicut ēt illa propositio non ē vlīs. ꝙ itelligēs ⁊ intellm̄ in oībus sunt idē: sed tm̄ habꝫ veritatē in imālibus. ¶ Ad aliā. Si suba eterna. ⁊c̄. pōt dici ꝙ repugnat ei inquantum suba. Et tu dicis. ꝙ tūc repugnaret etiā oī sube. Dōm ꝙ non seq̄tur. q̄ꝛ reduplicatō non infert vl̄itatē ꝑdicati nisi in vniuocis. v̄. g. si dicerē. canis inquantū canis latrat. ḡ stella: sꝫ tm̄ infert vl̄itateꝫ in latrabili. mō suba nō dr̄ de sup̄ioribus ⁊ īferioribꝰ vniuoce. vt pꝫ. io. hº. ⁊ magis ꝑ cōmētātem. ḡ nō valet. ¶ Alr̄ pt

t.t.c.26

dici ad maioreꝫ. ꝙ illa diuisio est insufficiens. q̄ꝛ eternis dependere ab agēte neutro mō repugnat. nec inquātum suba: nec iquātū eterna. sꝫ eis repugnat ꝓ tāto. q̄ꝛ carent suba. qđ est in poª ad nō esse. q̄ꝛ illđ subm̄ recipit motū et mutatiōeꝫ. vt dcm̄ ē ī supposītionibꝰ. ¶ Ad aliā difficultatem sic se hꝫ mā. ⁊c̄. Dōꝫ ꝙ ē sile ⁊ dissile. Est sile ī h̄. q̄ꝛ sic alie māe nō pñt esse sine pª mā. sic nec alia agentia possunt esse nisi primum agens sit. Sed est dissile. q̄ꝛ materie approprīte habent cōditioneꝫ que arguit esse ex materia: q̄ꝛ sunt cōposite. q̄ꝛ ɔ̃positio arguit esse ex mā. sꝫ sube citra primam

non hñt talem ɔditionem que arguat esse ab agente.qꝛ il
la ɔditio est que arguit esse ex agēte:que est ꝙ hēat subꝫ:
qḋ sit in po°ad non esse:qꝛ alr̄ non fieret ꝑ mutationeꝫ q̄
requirit tale subm: vt dcm̄ est ṗus:sed eterna causata nō
habent talem potētiam ad non esse. ¶ Ad aliud. sicut se
hꝫ finis.ꝛc.Dōm ꝙ est sil'e ꝛ dissil'e.sil'e in hoc:qꝛ sicut vl
timus finis est melioꝛ oībus ꝛ nobilioꝛ. sic ṗm agens ē no
bilius oībus.Sed est dissil'e in hoc.qꝛ in alijs finibus ab
vltimo est aliquod gratia cuius concluditur dependere
a fine.vt imperfectio.qꝛ in oīb⁹ siue sint a nā:siue sint ab
arte:qḋ est minus perfectū ꝛ vilius:est ꝑꝑ melius ꝛ perfe
ctius.vt dr̄.7.pollitice.sed in agentibus alijs non est illḋ
gr̄a cuius concluditur ꝙ sint effectus producti.s.de po°.s.
a non esse in esse.qꝛ illā non hñt.qꝛ agens non produceret
aliqd nisi esset in po°ad vtrūqꝫ.s.ad esse ꝛ nō esse. ¶ Ad
aliud.mā ṗa ꝛc.ɔcedit̄.ſm Ar.dicis ꝙ mā.ꝛc.negat̄.Ad
probationē totū cōpositum.ꝛc.negatur.Tu probas:quia
forma non gnātur.verum est pro tanto.qꝛ non gnātur se
parata:ꝛ ꝑ se ɔsistens.sed bñ gnātur pro se.i.ſm nām sui:
ꝛ per se.vnde terminat gnātionem in alio:vt dicit Ar.in
7° h°.ꝙ agens facit spēꝫ hāc in alio. ¶ Tu forte dices.ꝙ
agens veꝝ non aliqḋ vnū in vno facit vt dicit cōmētatoꝛ
7.h°.cōmen.3i.Dicendum ꝙ intelligit ꝙ agens non agit
precise formā i mā sine dispōne sicut Plato dixit.ꝙ vnū
agens introduceret formā in māꝫ.qḋ non disponeret ma
teriam:sed aliud agens disponeret. Contra illum loqtur
Cōmentatoꝛ.sed bñ concedit ꝙ agens introducit vnum
in vno.i.formā in mām cum dispōne: Ita ꝙ idem agens
disponit materiam qḋ introducit formā. ¶ Ad aliā diffi
cultem.Illud qḋ dependet ab alio i esse.ꝛc. Non opꝫ.qꝛ
sufficit ꝙ habeat cām finalē:que dat esse ꝛ conseruat:ꝛ il
la cā finalis est agens ſm silitudineꝫ.ꝛ hoc non arguit ve
rum agens.vnde finis in superioribus non solum est ṗn
cipium operationis:sed etiam dat esse:ꝛ conseruat esse:lꝫ
hoc nō fit i inferioribus. ¶ Ad auctoritates omnes bre
uiter dicendum. ꝙ non arguunt agens verum quod ex
trahat aliqd de potentia ad actū:sed arguunt cāꝫ finaleꝫ
que dat esse ꝛ conseruat.vñ bene veꝝ est ꝙ eternoꝝ est
cā:sicut finis ꝛ forma.vt vult cōmentatoꝛ 4° celi.qꝛ eter
na de quattuoꝛ causis non habent nisi formā ꝛ finem. Et
si habent agens h̄ non est nisi ſm similitudineꝫ. Silr̄ qḋ
dr̄.deus ꝛ nā nihil faciunt frustra. non intelligit ꝙ faciat
eterna ꝑ motum:sed dat eis esse ꝛ ea ɔseruat. ¶ Simili
ter de alijs auctoritatibus cōmentatoris.celū non solum
indiget virtute.ꝛc.intelligit ꝑ virtutē largienteꝫ ꝑmanē
tiam eternā cām finalē que dat esse ꝛ ɔseruat. Similiter
ꝙ dicit.finis signat efficiens.ꝛc.loquitur de efficiente ſꝫ
similitudinem:non de vero efficiēte.Silr̄ qḋ dicit.totuꝫ
mouēs ē totū agens:loqtur de efficiente ſm silitudinem
qḋ est finis.qꝛ motoꝛ non solū est finis motus:ſꝫ etiam fi
nis subē mobilis.g̊ dicit.totuꝫ mouēs est totū agens.ꝛ sic
intelligatur de alijs auctoritatibus.

Ad rōnes ṗncipales.Ad primā.In quolibet gene
re cāꝝ est primū.ꝛc.conceditur.i quoli
bet genere cāe est primū:a quo oīa acta dependent: sicut
ṗa mā est a qua depēdēt oīa hñtia mām: ſꝫ non opꝫ ꝙ oīa
simplr̄ entia dependeant a mā ṗma.qꝛ ēt imālia nō depē
dent a mā ṗa.Sic est in proposito.ꝙ non opꝫ ꝙ oīa depē
deāt a ṗ agēte.ſꝫ tm̄ oīa facta ꝛ acta:ſꝫ si eterna sūt. vt po
nit Ar.tūc non sunt effecta:ꝛ acta.vñ ꝑ istā rōnem simili
ter probaret̄ ꝙ non esset dare ṗmā māꝫ.qꝛ oīa non depē
dent a prima mā.ſꝫ tm̄ mālia.sic non oīa depēdent a prio
efficiente in gn̄e efficiendi ꝑ motum: ſꝫ tm̄ acta ꝛ effecta.
¶ Ad aliā rōnem cuꝫ dr̄. In separatis a mā idem ē agēs
ꝛ finis.Dōm ꝙ propō non est ɔuertibilis.qꝛ bñ verum ē
ꝙ in separatis a mā quicqd est efficiens est finis: sed non
conuertitur ꝙ quicqd ē finis ꝙ sit veꝝ efficiens:nisi acci
piat̄ efficiēs ſꝫ silitudinē. ¶ Uel alr̄ pt̄ dici ꝙ i sepatis a
mā:ideꝫ est agens motū:ꝛ finis motus:sed secus est in re
bus mālibus:vt in nobis.qꝛ agens motū est in aīa:vt for
ma balnei:sed vt finis hꝫ eē ex aīam. sicut vult cōmenta
toꝛ.iz.h°.Et ita intelligit cōmentatoꝛ.ꝙ agēs motū in su
perioribus ē finis.ꝛ eꝯ.ꝛ non loqtur de cālitate istoꝝ: vt
a vero efficiēte.qꝛ non depēdent ab aliq̄ vero agente: ſꝫ
tm̄ ab agente ſm silitudinem. ꝙ agens est ideꝫ qḋ finis i
supioribus. ¶ Ad aliā dōm.ꝙ motoꝛ celi nihil facit nisi
motum tm̄.qꝛ celuꝫ est ingenitū ꝛ incorruptibile. Ad ꝓ
bationeꝫ.ꝙ tunc motoꝛ celi disponeret̄ illo accn̄te. Ad h̄
rn̄det cōmentatoꝛ i de suba orbis. ꝙ non opꝫ ꝙ illud qḋ
ꝓduc̄ aliqḋ accn̄s ꝛ effectū : qḋ disponat̄ illo formaliter:
sed sufficit v̄tute:sicut sol calefacit:non tm̄ est calidus for
maliter:silr̄ albū nigrificat. non tm̄ oꝫ ꝙ sit nigrū forma
liter.ſꝫ sufficit ꝙ v̄tute. ¶ Alij alr̄ dicūt ꝛ min⁹ bñ.ꝙ du
plex ē accn̄s.qḋdā hꝫ ɔriū. ꝛ qḋ illud facit: disponi opꝫ il
lo accn̄te. Aliud ē accn̄s qḋ ñ hꝫ ɔriū:vt mot⁹celi:ꝛ qḋ il
lud facit non oꝫ disponi formaliter illo. g̊ motoꝛ celi non
opꝫ ꝙ moueatur.prioꝛ solo est melior. ¶ Ad aliam ꝓba
tioneꝫ.ꝙ motus est forma.ꝛc.Aliq dicunt.ꝙ forma acci
dentalis bñ producit̄ ꝛ generatur: vt motus a motore i
mobili:sed forma subalis non ꝓducit̄ ꝑ se.g̊ ratio nō ɔpꝫ.
Alr̄ pōt dici ꝛ melius:ꝙ mot⁹ celestis fit sine suba mobi
lis:ita ꝙ motoꝛ celi solū motū agit excludēdo subam mo
bilis:ita ꝙ nullā hꝫ efficiētiā sup subam mobilis. Tu di
cis ꝙ forma nō fit.Dōm ꝙ forme nō repugnat ꝑ nām ei⁹
ꝛ ꝑ se qḋ gn̄etur in alio.vñ aliqd bñ ṗm ꝑ se de aliq̄:qḋ tm̄
est in alio.vt hr̄e tres.primo ꝛ ꝑ se cōpetit triangulo.ꝛ tm̄
triāgulus ē in alio.vt in suba coꝛ.ꝛ sic forma ꝑ se pōt ge
nerari:non obstante h̄ ꝙ sit in alio.bñ veꝝ est ꝙ nō gnā
tur per se.i.solitarie ꝛ diuisim.ſꝫ gnātur in alio ꝑ se ꝛ per
māꝫ ei⁹. ¶ Sed forte q̄res.vñ est h̄ ꝙ mot⁹celi est a mo
tore:ꝛ est eternus ꝛ suba mobilis non est a motore.vt ab
agēte.Cā huius est.qꝛ motus celi non est aliqḋ ꝑmanens
simul.si partes eius succedūt sibi.sed vna generatur post
aliam alia corrupta.vñ non sunt ꝑpetue:sed successiue ge
nerantur ꝛ corrumpuntur:vt hodierna circulatio ꝛ reuo
lutio corrumpit̄ adueniente crastina.g̊ mobile stans sub
vna reuolutione est in po° ad aliā successiue: ꝛ ēt ad suuꝫ
oppo.s.non eē.g̊ ꝑꝑ hoc dependet a v̄o agente.qḋ educit
illā po ad actum.sed suba mobilis est eterna: ꝛ vna po
non generat̄: ꝛ corrumpitur successiue post aliam. ſꝫ oēs
sunt ꝑpetue:ꝛ nō hñt po ad eē:ꝛ ad suū opp successiue.
ergo non dependent a motore tāq̄ a vero agente. qꝛ ille
motus requirit subiectum:qḋ est in po°ad esse ꝛ non esse.
¶ Hoc modo dicendum est ad qōnem ſm intentionem
Ar.ꝛ cōmentatoris ponentiuꝫ citra primū aliquas sub
stantias eternas.ꝛ si hoc esset verum non depēderet a ve
ro agente per motum. Sed tm̄ dōm ſm fidem ꝛ veritatē
ꝙ nihil citra primū est eternū:sed oīa inceperūt de nouo
esse.ꝛ ꝑ ɔñs producta fuerunt a primo principio tāq̄ ab
agente per creationem ex nihilo:saltem substātie abstra
cte.ꝛ illa creatio nō est motus:nec generatio vniuoce di
ctus cum motu inferiorum.sed alia productio superna
turalis que non potest conuinci ex sensatis ꝛ ex naturalib⁹:
ex quibus procedunt philosophi naturaliter loquentes:
sed tantum firmiter hoc credo ꝛ scio:non de ratione orta
ex sensatis.ꝛ hoc firmiter facit scripture doctoribus reue
renter assentire.vnde ex hoc ꝙ nescio demōstrare ex sen
satis.nec potest.quia est super sensibilia ꝛ naturam. tunc
simpliciter credendo ꝛ fideliter habeo meritum. ꝛ i hoc
etiam probatur creationis ꝛ saluationis excellentia vi

T.c.27

Cō.p.

Cō.36.

gorie sup agẽs quodlibꝫ naturale.: Qõ VI.

T.c.5. ¶ At vero ꝙ sit principiũ quoddam.ꝛc̃.

Super hanc ptez seu capitulum vbi Ar. probat statũ esse i causis. Querit vtrũ in causis efficientibus sit processus in infinitũ. Arguit̃ p̊ ꝙ sic: qꝛ gnõ est eterna ꝛ ifi^m. ex.8.phy.ꝛ.2° de gnõne.ĝ gnãntia ꝛ efficientia (tex.c.12.) (tex.c.56.) sunt infinita:ꝛ probat̃ ꝯña. qꝛ in q̃libꝫ gnõne requirit̃ generans ꝛ efficiens.ĝ si gnõ procedit in infi^m:tũc ẽt gnãn^s ꝛ efficiẽtia sunt infinita:ꝛ procedunt in ifi^m. ¶ Itẽ i qb^9 non est p̊^m nec vltimũ:ibi est processus in infi^m. qꝛ qd̃ caret vltimo ꝛ fine est infinitũ:ꝛ qd̃ caret finet ẽt caret p̊n̄: sed in cãis efficientibus nec est p̊^m:nec vltimũ.qꝛ añ quẽlibet hoiẽꝫ est hõ:ꝛ hõ hꝫ se in rõne cãe efficientis. ¶ Itẽ circulationes celestes sunt cãe effe^c inferiorum.ex primo (T.c.56.) methauroꝝ.ꝛ 2° de ge.ꝛ 8° phy. sꝫ circulationes celestes (T.c.60.) sunt ifinite. qꝛ añ q̃libet reuolutionẽ fuit reuolutio.

Oppositum vult Ar.i p̄dcã auctoritate. vbi dicit. At vero.ꝛc̃.nec i directũ:nec sm spẽm palam. Hoc cõiter exponit̃ ab expositorib^9.ꝙ Ar. p sm directũ intelligit cãs que ꝯueniunt in vna rõne formali:sicut in rõne cãe efficiẽtis ꝯueniunt oẽs cãe efficiẽtes.Et in rõne cause mãlis oẽs cãe mãles conueniũt. vñ dicunt ꝙ vna rõ formalis non variat spẽm: sꝫ solum sm sub ꝛ supra.inquantuꝫ est magis vel minus cõe:vt in gñe cãe efficiẽtis non proceditur in infinitum.ꝛ oẽs cãe efficiẽtes ꝯueniunt in vna rõne formali.s.efficiẽtis. lꝫ differunt sm magis cõe:ꝛ minus cõe:ꝛ sic de alijs:sicut sol homo.ꝛc̃.Et dicunt̃ cãe eẽntialr̃ ordinate. Sꝫ p spẽm itellit diuersa gnã cãꝝ:sicut mãlis finis efficiẽtis.ꝛc̃.Et dicitur ꝙ cãe eẽntialr̃ ordinate sunt ille qñ posterior d̄pendet a priore in eẽndo:ꝛ conseruando:ꝛ opando:qꝛ semp virtus posterioris cãe p̄supponit virtutẽ prioris:sicut se hñt iste cãe deus intelligẽtie celuꝫ. Sꝫ cãe accñtalr̃ ordinate sũt qñ posterior nõ d̄pẽdet a priore:nec in confuando:nec in cãndo:nec in eẽndo.qꝛ posterior causa põt producere suũ effectum sine virtute ꝛ remanẽtia prioris cãe : sicut se hꝫ pr̃ ꝛ filius.qꝛ filius põt gnãre sine suo patre. Unde etiam non d̄ necessitate filius presupponit patrẽ.qꝛ si filius precessisset patrẽ:gnãssꝫ patrẽ:sicut pater filiũ. Silr̃ dicim^9 ꝙ cãe eẽntialr̃ ordinate sunt cause diuersarum spẽꝝ. Ita ꝙ vna est magis perfecta:alia minus perfecta. sicut deus ꝛ intelligentie. Sed cãe accidẽtaliter ordinate sunt indiuidua eiusdẽ spẽi. ¶ Notandum vlterius.ꝙ lꝫ ita dicat̃ cõiter:tñ cã exercitij ꝛ quasi dubitando:aliter dico prius premittẽdo expositionẽ cõmẽtatoris sup dictam litterã: neqꝫ sm directuꝫ : neqꝫ sm spẽm. Uñ hoc exponit duplr̃. Uno mõ ꝙ p directũ intelligat cãs que sunt sil. q̃si i vno ordine recto sicut deus itelligẽtie celũ nã. ista sunt sil.qꝛ posterior non põt eẽ sine p̊ore. Sed p sm spẽm intelligit cãs:quarum vna est prior alia:non sil ad modũ reꝝ attributaꝝ vni spẽi.sꝫ vt vna caꝝ sit post aliam.ꝛ qñ posterior fuerit ꝙ p̊or corrumpatur vl̃ saltẽ q̊ ad opus possit nõ eẽ. Ita ꝙ qñ posterior ẽ in ope:non opꝫ ꝙ prima sit in ope:sꝫ sufficit opus ei^9 p̄fuisse.ꝛ sic itelligit cõmẽtator. Et saluo meliori iudicio intelligo cõmẽtatorem in cãis.quaꝝ vna de necessitate p̄supponit aliã:ꝛ opus eius necesse ẽ p̄fuisse.Et sunt eẽntialr̃ ordinate:non ꝙ qñ posterior est i ope: ꝙ prior sit i ope:sicut forte.cã exẽpli. ẽ ordo i virtutibus cognosciti uis.qꝛ intell's non intelligit nisi sensus p̊us fuerit in ope.qꝛ nihil intelligit nisi ex sensatis: Non tamẽ requiritur simul exñtia saltẽ quo ad opus.qꝛ intellectus p̄t intelligere albedinẽ quando visus actu non videt:sed tamẽ prius vidit.ꝛ sic de alijs v̄tutibus itellige. Et ista ptinẽt ad vnam spẽm:non ꝙ sint supposita vnius spẽi spãlissime.sꝫ intelligit p spẽm vnam eẽntiam:ad quam ptinẽt sicut ẽt forma animalis:ꝛ forma vegetatiua ad vnã eẽntiam hominis specificaꝫ ordinantur. Et sic intelligas de alijs causis:ꝛ consimiliter se habẽtibus sicut se habꝫ virtus gnãtiua ꝛ nutritiua. Et non loquor d̄ virtute gnãtiua quã virtus nutritiua reqrit simul in eodem indiui^o. vnde virtus nutritiua d̄ necessitate p̄supponit virtutẽ gnãtiuam.ꝛ tamẽ põt eẽ in corpore sine v̄tute gnãtiua:vt homo nutritur quando non gnãt:gnãtione diuisiꝫ ꝛ seorsũ: qꝛ bñ volo ꝙ virtus gnãtiua in ipso gnãt carnem:ꝛ illa ẽ coniuncta:ꝛ non in alio:vt vult Ar.in primo de gnãtiõe. (T.c.38.) Et ista ex^e addaxi causa exercitij ad expositionem Commẽtatoris : q̃ mihi ad p̄sens apparuerunt. Si autẽ alicui melius apparuerit de ista expositione cõmentatoris corrigat clemẽter. ¶ Alr̃ exponit cõmẽtator ꝙ p directum itelligat causas que sunt vnius spẽi:sicut homo fit ab homine:in illis non proceditur i infinitum. Istud videt̃ eẽ contra cõmẽtatorẽ ꝛ Ar.qꝛ bñ proceditur in infinitum i istis accñtalr̃ ordinatis.qꝛ infiniti hoies p̄cesserunt:ꝛ infinities stante eternitate mundi:vt vult Ar.ꝛ cõmentator. ¶ Ad hoc põt dici sicut dicit cõmẽtator.2°. de aĩa.ꝙ (Cõ.67.) d̄ exẽplo nõ reqritur v̄ificatio:sꝫ manifestatio. Uñ cõmẽtator intelligit in causis eẽntialr̃ ordinatis. vñ si iste cãe eẽnt essentialr̃ ordinate non procederetur in infinituꝫ. ĝ possꝫ exẽplũ reduci d̄ causis eẽntialr̃, ordinatis saluo meliori iudicio:sicut se hꝫ homo.al̃.corpus.ꝛc̃. Unde homo ꝛ forma hominis ꝛ corporis aĩati sunt ordinate sic.qꝛ forma hominis non agit vel ageret nisi eẽt forma animalis ꝛ corporis.Et dicis.ꝙ non ptinent ad vnã speꝫ. Dõꝫ ꝙ lꝫ alia sit forma animalis ꝛ corpis : ꝛ forma hoĩs. tamẽ oẽs ordinantur ad vnum.Et hoc intelligit p ptinere ad vnã spẽm.Et ista expositio presupponit pluralitatẽ formaruꝫ in vno indiui^o. Sꝫ si quis non concedat pluralitatẽ formarum in vno indiuiduo:ipse querat exẽpla congrua sꝫ vnitatẽ forme huic expõni. Mõ debes itelligere diligenter ꝙ non solum intelligo de forma aĩalis corporis.ꝛc̃.in eodẽ indiuiduo.sꝫ in diuersis. vñ licꝫ indiuidua accidentaliter ordinentur.tamen iste ordo est essentialis.s. ordo a forma animalis ad formã hominis.ꝛ ad formã indiuidui. Et addit cõmẽtator ꝙ per spẽm intelligit ea que sũt sub diuersis spẽbus collocatis sub vno gñe.v.g. vt ignis fit ex aere:ꝛ aer ex aqua:ꝛ aqua ex terra. Omnia eñi ista sunt cause conuenientes in gñe.qꝛ omnes conueniunt in materia:ꝛ diuersificãtur i forma. ¶ Nota ꝙ ex hoc põt accipi ꝙ cause sunt essentialiter ordinate quando posterior de necessitate p̄supponit priorẽ:vel quo ad eẽ ꝛ ꝯseruari:vel etiam quo ad operationem. Unde non opꝫ semper ꝙ prior sit saltem quo ad opus quando posterior ẽ in ope.sed sufficit ꝙ prefuerit in opere:sicut deductũ ẽ p̊us. Unde bñ volo ꝙ posterior causa presupponat prioreꝫ in essendo ꝛ operando.tamẽ posterior operatur.dato ꝙ p̊or non sit in opere cum posterior opatur: ꝙ etiam prior sit i opere ꝛ in esse in illis que habent situm. sed in carentib^9 situ non oportet ꝙ prior causa sit, salteꝫ quo ad opus: qñ posterior operatur.sed de necessitate presupponit operationem eius prefuisse.Et hec videtur eẽ intentio cõmentatoris. (Cõ.6.) vt pꝫ ĩspicienti cõmentum. qꝛ dicit ꝙ i vniuerso causarum situ impoĩe est procedere in infinitum. ꝛ hoc essentialr̃.ꝛ p carẽtes situ intelliguntur simul non existẽtes:saltẽ quo ad opus.bñ verum est ꝙ de necessitate posterior cã recipit v̄tutẽ a p̊^a. Ingre d̄ h̃ diligẽter. ¶ Tũc vlteri^9 cãe sunt accñtalr̃ ordĩate. q̃ꝝ vna non p̄supponit aliã de nẽcitate:nec i eẽndo:nec i opando:nec accipiẽdo v̄tutẽ ab ea nẽcio.sicut appꝫ de filio ꝛ pr̃e:qꝛ si filius pre/

cessisset p̄cem ita gn̄asset p̄cem: sic e͛. ¶ Nota ꝙ i causis accn̄talr ordinatis esse processuz in infi^m pōt duplr itelligi. Uno modo sic ꝙ oēs sint i actu. Alio mō successiue sic ꝙ vna adueniente: altera corrumpitur.

His visis dōe sunt ad q̄ōnez tres ꝯnes. ¶ Prima est. ꝙ in essentialr ordinatis simplr non est p̄cessus i infi^m. ad quā ꝯnem probandā p̄mittenduz est sic Ar. dic̄. ꝙ ō numero medioꝝ: extra que ē aliqd vltimū ꝛ p̄^m: neceē est ꝙ p̄^m sit cā oīuz alioꝝ: vt medij ꝛ vltimi. Et hoc p̄bat Ar. qꝛ vel p̄^m est cā vel mediū vel vltimuz: sed nō vltimū. qꝛ nihil sequeret̄ ad ipsū: sed cā est ad cui^o eē sequitur aliud. Siłr nec mediū erit cā. qꝛ illud tm̄ ē vni^o .s. vltimi. ꝛ sic non vniuersl. qꝛ non pōt esse cā primi. qꝛ p̄mum non sequitur mediū. g̊ relinq̄tur ꝙ primū sit causa oīum. ¶ Sed aliqs diceret: ꝙ media sunt plā q̄ʒ vnuz. g̊ mediū pōt esse cā pluriuz. qd̄ est ꝯ Ar. hoc remouet. Ar. dicēs. ꝙ nihil differt mediū eē vnū: aut plura: siue sint finita vel infinita. qꝛ semp̄ mediū non erit cā nisi vnius. qꝛ oīa media non differunt quo ad causalitatē. qꝛ oīa media dicuntur tm̄ respectu vltimi cā. ꝛ vnū non respectu alterius. qꝛ media sunt eadē quo ad rōnem medij: ꝛ vnū non erit aliud. vn̄ bn̄ volo ꝙ si alicuius finiti sint plures partes medie. non oēs p̄tes sil̄ mō sunt medie. nam quedam magis appropinquāt p̄. quedā magis vltimo: sed in infinito qd̄ nō hʒ p̄^m ꝛ vltimū nulla pars pōt appropiquare magis vel minus ad p̄^m. ꝛ sic oēs erūt equalr medie: ꝛ sic medium non erit cā pluriuz. ¶ Et qꝛ iteruz aliqs diceret ꝙ in infinito non sunt media. hoc remouet Ar. d. ꝙ infinitorum s̄m istū modū oēs p̄tes sunt medie: ꝛ oīo p̄tes infinite. qꝛ non est p̄^m nec vltimū in infinito. ꝛ sic oēs partes ei^o sunt medie. ꝛ per ꝯn̄s nullius erit cā. qꝛ mediū inquantū medium nō ē cā alicuius medij: cū omnia sint eadē i ratiōe medij. ¶ His visis arguit̄ sic. In q̄cūqꝫ genere causarum habet esse p̄^m illud non ē infi^m. qꝛ infinito repugnat p̄^m. sꝫ i genere mouentiū ē p̄^m: sine quo nulla est cā vniuersl. qꝛ nil hʒ rōnem cāe nisi p̄^m. ꝛ illo sublato oīs cālitas auferet̄. ¶ 2^a ꝯ ē. ꝙ i accn̄talr ordinatis que hn̄t sitū: et sūt sil̄ non est processus in infi^m. Et rō est. qꝛ si cāe accn̄talr ordinate q̄ sunt sil̄: eēnt infinite. tūc multitudo esset actu infinita. ꝯn̄s est fl̄m. g̊ ꝛ an̄s falsitas ꝯn̄tis pꝫ. p̄ Ar. 3. phy. qꝛ oīs multitudo actu est finita. ꝯn̄a pꝫ. qꝛ si cāe accn̄taliter ordinate que sunt sil̄ essent infinite: tunc esset infinitum i actu. ¶ 3^a ꝯ est. ꝙ in accn̄taliter ordinatis q̄ non hn̄t sitū successiue procedit̄ i infi^m. supposito ꝙ mūdus sit etern^o. vt Ar. tꝫ. ꝛ rō est. gn̄ō est eterna. g̊ opꝫ ꝙ gn̄antia sint eterna. an̄s pꝫ. sicut p̄us dcm̄ est. qꝛ infiniti hoīes p̄cesserunt. p̄batio ꝯn̄e. qꝛ si effectus sunt infiniti: et cāe sunt infinite. qꝛ reuolutiones celi que sunt cāe efficientes gn̄ōnis sunt infinite quo ad p̄tiales reuolutiōes. Tn̄ s̄m fidē ꝛ veritatē dōm est: ꝙ nec in essentialr ordinatis: nec accn̄talr est p̄cessus i infi^m. qꝛ fides ponit mūdū icepisse ꝛ desinere. Et ponit p̄^m hoīem ꝛ vlti^m. ꝛ p̄^m instans ꝛ vltimū. ¶ Rōnes prime p̄bant. ꝙ in accn̄taliter ordinatis que non sunt sil̄ sit p̄cessus in infi^m. sꝫ nō i essentialr ordinatis ꝛ accn̄talr q̄ sūt sil̄. Et eedē sunt ꝯcedēde s̄m Ar.

Qõ VII.

t.cō.37. ꝛ.40 — p̄ ꝛ 2° de ge. com. 68. ꝛ.18.

¶ At vero neqꝫ in deorsum. ꝛc̄.

T.c.7. T.c.56. T.c.12. t.c.15.17. T.c.2. T.c.40 T.c.11.

Circa hāc p̄tē querit̄. vtrū in cāis mālib^o p̄cedat̄ i infi^m. Arguit̄ p̄ ꝙ sic. gn̄ō ē eterna ꝛ infinita. 2° de gn̄ōne. ꝛ. 8. phi. Et mā est infinita. ꝛ p̄ ꝯn̄s p̄cedit̄ i infi^m i mā. qꝛ gn̄ō ē infi^ta p̄p̄ māꝫ. p̄ de gn̄ōne. ¶ Itē ꝯtinuū diuiditur i infi^m p̄ celi. ꝛ. 8. phy. sed diuisio māe seq̄t̄ diuisionē ꝯtinui p̄ phy. ꝛ 2° h^o. ergo in mā proceditur in infi^m. ¶ Iteꝫ Ar. p̄bat finitatez in formalibus causis p̄ infinitatē māe. sic pꝫ in lr̄a. g̊ mā est infinita. ꝛ p̄ ꝯn̄s in ea proceditur i infi^m. Et ꝯfirmat̄. i illo qd̄ est infinitum proceditur in infi^m. qꝛ sicut in finito est processus finitus. sic in infinito est p̄cessus infinitus. sed mā est infinita. ex lr̄a. et p̄ de gn̄atione. ꝛ 3° phy. ¶ Itē cōmētator dicit. ꝙ infinitas est in rebus p̄p̄ māꝫ. g̊ mā est infinita. qꝛ p̄p̄ qd̄ vnūqd̄qꝫ tale: ꝛ illd̄ magis est tale. primo poste. ꝛ. 2° huius.

T.c.11. T.c.14. T.c.67. T.c.4.

Oppositum vult Ar. in predicta lr̄a. vbi dicit. At vero neqꝫ in deorsum poſſe est i infi^m ire ipso sursuz hn̄te p̄n^m. vt ex igne q̄dē aqua. ex hac vero terra. ꝛ ita semp̄ aliqd̄ fieri genus aliud: ꝛ istam p̄tē exponit cōmentator sic. ꝙ e͛ hʒ se de mouente cā ꝛ māli: qꝛ notū est de causis mouentibus hr̄e eas vltimū: ꝛ q̄situ͂ est ab eis. vtrū habeāt p̄^m a supiori: de cāis aūt mālib^o est econuerso. certū est eniꝫ ꝙ hn̄t p̄n^m a superiori: ꝛ quesitū est vtruꝫ habeāt vltimū in descēdēdo: ꝛ tunc legitur sic. ꝙ nec proceditur in infinitum in deorsum i cā māli ipso sursum hn̄te p̄n^m. ꝛ sic sursum est dare p̄mā māꝫ. vt igneꝫ qui est p̄ncipiū in genere māe ex sursum ascendendo. exq̄ ex igne fit aer. ꝛ ex aere aqua. ꝛ ex aq̄ terra. Et ita semper aliud fieri genus. ita ꝙ non sit dare vltimā mām in d̄scē(dēdo: est impoſſe.

Notandum ad intellectū q̄ōnis. ꝙ sicut dictum est de cāis efficiētibus ꝙ dupliciter ordinant̄: essentialiter: ꝛ accn̄taliter: sic ēt de mālibus causis: ille dicunt̄ eēntialiter ordinate: qn̄ posterior presupponit p̄mā: ꝛ nō pōt esse sine ea. sicut se hʒ materia p̄^a ꝛ signata: et sic in alijs eēntialr ordinatis: ꝛ h̄ non accipit̄ virtus quo ad opationē. qꝛ mā non est p̄ncipiū opationis: sicut accipit̄ in cāis efficiētib^o. Sꝫ cāe māles accn̄talr ordinate sunt: quaꝝ vna nō de necessitate p̄supponit aliā. nec v̄tutē hʒ ab ea: sicut appꝫ ō materijs idiuiduoꝝ: vt sortis platonis. ꝛ sic de alijs. ¶ Tūc dōe sūt ad q̄ōnē tres ꝯnes. ¶ Prima. ꝙ in cāis mālibus eēntialr ordi^tis nō p̄cedit̄ in infi^m. ¶ 2° ꝙ in cāis mālibus accn̄talr ordinatis que sunt sil̄ nō p̄cedit̄ i infi^m. ¶ 3°. ꝙ i cāis mālib^o accn̄talr ordinatis q̄ non sunt sil̄ pōt eē p̄cessus in infi^m stāte eternitate mūdi. vt vult Ar. ¶ Primā ꝯnem p̄bat Ar. p̄ duas rōnes. ꝛ ante primā rōneʒ p̄mittit quandā distinctionē que valet ad propositū: dimittendo quō aliqd fit ex alio. i. post. sicut ex histhmis. i. post talia festa: olimpia. i. alia festa. sicut ex festo pasce fit festuʒ pēthecostes. i. post. ¶ Adhuc ē duplx modus quo ex alio fit aliud. Uno mō. vt ex puero fit vir. i. ex imperfecto p̄fectū. Scd̄o ex aqua fit aer tāq̄ ex contrario contrarium. tunc Ar. manifestat istam distinctionem per duplicem diuersitatem dicens. ꝙ nos dicimus fieri virum ex puero. non illo modo sicut dicimus aliud fieri post: sicut ex vapore nebulaꝫ: sicut exponit cōmentator. sed sicut ex imperfecto fit p̄fectū. Un̄ ex dispōnibus pueri imperfectis fiunt dispositiones viri perfecte. qꝛ ille perficiūtur sicut ex magnitudine imperfecta pueri fit perfecta magnitudo viri. ꝛ ex calore imperfecto pueri fit perfectus calor. vnde dispositiones pueri manent quando generatus est vir: sed non manent imperfecte: sed perficiuntur: sicut in motu dealbationis gradus albedinis priores post terminum perfecte albedinis manent: ꝛ perficiuntur plus. qꝛ sicut dicit cōmentator 3° phi. ꝙ motus s̄m veriorē acceptionem est acquisitio partis post partem alicuius perfectionis continue donec perficiatur. vnde in viro manēt dispositiones pueri: ꝛ perfecte sunt iam. vnde sicut i alijs motibus est ꝙ priores dispōnes manent postq̄ finitus ē motus ꝛ perficiuntur per terminum motus. sic est in motu pueri ad virum. Tunc Aristoteles probat hoc secūdū Cōmentatorem. ꝙ generatio semper est medium inter eē in actu: ꝛ non esse simpliciter. Et dicit Commentator

Cō.4.

ꝙ vere opponuntur esse quod est i actu: ⁊ non esse simplr: non ꝙ sint vera contradictoria: sed itellit ꝙ aliqualr sūt opposita ⁊ large. Et silr quod fit ⁊ mouetur est mediū exīstentis i actu: ⁊ non existētis simplr. Et addit cōmētator probando plus ꝙ ex non esse simplr non fit generatio. i. impossibile vt sit generatum: nec illud cuius generatio cōpleta est: ipoſſe est: vt sit etiam generatū. remanet ergo vt gnātum sit illud cuius esse est mediū iter non esse ⁊ eē i actu: ⁊ est illud qđ est i via gnōnis. ¶ Tunc addit Ar. ꝙ sciens dr̄ fieri ex adiscēte: ⁊ hoc est quod dr̄ adiscēs fit sciens. Et addit cōmētator ꝙ non dicimꝰ ꝙ sciens fit adiscens ex se: nec ex non esse scie. sed ex medio inter sciam ⁊ ignorantiam que est ꝑua. scie. ⁊ h̄ est adiscens. sed in alio modo aliud fit i actu ex alio i actu: vt ex aqua fit aer tāꝗ̄ ex contrario: quod nō manet i aere: sed gnāto aere corrūpitur aqua: ⁊ non manet aqua: ſm ꝙ aqua: nec vt est i via generationis: vt adiscens manet in sciēte. Et sic exponit cōmentator. ¶ Notandū ꝙ esse ⁊ non esse accepta vniformiter vt esse i actu: ⁊ non esse i actu: ⁊ eē in potentia: et non esse i potentia. ⁊ esse simplr ⁊ non esse simplr sunt ꝯ̄dictoria: ⁊ sic non habent medium: sed esse ⁊ non esse difformiter accepta: vt esse i actu: ⁊ non esse simplr non opponuntur contradictorie: ⁊ sic bene est medium: vt illud qđ est i potentia. ⁊ si sic opponātur hoc ē causa. q. medꝰ. Et sic intelligit Commentator. ¶ Tunc ponit secundaꝫ differentiam iter illos duos modos fiendi: qm̄ ambo nō reflectuntur ad iuicem. qꝛ ex puero fit vir: sed non econuerso. qꝛ si fieret econuerso. tunc in generatione ex ꝑfecto generaretur illud quod fit iperfectum: ⁊ remaneret i eo: vt mā: qđ est impossibile. vt dicit Cōmentator. sed in generatione ex perfecto bene fit iperfectū: sicut ex viro puer. i. post. ⁊ sic ex aurora. i. post auroraꝫ fit dies. vnde perfectuꝫ non est mā imperfecti: ita ꝙ remaneat in ipso. sed alius modus fiēdi reflectitur: qꝛ sic ex aq̄ fit aer. ⁊ eꝯ̄.

rões in oppoᵐ. ¶ Ad p̄mã. illa quo rũ vnũ põt ꝛc. Cõcedit. Tu dicis: ꝙ eſſentia põt ĩtelligi ſine eſſe. Dõm ꝙ duplex est eẽ tale. vt q̃le vel vbi: ꝛ h̄ est eſſe ſm qd ꝛ ſine illo eẽ roſa bñ po test intelligi. aliud est eſſe ſimplr ꝛ in actu: ꝛ ſine illo eẽ eſſentia roſe nõ põt ĩtelligi: q: ſi nullũ ĩdiuiᵘ roſe eẽt in actu: tũc roſa nõ eſſet: nec ꝑ ꝯñs ĩtelligeret: q: quelꝫ ſpẽs vniuerſi est actu. vt dicit Linconiẽ. pᵒ poſterio. verifile est oẽs ſpẽs mũdi remanere in qualibꝫ hora tpis: aliogn mũdi vniuerſitas nõ eẽt ꝑfecta. vñ lꝫ nõ in oĩ loco ꝛ cli mate ſint oẽs ſpecies: ſicut roſa in quolꝫ tpe ꝛ climate: tñ ſunt in loco vbi est temꝑamẽtũ ꝯueniẽs eis. ¶ Ad aliã rõnẽ. illa nõ ſunt eadẽ realr ꝛc. ꝯcedit. Tu dicis: ꝙ eſſen tia ꝛc. Aliq̃ dñt ꝙ verũ est: q: roſa quo ad eſſentiã ꝛ gran do ĩ hyeme aliq̃n manet oĩbᵘ ſuppoſitis ꝛ ĩdiuiduis cor ruptis ꝛ oĩno eſſe in actu corrupto. vñ ſi nullũ ſuppoᵐ ro ſe eſſet: nec eſſentia roſe eſſet niſi ꝙ eſſet qd ydeale ꝑ ſe ſubſiſtẽs ꝑter ĩdiuiᵃ. vñ ſicut dcm̃ est. Linconiẽ. dicit: ꝙ oẽs ſpẽs mũdi remanẽt in qualꝫ hora tpis: lꝫ nõ in quo libet climate: q: ſi roſa nõ est h̄ in hyeme: tñ in alio cli mate ſaluat vbi est tẽperies ꝯueniẽs ei; ꝛ ſic eſſentia nõ põt remãere corrupto totalr eſſe in actu. vñ illud ꝓcẽit ex forᵃ imagiᵉ ꝙ ſpẽs poſſit remãere corruptis oĩbᵘ ĩdi uiduis: ſic aliq̃ imaginant: ꝙ eẽntia roſe poſſit remãere oĩbᵘ ſuppoſitis corruptis. vñ dicũt ꝙ roſa tũc nõ ẽ in mã ſubtiue: ſꝫ est in ĩtellectu obtiue. Iſtud est fictũ: q: ſi eẽn tia roſe manet corruptis ſuppoſitis: vel recipit in mã vl nõ: ſꝫ est ꝑ ſe ſubſiſtens. Si recipit in mã: tunc aliqᵈ indi uiduũ eiᵘ est. vt ꝑ ſe pꝫ. Si aũt est per ſe ſubſiſtẽs: tũc est ydea: qᵈ iꝓbat Ariſto. 7. huiᵘ. ꝛ ſicut est de roſa: ita ĩtel ligat de niue pruina grãdine ꝛc. ¶ Ad aliaꝫ. illa nõ ſunt eadẽ eſſentialr ꝛc. Cõcedit. Tu dicis: ꝙ diffõ ſiḡt eſſen tiaꝫ ꝛc. Dõm ꝙ h̄ est equocatio: q: duplex est eſſe. qᵈdã: qᵈ est verũ: qᵈ ꝯſiſtit in ꝯpõne ꝛ diuiſiõe inteᵘ: ꝛ illud nõ ĩportat ꝑ diffõnẽ: q: nihil affirmat vel negat diffõ: ꝛ de il lo eſſe ĩtelligit Ariſto. p̄mo poſterio. ¶ Aliud est eſſe in cõplexũ: ꝛ hoc ſiḡt diffõ: q: est idẽ cũ qditate. vñ ſicut di cit Arꝫ. 6. huius: ꝙ eiuſdeꝫ rõnis est qd est: ꝛ ſi est. ¶ Ad aliã. in omni eo qᵈ est, citra p̄mũ ꝛc. Dõm ꝙ nõ est verũ: imo nec in oĩ ſuba cãta: nec entis cãti dĩt eſſe ꝛ eẽntia: ſꝫ tñ in ſuba gñabili ꝛ corrupᵇˡᶦ: capiᵗᵘʳ eẽ ꝛ eẽntiã diffformi ter. vt viſuꝫ est: ꝛ qd dicis ad Boeᵘ. dõm ꝙ forte fuit il liᵘ opionis: vel ẽt ĩtellexit modo q̊ expoᵐ est. ¶ Ad aliã. ſi eẽ eẽt cũ eẽntia ꝛc. Dõm ꝙ nõ est nugatio: q: nõ est re petitio eiuſdẽ ex eadẽ p̄te locutõis: q: nugatio est inuti lis repetitio eiuſdẽ ex eadẽ p̄te orõnis. vt pꝫ. pᵒ elencħ. ꝛ ſi nõ est ex eadẽ p̄te orõnis nõ est nugatio. vt h̄ hõ est: q: hõ ex p̄te ſubti ponit ꝛ est ex p̄te p̄diᵗᶦ. Silr ẽt iſta repeti tio dꝫ eẽ ſupflua ꝛ iutilis: q: ſi ẽ vtilis vt repetitio ꝑꝑ ma iorẽ expſſionẽ vel ĩtentõeꝫ: tũc repetitio eiuſdem nõ est nugatio: ſicut dñs deᵘ deus meus. Qõ. IIII.

T. c. 20. ꝛ infra. — T. cõ. p̄.

Consequenter

T. cõ. 3.

Consequenter querat. Circa ean dem partem. vtrũ ens ꝛ vnũ ſint idem et vnũ in ſubſtantia: ita ꝙ vnuꝫ nihil addat realiter ſuper ens. ¶ Et arguitur p̄mo ꝙ non. Illa nõ ſunt vnũ in ſub ſtantia ꝛ natura: quoꝝ vnuꝫ dicit indiuiſionem ꝛ aliud nõ: q: q̃n aliqua ſunt vnũ ꝛ idem in ſuba ꝛ natura: ſi vnũ dicit indiuiſionẽ: ꝛ aliud: q: nõ ſepant ꝛ diuidunt ad in uicẽ: ſꝫ vnuꝫ dicit indiuiſionẽ ꝛ ens nõ. vt pꝫ ꝑ Ariſto. 5. hᵘ. vbi dicit. Quecũq; indiuiſioneꝫ dicunt ſic ſunt vnũ. Et ens nõ dicit indiuiſioneꝫ: q: indr̃inter ſe hꝫ ad vnũ ꝛ multa. g̃ nõ ſunt vnũ. ¶ Itẽ ſi ens ꝛ vnũ eſſent idẽ reali ter: tũc dĩo vnũ eſſet nugatio: ſꝫ hoc est falſuꝫ: q: ens est vnũ. nõ est nugatio. ꝯñtia pꝫ. ꝑ diffõneꝫ nugatiõis: q: nu gatio est repetitio inutilis eiuſdeꝫ ex eadẽ parte orõnis. ¶ Itẽ idẽ nõ denoĩat ſeipm̃: ſꝫ vnũ denomiat ens. g̃ ꝛc. maior est manifeſta: q: denoĩare est ſubm̃ aliq̃ nã infor mare: ſicut pꝫ ex p̄ntis. minor pꝫ: q: dĩo. ens est vnũ. est p̄dicatio denoĩatiua. ¶ Itẽ illa nõ ſunt idẽ ꝛ vnũ ĩ ſuba. quoꝝ vnũ est in determiato p̄nto: aliud circuit omne p̄ dicamentũ: q: que ſunt eadeꝫ in nã ꝛ in ſuba: in quo p̄di camento est vnũ: ꝛ reliquũ: cũ eſſentie p̄dicamẽtoꝝ ſint ĩpermixte. ex p̄mo poſterio. ſꝫ vnũ est ĩ determinato p̄di camento: ꝛ ens nõ: qᵈ pꝫ: q: vnũ est ĩ determiato p̄nto vt in p̄nto q̃titatis ſaltẽ reductiue: ſꝫ ens circuit omne p̄di camẽtũ. g̃ ꝛc. ¶ Iſte rões ſunt Auicẽ. vt recitat Cõmẽ tator. q vult ꝙ vnũ addat diſpõneꝫ formalr ſuꝑ ens ꝛ eiᵘ eſſentiã. ¶ Iteꝫ ſi vnũ ꝛ ens eſſent idẽ in ſuba diuiderẽ tur eiſdẽ dr̃ntys: q: q̃cũq; ſunt vnũ ꝛ idẽ in ſuba diuidũ tur eiſdẽ dr̃ntys: ſꝫ nõ diuidunt: q: vnũ diuidit ꝑ idẽ ſi mile ꝛ equale: ſꝫ ens diuidit per. 10. p̄nta. ex. 5. ꝛ. 6. huius. ¶ Itẽ ſi ens ꝛ vnũ eſſent idẽ realr: tũc q̃cq̃d opponeret vni ꝛ reliquo: ſꝫ hoc nõ est verũ: q: vni opponit multitu do. 10. hᵘ: ſꝫ multitudo nõ opponit enti: q: ens p̄dicat de multitudine vt multitudo est ens. ¶ Item ſi vnũ ꝛ ens eſſent ideꝫ ꝯuertibilr: tũc tñ eſſet vnũ ens: ſꝫ hoc est fal ſum. ꝑ Ariſto. pᵒ phyſico. improbanteꝫ ꝑmenidẽ q tñ po ſuit vnũ ens eſſe. ꝯñã pꝫ: q: q̃n aliq̃ ſunt idẽ in nã ꝯuerti biliter: q̃cq̃d p̄dicat de vno conditione excluſiua: ꝛ de re liquo. vt hõ ꝛ riſibile ſunt idẽ ꝯuertibilr. ꝛ ſicut currere p̄dicat conditione excluſiua vt hõ tñ currit. g̃ etiã riſiˡᵉ tñ currit. g̃ ſi ens ꝛ vnũ ſunt ideꝫ cõuertibilr: ſicut bñ dr̃ ens tñ est ſic tñ vnũ est: q: tñ est dictio excluſiua.

T. 3. xi. — Cõm. 3. — T. c. 14. — T. cõ. 4. — T. cõ. 9. — a. t. cõ. 6. vſq; ad tex. c. 32

Oppositum

vult Ariſto. in lr̃a vbi dicit: ꝙ ideꝫ est ens hõ ꝛ vnus homo. ꝛ non di uerſum qd oñdit niſi aliqd ſm dictionem repetitã. hoc idẽ vult Cõmentator exponens Ariſto.

T. cõ. 3 — Com. 3.

Notandum

ꝙ ſicut recitat Cõmentator: Auic. voluit ꝙ vnuꝫ adderet diſpõnem formalr ſuꝑ ens ꝛ eiᵘ eſſentiã: q: omne ens est vnũ per di ſpoſitioneꝫ ſuperadditã: q: cũ ens vl̃iter dicat de quolꝫ ente. ꝛ ſilr vnũ dr̃ de quolꝫ: tũc etiã ſunt vnũ ꝑ diſpõnes eẽntiales ſuꝑadditas eẽntie entis. ꝛ Auic. fuit motᵘ rõ nibᵘ tactis. Cõtra h̄ arguit Cõmẽtator. ſi vnũ diceret di ſpõnẽ formalr ſuꝑadditã enti: tũc eẽt ꝓceſſus in ĩfinitũ ſilr ꝛ ĩ eẽntialr ordinatis: ſꝫ h̄ est ĩpoſſe. ꝯñaꝫ declat. capia tur aliqᵈ ens vt hõ: ꝛ ſicut ẽ de illo ĩtelligat de alys. mõ hõ est vnᵘ ꝑ diſpõnẽ ſuꝑadditã nãe entis. Tũc q̃rat ꝺ il la diſpõne ſuꝑaddita vel est ens vel nihil. ſi nihil ꝑ nihi lo reliquat ſi ens: tũc cũ omne ens ſit vnũ ꝑ diſpõneꝫ ſu ꝑadditã: tũc illud ens erit vnũ ꝑ diſpõnẽ ſuꝑadditã na ture entis. Tũc q̃rat de illa diſpõne vel est ens vel nihil. ſi nihil ꝑ nihilo reliquat ſi ens: tũc est vnũ ꝑ diſpõnẽ ſu peradditã: ꝛ ſic in ĩfiniᵗᵐ. ¶ Nõ ꝙ aliq̃ nitunt infringe re rõnẽ Cõmẽtatoris: q: dicũt eũ feciſſe hãc rõnẽ ꝯ Aui. nõ ingrendo veritatẽ: ſꝫ vt eiᵘ emulus. vñ dicũt hãc rõ nẽ peccare duplr. pᵒ ꝑ fallaꝫ figure dictionis. zᵒ equoca tiõis. Declant pᵒ ꝙ peccet ꝑ fallam figᵉ dictiõis mutãdo quo in qᵈ: ꝛ ponũt exẽplũ ꝙ hõ est albᵘ ꝑ diſpõnẽ ſuꝑad ditã: tũc q̃rit vel illa diſpõ est alba vel nõ. Et dicũt ꝙ il la diſpõ nõ est alba: ſꝫ est illud quo aliqd est albũ. Et nõ

Com. 3. — Cõm. 3.

etiā est nō albū: sicut nigrū vel rubeū. Dōm est ad h: ꝙ illa cauillatio nō valz: qꝛ aliud est log de spāli ente vt de hoie: ⁊ de ente trāscendēte. vñ etiā ipsi ↄcedunt Auicē. velle: ꝙ quodlz ens est vnū ꝑ dispōnē supadditā: tūc oꝫ ꝙ illa dispō sit ens vel nō ens: qꝛ nihil pōt effugere rōnē entis: sꝫ sic nō est de albedine: qꝛ nō opꝫ ꝙ albedo sit alba vel nō alba: qꝛ pōt effugere rōnē vtriusqꝫ: qꝛ est illud quo aliqd est albū: sꝫ sic nō est hic: qꝛ ens est vnū ꝑ dispōnez supadditā. ꝑ opꝫ ꝙ illa dispō sit ens vel nō ens. si dispositio est ens: tunc est vnū ꝑ dispōnez supadditā: cum omne ens ſm Auic. sit vnū per dispōnē supadditā: ⁊ sic ꝓcedeť in īfini⁹. ¶ Aliter aliq dicūt ꝙ ens est vnū ꝑ dispositionē supadditā: ⁊ illa dispō est ens: ⁊ dicunt ꝙ non ꝓcediť i īfint^m: qꝛ deuenlť ad ꝑmū vnū: qđ nō est ꝑ aliđ vnū: sꝫ est cā vnitatis oīuz vt ꝑn^m ꝑ^m: qđ est ds. ¶ Istud nō valet: qꝛ queriť de aliquo: qđ est vnū nō est in genere cāe finalis vel agētis: sꝫ queriť de vno formalr. ¶ 2°. dicunt istā rōnē peccare per fallam eq^{m}. vñ ens est vnum per accñs. ꝑ per aliud. Et tunc qriť de illo ꝑ qd est vnus. Dōz ꝙ eē ꝑ aliud duplr capiť. Uno°. ꝙ aliqd ē ꝑ aliud: qđ est diuersum ab vtroqꝫ extremoꝝ: vt hō est disgregatus per aliud: qđ est diuisuz ab vtroqꝫ extremoꝝ: vt per albedinē que est diuisa ab hoie ⁊ disgregatiuo. Alio° aliquid est ꝑ aliqd: qđ est diuersuz tm̄ ab vno extremoꝝ: vt hō est risibilis ꝑ aliud: qđ est diuersum ab hoie: ⁊ nō est diuersum a risibili: qꝛ hō est risibilis ꝑ risibilitatez que est diuersa ab hoie: sꝫ nō sit diuersa a risibili. Mō sic dicunt ꝙ ens est vnū ꝑ aliud: qđ est diuersuz ab vno extremoꝝ: vt ab ente ⁊ nō est diuersum ab vno: ⁊ sic nō opꝫ ꝙ illud ꝑ qđ ens est vnū sit vnū ꝑ aliud: qꝛ est idē cū vno et nō est diuersum ab vno. Et ita equocať per aliud: qꝛ qcqd est aliqd per aliud diuersum ab ente h est ꝑ nihil: qꝛ oē qđ est nō ens est nihil: ⁊ per ↄñs nō est vnum: qꝛ ens ⁊ vnū ↄuertunť.

Tunc isti dicūt ad qōnē tria. Primo ꝙ ens ⁊ vnū nō dicunt eandez nām formalr ⁊ qditatiue. Et ꝓbāt: qꝛ tunc ꝑdicarenť de seinuicē per se ⁊ in qd: qꝛ quecūqꝫ īportāt eandē nām formaliter ⁊ qditatiue ꝑnť dē seinuicē ꝑ se ⁊ in qd: sꝫ h est falsuz: qꝛ vnū ꝑdicať de ente: sicut passio in scđo mō per se: sꝫ ens nō ꝑdicať de vno ꝑ se: qꝛ subm nō ꝑdicať per se de passiōe: qꝛ ꝑdicatiōes ꝑ se nō cōuertunť. ex ꝑmo posteri. vt allegāt. ¶ 2° mō dicūt ꝙ ens ⁊ vnuz sunt idem realr. ⁊ ꝓbāt. ea que eadē gnōne gnānť ⁊ eadē corruptiōe corrumpunť sunt idē realr ex lrā: sꝫ ens ⁊ vnuz sunt huiꝰ: qꝛ qñ gnāť ens hō gnātur ⁊ vnus hō: qꝛ nō separanť adinuicē gnōne: nec corruptiōe: tpe: nec nā: qꝛ vnū nō gnātur ꝑus tpe alio: nec nā. ¶ 3°. dīt ꝙ vnū dicit aliqd positiuū formalr supadditū enti. Et ꝓbāt. illud qđ dicit ꝑfectiōez formalr nō pōt dicere ꝑuationē: sed aliqd positiuū: ⁊ h est manifesta: sꝫ vnū dicit formalr perfectiōez: qꝛ attribuiť summo ꝑfecto vt deo: qꝛ dr deꝰ est vnus. vt pꝫ. 12. hꝰ. vnus ergo ꝑnceps. ¶ Itē illud ad qđ oīa reducunť nō pōt eē ꝑuatio: qꝛ reductio nūqꝫ fit ad aliqd simplr priuatiū: qꝛ nō est dare malū purū. 4. ethico. sꝫ ꝑuatio est malū: sꝫ oīa reducunť ad vnū ꝑ^m vt deū: qꝛ ab eo depēdet celuz ⁊ tota nā. ¶ Itē ꝑuatio nō suscipit magis ⁊ minꝰ. hec est manifesta: sꝫ vnū suscipit magis ⁊ minus: qꝛ ꝑnci^m maxime est vnū ⁊ alia minus sunt vnū. ¶ Itē illud qđ est mensura entiū nō dꝫ esse formalr aliqd ꝑuatiū: qꝛ mēsura ⁊ mēsuratū sunt vnigenea. ex. 10. huiꝰ. ⁊ sic mēsura vult aliqd esse ꝑmū: sꝫ vnū est mēsura entiuz: qꝛ in quolz genere est ꝑ^m vnū: qđ est mēsura oīum posterioꝝ. ¶ Itē qđ est formaliter ꝑuatiū nō est ꝑnꝰ positiuū per se: sꝫ vnū formalr est ꝑn^m: qꝛ multitudis ⁊ numeri: qꝛ eē vni est ꝑncipiū eē nuō. ¶ Nō circa istā pōnē dubitať ꝑmo ↄ ꝑmā ↄnē: que

T.cō.3.

T.c.vlt.

Capi.2.

T.cō.7.

est ꝙ vnū ⁊ ens nō īportāt eandē nām formalr. Et argiť ꝙ sic. Realitas est formalitas quedā: ⁊ realr esse idē est formalr esse idez. ¶ Ex hoc sic arguiť. Quecūqꝫ sunt eadem realr sunt eadē formaliter: ⁊ h est manifesta: qꝛ ſm eos formalitas est rō obiectalis apprehensa in re ab intellectu ex nā rei: quā formalitatē nō est neče semꝑ mouere intellcm̄: sꝫ habꝫ actū inte^{9}: sꝫ realitas etiā est ratio obiectalis apphensa ab intellectu. vt hr̄ ex dictis eoꝝ. ꝑ realitas est formalitas. minoꝛ pꝫ: qꝛ vnū ⁊ ens sunt idez realiter ſm ipsos. vt pꝫ. ex 2° ↄne. ¶ Item quecūqꝫ sunt diuersa formalr hñt diuersas formas: qꝛ sicut mālitas nō est sine mā sic formalitas nō est sine forma. ꝑ que sūt diuersa formalr hñt diuersas formas: sꝫ ens ⁊ vnū nō habent diuersas formas: qꝛ eandem formā hꝫ ens homo ⁊ vnus hō: qꝛ eadē forma dat esse ⁊ indiuisum esse. ¶ Cōtra secundā ↄnē dubitať que est ꝙ vnū ⁊ ens sint idem realiter: ⁊ aliter sic. Quecūqꝫ sūt diuersa formalr sunt diuersa realiter: qꝛ formalitas est realitas. vt dcm̄ est ꝑus: sꝫ ens ⁊ vnū sunt diuersa formaliter. ex ꝑma ↄne. vñ prima ↄclo destruit secundā: ⁊ secūda destruit ꝑmā. ¶ Cōtra tertiā ↄnē dubitať que dicit ꝙ vnuz dicit aliqd positiuuz formaliter superadditū enti. vñ isti imaginanť ꝙ sicut albedo est aliquid positiuū superadditū subto albo sic vnū est aliquid positiuū superadditū enti. Cōtra h arguiť. si hoc esset verū: tunc esset ꝓcessus in infinitū. ↄña pꝫ: qꝛ postqꝫ diceret aliquid positiuū superadditū cuilibet enti: tūc illud superadditū esset ens vel nō ens ⁊ deducatur ratio: sicut ꝑus est deducta.

Ad rationes ꝑme ↄnis. ¶ Ad ꝑmā: ꝙ sicut vnū ꝑdicať de ente: ita eↄ. vñ vnuz sic nō est passio entis: qꝛ sunt vnū ⁊ idē in suba. vt postea videbiť. vñ ↄuertunť ꝑdicatōes. Uel pōt dici ꝙ vnū ꝑdicať de ente: qꝛ ratio entis sub qua ens sigt includitur in vno: ⁊ nō eↄ. ratio vnius sub qua sigñat vnū nō includitur in ente: qꝛ rō entis est cōioꝛ qꝫ ratio vnius. ¶ Ad secundā. postea videbiť. ¶ Ad rōnes 3^e ↄnis. Ad ꝑmaz. illud qđ dicit ꝑfectiōez ⁊c. verū est vt sic. Dicis ꝙ vnū dicit formalr ꝑfectōez. Dōm ꝙ vnū duplr ↄsiderať. vno°. quo ad illud qđ sigñat: ⁊ sic est perfectū aliqđ. Sed alio mō capiť quo ad illud quo sigñt. vt quo ad rōnē que est indiuisio: ⁊ sic est negatio: ⁊ nō est aliqd ꝑfectū: sicut aial duplr ↄsiderať. Uno mō quo ad illud qđ sigñat vt aialitatē. Alio mō quo ad illud quo sigñat vt rōnē que accī^r a mō essendi vt a sentire vel ſm veritatez a quiditate: ⁊ sic est in ꝓposito. ¶ Tūc est dub^m. si vnū dicit ꝑuatiōez quo ad illud quo sigñat: qūo tūc deꝰ est vnus: qꝛ in eo nō est ꝑuatio. ꝑ illud a quo accipiť ratio vnius non est ꝑuatio: qꝛ deꝰ nō esset vnus sic. Dōm ꝙ hic est equiuocatio: qꝛ vnū in deo: ⁊ aliꝭ entibus nō dr nisi equiuoce: qꝛ vnū in deo nō sigñať sub ratione indiuisionis: qꝛ illud a quo accipiť ratio vniꝰ in deo est positiuuz ⁊ nō est negatio: sꝫ in aliꝭ entibꝰ rō qua significať vnum est ꝑuatio. ¶ Ad aliud. illud ad qđ omnia reducunť ⁊c. Cōcediť. Sed dicis. oīa reducunť ⁊c. Dōm ꝙ veruz est quo ad illud qđ significať: vt dcm̄ est. ¶ Ad aliam. ꝑuatio nō magis ⁊ minus suscipit ⁊c. Cōcediť. Sed dicis. vnū suscipit ⁊c. Uerum est quo ad illud qđ significať. ¶ Ad aliā rōnē. similiter illud qđ est mēsura entiū ⁊c. Cōcediť. Sed dicis ꝙ vnū est mēsura. verum est quo ad illud qđ significať ad fundamētū est positiuū: sed quo ad illud quo significať sic: nō opꝫ esse positiuū. ¶ Ad aliā rōnem. illud qđ est formaliter ꝑuatiū ⁊c. Cōcediť. Sed dicis. vnū est formalr ꝑuatiuū. veꝝ est quo ad illud quo sigñať: sed nō quo ad illud qđ sigñat. ¶ Ex hoc aliter dōm est ad qōnem. Et ꝑmo notanduz est ꝙ vnū dr ab indiuisione: qꝛ quecūqꝫ

T.c.xi. indiuisionē hñt vt sic vnū dr̄.ex.5.huius. Nō duplex est indiuisio:quedaȝ indiuisio in nā entis: ꝛ alia est indiuisio que est in nā cōtinui. ¶ Ex h ad qōnē dicēde sunt due ꝯnes.qn̄ q̄rit vtrū ens ꝛ vnū sint idē i sub̄a. ¶ Prima ꝯ est:ꝙ si vnū capit vt dr̄ ab idiuisione que est in nā entis sic vnū ꝛ ens sunt vnū ꝛ idē i sub̄a ꝛ realr:ꝛ sic vnū nihil positiū dicit supadditū enti. ¶ Et rō h⁹ ꝯnis est. Quecūq; eadē gnōne gnānt ꝛ eadē corruptiōe corrūpunt pmo ꝛ pn̄r sunt eadem:ꝛ hn̄ addit p°ꝛ pncipalr: qꝛ lȝ hō ꝛ risibile gnānt simul:nō tn̄ sunt idē realr. Nā nō generant pmo ꝛ pncipalr:sȝ ꝯcomitatiue:sȝ ens ꝛ vnū p°ꝛ pncipalr vna gnōne gnānt: ꝛ eadē corruptiōe corrūpuntur:qꝛ simul gnātur ens hō ꝛ vn⁹ hō. ¶ Sȝ dices:tu ista rō pbat in gnābilib⁹ ꝛ corrup^{bi⁹} tn̄:sȝ qd dicet de supiorib⁹ substātijs:que sunt ingnābiles ꝛ icorruptibiles: qꝛ ibi nō hȝ locū. Dōm ꝙ imo:qꝛ sicut in illis que de facto gnānt eadem gnōne gnānt ens hō ꝛ vnus hō:ꝛ corrūpit ens hō ꝛ vnus homo:sic in supiorib⁹ que nō gnānt: tn̄ si gnārent ꝛ corrūperent:tūc vna gnōne ꝛ vna corruptiōe gnārent ꝛ corrūperent:sicut ens celū ꝛ vnū celum:ꝛ ens itelligētia ꝛ vna intelligētia:qꝛ ꝯditiōalis pōt esse vera:

T.c.72. cuius añcedēs est falsuȝ. vt pȝ per Cōmentatorē.4.ꝛ.7.

T.cō.2. physico. ¶ 2ᵃ ꝯ est.ꝙ vnuȝ vt dr̄ ab indiuisiōe que est in nā ꝯtinui nō est vnū realr cū ente. ꝛ rō h⁹ ꝯnis est. quecūq; sunt in diuersis pntis nō sunt vnū realr.ex pmo posterioꝝ.cū ꝑntoꝝ sunt impmixte:sȝ ens ꝛ vnū sunt hm̄:qꝛ ens circuit omne pntū: sȝ vnū est in pnto q̄titatis determinate saltē reductiue. ¶ Nōndū ꝙ lȝ vnū ꝛ ens pmo mō dcm̄ iportent idē realiter quo ad illud qḋ significat nomie vni⁹ꝛ entis:tn̄ differūt rōnib⁹ quibus significant:qꝛ ens significat vt accipit ab actu essendi: sȝ vnuȝ ab idiuisione:qꝛ sub̄a accipit ꝛ iponit ad sigñandū ab eē sub̄am:qꝛ nō hȝ aliud esse:ꝛ q̄titas ab esse quātitatē:sed sub̄a vna accipit ꝛ sigñat ab indiuisiōe: qꝛ sub̄a est idiuisa a q̄titate ꝛ ab alijs:ꝛ sic itelligat de alijs. vn̄ ꝯ^{tm̄} entis accipit ab entitate rei ꝛ eē:sȝ ꝯ^{tm̄} vni⁹ ab idiuisiōe.

Ad rōnes in oppo^m. illa nō sunt vnū in nā ꝛ substātia ꝛc. Cōcedit. s̄m rōnē ꝛ modū intelligēdi ꝛ sigñandi. Tu dicis:ꝙ vnū dicit indiuisionē ꝛc. Dōm ꝙ verū est quo ad ꝯnotatū ꝛ sigñatū vni⁹ a quo accipit ꝯceptus ꝛ rō sigñati vnius:sed quo ad rem signatā dicit aliqd positiū ꝛ idē cū ente. ¶ Ad aliā. si ens ꝛ vnū essent idē in nā ꝛc. Dōm ꝙ nō est nugatio:qꝛ lȝ sint eadē in nā quo ad sigñata: tn̄ diuersa sūt rōne. vt dcm̄ ē. g̃ nō est nugatio nisi eēnt eadē re ꝛ rōne. ¶ Et si dicat. diuersitas rōnis nō ipedit nugationē. vt hō ꝛ anial sunt diuersa rōne:ꝛ tn̄ diuersitas illa nō excludit nugationē in eis dicēdo hō anial. ¶ Ad h dōm: ꝙ diuersitas rationis duplex est. vna est diuersitas rōnis aliquoꝝ. quoꝝ vnū ponit in diffinitiōe alterius:ꝛ talis diuersitas nō excludit nugationē. Sed alia est diuersitas rōnis aliquoꝝ. quoꝝ vnū nō ponit in diffinitiōe alterius ꝛ illa impedit nugationē. mō vnū ꝛ ens dr̄nt rōne. ꝛ vnū nō ponit in diffinitiōe alteri⁹:qꝛ ens nō ponit in diffinitiōe:qꝛ vnū nō diffinit cū sit transcendēs:lȝ possit describi:qꝛ vnū hȝ esse in diuersis. silr nec vnū ponit in diffinitiōe entis: cum ens nō diffiniat per eandē rōnem. ¶ Aliter pōt dici:ꝙ dicēdo ens vnū nō est nugatio:qꝛ illa additio est vtilis:quia ens vnū.i.indiuisuȝ ibi aliqualiter specificat. mō qn̄ idē repetit super idē vtiliter h tollit nugationē. ¶ Ad aliā idē nō denominat ꝛc. verū est. si est denominatio ex parte rei. Et tu dicis:ꝙ vnū denominat ens. Dōm ꝙ veruȝ est. capiēdo vnū vt est in pdicamēto quātitatis: sȝ capiēdo vnū pmo mō nō est verū s̄m rem: sed tn̄ denominat s̄m vocē:qꝛ vnum est adiectiuū. ergo nō est vera denominatio. ¶ Ad aliā. illa nō sunt idē ꝛ vnū ꝛc. Cōcedit. Tu dicis:ꝙ vnū ꝛc. Dōm ꝙ vnū inquātū dr̄ ab indiuisione in nā entis nō est in pdicamēto determiato: sȝ circuit omne pdicamētū:sicut ens:sȝ vnū vt dicit ab indiuisiōe in nā ꝯtinui sic est in determiato pdica^{to}: ꝛ tūc nō est idē cū ente realr ꝛ ꝯuertibiliter. vt dcm̄ est. ¶ Ad aliā rōnē. quecūq; sunt vnū ꝛ idem ꝛc. verū est. si sint idē re ꝛ rōne:sȝ si dr̄nt rōne pōt aliquo mō diuidi diuersis dr̄ntijs que ptinēt ad rōnē:ꝛ nō ad reȝ. ¶ Ad minorē. Dōȝ ꝙ quo ad rem qbuscūq; differētijs diuidit ens:ꝛ vnū:vt in sub̄aȝ quātitatis ꝛc. sȝ differunt rōne. g̃ possunt diuidi diuersis differētijs ptinētibus ad rōnes:qꝛ vnuȝ dr̄ ab indiuisione:indiuisio aūt in sub̄a significat per idē:ꝛ in quātitate per equale:ꝛ in q̄litate per simile. iō vnū diuidit per idē simile ꝛ equale ꝛc. ¶ Ad aliā. si ens ꝛ vnuȝ ꝛc. Cōcedit. ꝙ tn̄ vnū est inquātū ꝯuertit cum ente:nec quo ad hoc Aristo. itendit improbare parmenidē: sed tn̄ improbat eū:qꝛ voluit ꝙ tn̄ esset vnū simplr ꝛ determinate. vnde tn̄ vnū est. ista est multiplex:sicut vna sub̄a quātitas ꝛc. vn̄ si ens tn̄ est vnū determinate. ista.n. est multiplex:sicut ista. tn̄ ens est:est multiplex:sicut vna substātia q̄titas ꝛc. Unde si ens tn̄ est vnum determiate vt lapis. sic est falsuȝ:ꝛ sic improbat Aristo. pmenidē. ¶ Ad aliam. si ens ꝛc. Cōcedit. si est oppō ex parte rei:sed si est oppositū ex parte oppositiōis:nō opȝ. Tu dicis:ꝙ vnū ꝛc. Dicenduȝ ꝙ hoc est ex parte rōnis: qꝛ alia est ratio vnius ꝛ multitudinis. g̃ pōt multitudo opponi vni ꝛ non enti:qꝛ multitudo non opponit rōni entis:sicut rōni vnius. Aliter dicit:ꝙ multitudo nō est ens:sed entia:ꝛ itelligit de multitudine essentiali:ꝛ sic etiā vnū dicit de multitudine eēntiali:ꝛ h in plali vna. Et hec est. Qō. V.

¶ Palam autem ꝛc. T.cō.3.

Consequenter querit circa eandē partē: qꝛ ibi Cōmētator disgredit loquēdo cōtra Auic. qui dixit ꝙ ens ꝛ vnū signāt dispōnes supadditas nature rei. ¶ Et arguit pmo ꝙ significēt dispositiōes supadditas nāe rei. illa signāt dispōnes supadditas nāe rei q̄ signāt aliqd receptū in re ab alio cāte:ꝛ h est manifesta:qꝛ nihil idē recipit seipm ab alio cānte: qꝛ receptū dr̄t a recipiēte:sed ens ꝛ vnū sunt hm̄: qꝛ de⁹ dat oibus esse ꝛ vnitatē. vt pȝ.2°. h⁹. per Arist. ꝛ Cōme^{tem}. Cōm.3°

T.cō.4

Oppositum vult Aristo. ꝛ Cōmētator. ¶ Notandū. sicut recitat Cōmētator. ꝙ Auic. voluit ꝙ ens ꝛ vnū importēt dispōnes superadditas nature rei de qua pdicant. Et ponit rōnes eius. Un̄ vult ꝙ duplices sint dispositiōes:quedā sunt ꝓprie:sicut accn̄tia ꝓpria. alie sunt dispositiones cōes:sicut accn̄tia cōia:sicut albedo. Nō Auicē. vult ꝙ ens et vnū iportēt dispōnes supadditas rebus:de qb⁹ pdicant. ꝛ hec essentiales ꝛ ꝓprias. ¶ Et rationes Auicē. sunt. vt recitat Cōmentator. iste. pma est. si ens ꝛ vnum importarent essentias rerū de quibus pdicant:tunc dicēdo ens homo vel vnus homo. esset nugatio:qḋ est falsum. vt per se pȝ. consequētiā declarat:qꝛ nugatio est inutilis repetitio ex eadem parte oratiōis. Nō hic ens ꝛ homo ꝛ vnus homo repeteret idē ex eadem parte. ¶ Itē illud qḋ est denominatiuū dicit aliquā dispositionē superadditā enti: qꝛ denominare est subm̄ aliqua natura informare: sed ens ꝛ vnū sunt huiꝰ: qꝛ dicendo homo ens vel homo vnus. ista sunt denominatiua:cū sint adiectiua. g̃ ꝛc. ¶ Item h pbat de vno spāliter:ꝙ dicat dispositionē superadditam nature rei:qꝛ illa. quoꝝ vnum dicit indiuisionem ꝛ aliud nō: illa nō importāt eandē nām: sed vnū respectu

Cōm.3°

Cōm.3°

entis est huiusmodi: qꝛ vnum dicit indiuisionē: ens aūt diuisionē: quia indr̄nter se hꝫ ad multa. ğ ⁊c. ¶ Alia est opio Aristo. ⁊ Cōmētatoris dicētiū: ꝙ vnū ⁊ ens ṕdicāt essentiā rerū: ⁊ nō dicunt dispōnes supadditas rebus de qb⁹ ṕdicanꝫ: ⁊ pōt esse rō Arist. in lr̄a. Illa que gnāꝫ eadem gnōne ⁊ corrūpunꝫ eadē corruptiōe ꝑ se ⁊ ṕmo cuꝫ reb⁹: illa ṕdicant essentiā rerū: ⁊ nō dispōnes superadditas rebus. Ista est rō Arist. in lr̄a. ⁊ dico ṕmo ⁊ per se: qꝛ lꝫ risibile genereꝫ eadē gnōne cū homie: tn̄ hoc nō est ṕmo ⁊ per se: sꝫ cōcomitatiue. ğ risibile ⁊ homo nō important vnā essentiā: sꝫ risibile importat dispōnē superadditam homini: sꝫ ens ⁊ vnū sunt huiꝰ: qꝛ rebus gnātis ṕmo ⁊ per se: etiā generaꝫ ens ⁊ vnū: vt cito generaꝫ homo generaꝫ ens ⁊ vnus homo: ⁊ possent alie ratiōes adduci: sꝫ illa sufficiat: hoc etiā pꝫ auctoritate Aristo. 6. huius. vbi dicit: ꝙ eiusdem ratiōis est: querere ⁊ inuestigare quid est res ⁊ esse rei: ⁊ hoc idē vult Aristo. 2. posterio. vbi dicit: ꝙ qō si est nō ponit in numerū: cū non dicat diuersam eēntiā a subto. Et hoc idē vult Cōmentator h. ⁊ 6. h⁹. vbi dicit: ꝙ eē dicit eēntiā illoꝝ de qb⁹ dr̄.

T. cō. ṕ.

Cōm. 3.

Cō. 4.

Ad rationes aūt Auicē. ¶ Ad ṕmam dōm ꝙ ens ⁊ vnū nō est denoīatiuū: nec ꝯcret^m ſm rem: sꝫ tn̄ ſm vocē: qꝛ lꝫ sint adiectiua: tamē nō sunt ꝓprie denominatiua: imo per hoc etiaꝫ ꝓbareꝫ ꝙ dr̄ntie sūbales ⁊ essentiales ṕdicarenꝫ denominatiue de spē: qō est falsuꝫ. ¶ Aliter dr̄: ꝙ lꝫ cōcretū ⁊ denominatiuū in acci^b⁹ ṕdicet aliquid additū: tn̄ nō in sūba. nā homo ⁊ humanitas dn̄t eandē reꝫ: ⁊ homo est cōcretuꝫ ⁊ humanitas abstractū. ğ nō ob^{ic} etiā ꝙ vnuꝫ ⁊ ens sint denominatiua ſm rem. Non tn̄ opꝫ ꝙ addant dispōnes aliquas. ¶ Ad aliā. si ens ⁊ vnū ⁊c. Dōm ꝙ nō est nugatio: qꝛ lꝫ ṕdicent essentiaꝫ rerū: tn̄ differūt ratione. Et sic diuersitas rōnis tollit nugationē: imo ēt ista additio est vtilis ꝓpter specificatōeꝫ ⁊ certitudinē. vt dcm̄ est ṕus. ¶ Ad aliā. pꝫ ex dictis: qꝛ nō importat indiuisionē quo ad rē: sꝫ tn̄ quo ad rōnē q̄ signat. ⁊ sic adhuc ṕdicat eēntiā.

Ad rōneꝫ ṕn^{ic}. illa signāt dispōne ⁊c. ¶ Etiā reꝫ. Cōcediꝫ. si est ꝓpe receptio. mō eē nō recipiꝫ in forma que dicit essentiā ⁊ quiditatē totā: sꝫ si recipiꝫ i mā illa nō ē pars qditatis: neqꝫ tota qditas. Et sic ēt esse actuale differt a mā: sicut for^a. vt visuꝫ est ṕus. vnde eē actuale est idē cū for^a que est tota qditas rei. vt vult Cōmentator. 7. h⁹. ⁊ vtrūqꝫ depēdet a deo: ⁊ silr̄ itelligas de vno. Et sic de hoc.

Cōm. 33

Questio. VI.

T. cō. 5.

¶ Signum autem dyalectici ⁊c.

Queritur circa hāc partē. vtruꝫ meta^{ca} ⁊ dyaletica versenꝫ circa idē. ¶ Et arguiꝫ ṕmo ꝙ nō: qꝛ distincte sciētie secundū spēm nō ꝯsiderant idem subm: qꝛ vni⁹ sciētie vnū est subm: sicut vnius potētie vnū est obm. vn̄ diciꝫ. 3. de anīa: ꝙ scientie secanꝫ sicut ⁊ res: sꝫ iste sciētie sunt distincte ſm spēꝫ: cū meta^{ca} sit specu^{ua}. dyaletica ⁊ sophy^{ca} practica est. ğ ⁊c. ¶ Item ille sciētie non versanꝫ circa idē. quarū vna est organica ⁊ rōnalis: alia ṕncipalis ⁊ realis: sꝫ meta^{ca} ⁊ logica habent se sic: qꝛ vult simplici⁹ sup ṕnta ꝙ logica sit organica: ⁊ etiaꝫ cōiter diciꝫ rōnalis: ⁊ meta^{ca} est ṕncipalis ⁊ realis: qꝛ etiaꝫ ꝯsiderat ṕn^a realia. ¶ Itē ille sciētie nō ꝯsiderāt idem. quarū vna ꝯsiderat entia rōnis ⁊ alia entia extra aniaꝫ: sꝫ dyaletica ⁊ sophystica ꝯsiderant entia rōnis: vt intentiones. vt vult Auicē. qꝛ logica est de secundis intentionibus adiunctis ṕmis. vt idem vult Cōmentator. 4. huius: sed metaphysica cōsiderat entia extra animā. vt pꝫ per se ⁊ per totum librum.

T. c. 38.

Auic. ṕ. sue me^{ce} caplo. 2.

Cōm. 2.

Oppositum vult Aristo. 4. huius. in ṕdicta littera. vn̄ postea subiūgit. naꝫ circa idem versaꝫ sophystica ⁊ dyaletica.

T. cō. 5.

Notandum ad istā qōnē: ꝙ cōiter diciꝫ ꝙ logica ṕmo ⁊ per se nō versaꝫ circa idē cū meta^{ca}: qꝛ sic ꝯsiderat intētiōes secūdas: sꝫ meta^{ca} ṕ. ⁊ per se ꝯsiderat res extra aiam. ğ ⁊c. Tamē dicūt ꝙ illa que sic ꝯsiderat logica vt itentiōes sunt equalis ambit⁹ cū ente: qꝛ possunt applicari cuilibet generi entis. s. intētio generis spēi ⁊c. Et ꝓpter hoc dr̄ ꝙ dyaletica ⁊ metaphysica v̄sanꝫ circa idē. 2°. dicūt ꝙ logica ex ꝯnti ⁊ secūdario ꝯsiderat entia realia: qꝛ in eis fundanꝫ intētiōes. q̄s ṕncipalr̄ ꝯsiderat logica: ⁊ sic logica ⁊ sophy^{ca} v̄sanꝫ circa idē cū meta^{ca}: qꝛ meta^{ca} cōsiderat entia realia. silr̄ dyaletica ⁊ sophystica ꝯsiderāt entia realia: saltē ex ꝯsequēti vt dicūt. ¶ Ista opio suppōit ꝙ logica ṕmo ⁊ per se ꝯsiderat itentiōes ⁊ nō res: qō nō valꝫ: ⁊ istud ꝑtractare ꝑtinet ad logicā. vn̄ adduco vnā rōneꝫ ꝯtra istud fundamentū: qō videꝫ facere fidem: ⁊ est. Illa sciētia cuius finis est distinguere verū a falso hꝫ ꝯsiderare ṕmo ⁊ ꝑ se res: qꝛ veritas ⁊ falsitas fundanꝫ in reb⁹ ṕmo mō per se ⁊ scdo sup itentiōes: sicut qn̄ diciꝫ ꝙ gen⁹ ⁊ dr̄ntia ṕdicātur de spē: ⁊ passio de subto. vn̄ iste ṕdicatōes quo ad intentōes sunt false: sꝫ quo ad res sunt vere: sꝫ logica hꝫ distinguere veruꝫ a falso. vt pꝫ ꝑ Boetiū in thopi. suis. vbi dicit: ꝙ logica est sciētia distinguēdi veruꝫ a falso: ⁊ in h nolo plus imorari. ¶ Dōm ğ ad qōnem aliter ſm intētionem Aristo. ⁊ Cōmentatoris. Et primo dōm ꝙ dialetica sophystica ⁊ meta^{ca} v̄sanꝫ circa idē subm. 2° ꝙ hoc tn̄ est ſm diuersaꝫ rōnem ꝯsiderādi. ¶ Prima ꝯ̄ ꝓbaꝫ. ille scie v̄sanꝫ circa idē cū meta^{ca} que ꝯsiderāt ens iquātū ens: qꝛ meta^{ca} ꝯsiderat ens inquantū ens. vt pꝫ. 4. h⁹. sꝫ dyaletica ⁊ sophystica est huiꝰ. vt pꝫ ꝑ Cōmētatorē in isto. 4. vbi dicit: ꝙ genus istarū triū in quo ꝯsiderāt est vnū ⁊ ens simplr̄. ¶ Itē illa scia vel ille scie v̄sanꝫ circa idē cū meta^{ca} que vsitanꝫ in oīb⁹ sciētijs: qꝛ ille scie que vsitanꝫ in oīb⁹ scientijs: opꝫ ꝙ ꝯsiderēt oīa applicabilia cuilꝫ scibili: imo cōia: que etiā cōsiderat meta^{ca}: sicut genus spēꝫ idē diuersuꝫ silē ⁊c. sꝫ logica est huiꝰ. ꝑ Cōmentatorē. 7. hui⁹. vbi dicit: ꝙ logica vsitaꝫ in geo^a ꝯhēdo ꝑ termios geo^c dr̄ logica ꝓpria. silr̄ in alijs. Et ad hāc intētionē dixit Cōmētator. 2. h⁹: ꝙ logica ē duplex. cōis ⁊ ꝓpria. Alio mō vsitaꝫ logica in alijs sciētijs: qꝛ alie sciētie accipiunt ꝓpōnes demr̄atas in logica. q̄re ⁊c. ¶ Ratio scde ꝯclusionis. Ille sciētie differunt in rōne cōsiderādi que ꝯsiderāt idem: ⁊ vna ꝯsiderat sub rōne efficaciori: ⁊ alia sub rōne debiliori. ⁊ h ē ma^{ta}: sꝫ me^{ca} ⁊ dya^{ca} ⁊ sophystica sūt hꝰ. vt vult Ar. in lr̄a: qꝛ lꝫ oēs ꝯsiderent ens: tn̄ me^{ca} dr̄t a dya^{ca} in mō ꝑtātis ⁊ in mō scie. vn̄ me^{ca} ꝯsiderat de ente ꝯsideratōe demr̄atiua ⁊ certa: logica aūt ꝯsideratiōe ꝓbabili: sꝫ dr̄t a sophy^{ca} i ꝓheresi. i. electōe operis vl̄ in vite ꝓheresi: ⁊ ꝑ itētiōeꝫ itentā in vita. vt exponit Cōme^{tor}. Sophysta. n. itēdit se videri ꝓbm vt acqrat glām: aut aliud ḡrarū hūanaꝝ: sicꝫ laudē vel honorē: q̄ ēt pn̄t dari gratiose. vn̄ sophysta ſm reputationē vr̄ gloriosus: sꝫ meta^{ca} itēdit ingrere v̄itatē nō ꝑꝑ gloriā: sꝫ ꝑꝑ eā.

T. cō. ṕ.

Cōm. 5.

Cōm. 2.

Cōm. 15

Cōm. 5.

Ad rōnes Ad ṕmā. dis^{te} scie ⁊c. Dōm ꝙ distincte scie ſm spēꝫ pn̄t idē ꝯsiderare: tn̄ ſꝫ diuersas rōnes ꝯsiderādi. sicꝫ meta^{ca} ⁊ nālis ꝯsiderāt māꝫ ṕmā: tn̄ ſm diuersaꝫ rōnē ꝯsiderādi: ⁊ sic me^{ca} ⁊ lo^{ca} ꝯsiderāt idē: tn̄ ſm diuersaꝫ rōnē ꝯsiderādi: vt visuꝫ est: ꝙ dr̄nt ſm spēꝫ. ¶ Ad aliā. ille scie nō ꝯsiderāt idē ⁊c. ꝯcediꝫ sub eadem rōne ꝯsiderādi: sꝫ tn̄ sub diuersa rōne bn̄ pn̄t ꝯsiderare ideꝫ: tn̄ sub diuersa rōne: qꝛ me^{ca} ꝯsiderat ens quo ad ṕncipia realia: sꝫ logica ꝯsiderat ens iquātū

subycitur: ꝛ respicit actū rōnis: qꝛ logyca cōsiderat entia: inquantū hñt rōnē subi vel predicati. ¶ Ad aliā pȝ ex dictis. qꝛ logyca bñ considerat entia ex aīam. lȝ hoc non faciat absolute: sed inquantū respiciunt actū rōnis. vñ ꝯsiderat ꝓpōnes hñtes subm ꝛ predicatū: ꝛ hoc non soluȝ q̄ ad intentiones: sed et q̄ ad res: inq̄tū stāt sub actu rōnis: qꝛ res ꝑdicanͭ ꝛ subyciunͭ nō ꝑ se: sȝ ꝑ itelꝉꝫ. Qō VII.

T.c.7.

¶ Dicendum autem est. ꝛc̄.

Circa hāc ꝑte q̄ritur. vtrum istud sit ꝑmū ꝑn^{m} cōplexū. Impoſſe est idē sil' eē ꝛ non esse ſm idē: ꝛ ad idē: ꝛ similr. Et arguitur ꝙ non. p^{m} ꝑn^{m} dȝ esse simplicissimū. qꝛ si p^{m} ꝑn^{m} esset cōpositius aliquo: non esset p^{m}. sȝ posterius. qꝛ posterius est simplici ipsum compositum. sed predictū ꝑn^{m} non est simplicissimū. qꝛ ipoſſe est sil' eē ꝛ nō esse. ꝛc̄. nō est simplicissimū. imo aliud est simplici^{9} eo. vt ens est ens: vel subā ē subā. q̄re non est p^{m} ꝑn^{m} complexū. ¶ Itē ꝑn^{m} cōplexū non dȝ esse multiplex. qꝛ multiplicitas facit ꝯfusionē in intellu. ꝛ obscurat eū. ex p celi. z^{o} etiā elencoꝝ. sed p^{m} ꝑn^{m} est notissimū nr̄o itellectui: ꝛ ñ obscurat intellm. sed dictū ꝑn^{m} est multiplex. qꝛ ꝯstituiͭ ex termino multiplici. s. eē: qō est multiplex: sicut ꝛ ens dr̄ multipliciter: vt pȝ 4° b^{9}. ¶ Itē ꝓpō negatiua non pōt eē p^{a}. qꝛ quālibȝ ꝓpōnē negatiuā ꝑcedit affirmatiua. z^{o} ꝑhier. ꝛ z^{o} elencoꝝ. sed dicta ꝓpō est negatiua. qꝛ ipoſſe valȝ q̄tū nō poſſe. ¶ Itē ꝓpō copulatiua nō pōt eē p^{m} ꝑn^{m} cōplexū. ꝛ hec est manifesta. qꝛ q̄libet ꝓpō ypo^{ca} posterior est ca^{ca}. vt pȝ ex p ꝑhier. sȝ dcā ꝓpō est copulatiua. qꝛ ibi poniͭ cōiūctio ꝛ. q̄ copulat. g̃. ꝛc̄. ¶ Itē modalis ꝓpō nō pōt eē p^{m} ꝑn^{m} cōplexū. qꝛ ꝓpōnes de inesse priores sunt modalib^{9}. z^{o} ꝑhier. vñ et Ar. p determinat de ꝓpōnibus d inesse. sȝ dicta ꝓpō est modalis: cū in ea ponaͭ impoſſe. qō est modus. g̃ ꝛc̄. ¶ Itē p^{m} ꝑn^{m} dȝ esse ex terminis simplicib^{9}. qꝛ ꝑmū ꝑn^{m} in vnoquoqȝ genere est dare simplicissimū. sed dicta ꝓpō non est ex terminis simplicibus. qꝛ ex ꝑte subi non est terminus simplex. s. idē esse sil. qꝛ componitur ex ꝯceptu respectiuo ꝛ absoluto: silr ex parte predicati nō est terminus simplex. s. esse ꝛ non esse. qꝛ est cōpositū. q̄re ꝛc̄. ¶ Itē p^{m} ꝑn^{m} cōplexum dȝ ꝯstitui ex p termino. qꝛ sicut cōplexa sunt ex terminis sic ꝑn^{m} ex primis terminis. sȝ dictū ꝑn^{m} non est ex p termino. qꝛ subā ē p^{m} ens. ꝛ ꝑmus terminus. ex 7° b^{9}. ꝛ dcm̄ ꝑn^{m} nō est ꝯstitutū ex subā. sȝ ex eē nō eē ꝛ impoſſi. ¶ Itē si dcm̄ ꝑn^{m} esset p^{m}: tunc sequereͭ ꝙ eēnt plā p^{a} ꝑn^{a} ꝯplexa. sȝ hͦ est fl'ȝ. qꝛ qō ꝑ supabūdātiā dr̄ vni soli ꝯuenit. ꝛ hͦ est vex respectu vni^{9} ordinis: ꝛ vni^{9} gnīs. ꝯña pȝ. qꝛ istud p^{m} ꝑn^{m} de quolibȝ affirma^{o} ꝛ nega^{o}. ꝛ de nullo sil. imo ꝛ de nullo vere vel false. g̃ si illud ē ꝑn^{m} p^{m} ipoſſe eē ꝛ nō eē. ꝛc̄. tūc sūt plā ꝑn^{a} p^{a}. ¶ Itē p^{m} ꝑn^{m} dȝ esse verissimū: ꝛ verius alijs oib^{9} ꝓpōnib^{9}. qꝛ ꝑꝑ veritatē eius oīa alia ꝯfirmanͭ. sȝ dcm̄ ꝑn^{m} nō est verius oib^{9} alijs: qꝛ nulla ꝓpō est verior illa. in q̄ idē ꝑdicaͭ de seipso.

T.c.ō.4 (T.c.iio., T.c.z.)

T.c.8. T.c.9.

Oppositum vult Ar. in lr̄a vbi dic̄. ꝙ vō sit illō. post hec dicamus. tunc addit idem sil' eē ꝛ nō eē: ſm idē est impoſſe. Et quecūqȝ alia determinauimus sint determinata ad logycas difficultates. qꝛ ibi posite sunt ꝯ̄nes ad idem ſm idē ꝛ sil'.

Notandum ꝙ sicut Arist. dicit in littera. conditiones primi principij vīr eē q̄nqȝ. Una cōditio ē. ꝙ p^{m} ꝑn^{m} dȝ eē firmissimū. ꝛ hͦ ꝯfir^{at} Ar. a posteriori. qꝛ primus ꝑhs dȝ dicere firmi^{ma}. sed ꝑn^{m} p^{m} ꝑtinet ad p^{m} ꝑhm. Ex hͦ sic. Ad p^{m} ꝑhȝ ꝑtinet ꝑn^{m} firmissimū. qꝛ eius est dicere firmissima. vt dicit Ar. ꝯgruit āt maxie cognoscētē tūc vnūq̄dqȝ genus hr̄e dicere firmissima rei ꝑn^{a}. ꝛ tunc post addit. Est aūt hic ipse ꝑhs primus: sȝ p^{a} dignitas ꝑtinet ad ꝑhm p^{m} in littera. ergo est firmissima. ¶ z^{a} ꝯditio est. ꝙ circa ꝑmā dignitatē nō ꝯ^{it} decipi: ꝛ hoc ꝓbaͭ ex p^{a} ꝯditiōe: qꝛ circa illud: qō est firmissimū ꝛ incōtradicibile nō ꝯ^{it} decipi: sȝ p^{a} dignitas est hͦ: vt pȝ ex p^{a} ꝯditōe. ¶ 3^{a} ꝯditio ē. ꝙ cognitio ꝑmi ꝑncipij cōplexi non habeͭ ex suppōne. Et hec ꝯditio pȝ ex z^{a}: qꝛ si ꝑma dignitas cognoscereͭ ex suppōne: tūc nō eēt noti^{ma}: qꝛ qō hr̄ ex suppōne cognitionuȝ ꝑcedētiū nō est notissimū: sed p^{m} ꝑn^{m} ꝯplexū est noti^{9} ex z^{a} ꝯditiōe. ¶ 4ª ꝯditio est. ꝙ ꝑmū ꝑn^{m} sit noti^{m} cōplexū: ꝛ sequiͭ ex z^{a} ꝯditione: qꝛ si p^{a} dignitas esset icognita: tūc circa ipsaȝ ꝯtingeret decipi: qꝛ hoīes decipiunͭ circa ignotū: ꝛ qō nō ē oīo manifestū. vt dicit ꝯ^{tor}. ¶ 5ª ꝯditio est. ꝙ necesse ē ꝑmā dignitatem venire ad hñtem: qꝛ nullus pōt ignorare noti^{m}: qꝛ hñs tale ꝑn^{9} nō pōt nō assentire ei: sȝ ꝑmū ꝑn^{m} cōplexū est noti^{9}: vt pȝ ex dictꝭ. ¶ No^{9} ꝙ iste ꝯditōes ꝑmi ꝑncipij sūt multū ꝓpinque: qꝛ sunt q̄si ideȝ: tñ ponunͭ ad maiorē manifestationē: sȝ tñ differunt ſm diuersas habi^{nes} ꝛ re^{as} ad diuersa: qꝛ inq̄tū ꝑmū ꝑn^{9} cōparaͭ ad ꝯ̄dicentes sic est firmissimū: qꝛ quicūqȝ aduersari^{9} quātumcūqȝ ignarus nō pōt ꝯ̄dicere ei mētaliter: ꝛ lȝ neget ore. tñ oȝ euȝ ꝯcedere corde. sed in cōꝑatione ad adiscentes dr̄ ꝙ nō ꝯtingit circa ipsum decipi: sȝ dr̄ notissimū in cōꝑatiōe ad quoscūqȝ audientes. qꝛ p^{m} ꝑn^{m} auditum statim est notum. ꝛ dr̄ non ex suppōne notū respectu aliaꝝ ꝓpōnū. qꝛ nihil est prius cognitum p ꝑn^{o}: ergo cognitio ei^{9} non dependet ex suppōne cognitionū precedētiū ꝛ ꝓpōnū prius notaꝝ. sed diciͭ necesse venire ad habētem re^{m} ꝯ̄num. qꝛ conclusiones nō nec̄e veniunt ad hñteȝ. qꝛ aliq̄s audiens ꝯ̄nem non nec̄e assentit ei. qꝛ pōt dubitare.

His visis dōm ad q̄ōnem. ꝙ idē sil' esse ꝛ non esse idē impoſſe est ſm idē. ꝛ silr est ꝑmū principium cōplexum. ¶ Rō est. illud cōplexū est prima dignitas: qō est firmissimū: ꝛ circa qō non contingit decipi: ꝛ est notissimuȝ. ꝛ non est ex suppōne: ꝛ necesse est venire ad habentem. ꝛ hec est manifesta. qꝛ iste sunt ꝯditiōes ꝓprie requisite ad primū principiū. sed dictū primū cōplexum est hͦ. qꝛ inter oīa cōplexa illud est firmissimuȝ. ꝛc̄. ipsum non ꝯtingit decipi credēdo oppositū. ꝛ probatio h^{9} ꝙ nullus possit cogitare oppositū illi cōplexo. qꝛ si hͦ eēt: tunc ꝯ̄ria sil' essent in eodē. sed hoc est falsum. ꝯña patet. qꝛ oppōnes ꝯ̄dictorioꝝ sunt ꝯ̄rie. silr illud cōplexū ē notissimū. ꝛ est non ex suppōne. qꝛ eius cognitio non resoluitur in cognitionē ꝑcedētē. silr necesse est venire ad hñtē: qꝛ q̄ cito aliq̄s audit ipm: tam cito assentit ei.

Notandum ꝙ hic sunt duo dubia. ꝑmū est. illud qō docemur nos est principiū complexū qꝛ nō docemur neqȝ adiscimus: nisi qō cū ꝑmo cōcipimus est dubiū vel apparet falsum. ꝛ post ꝯ̄riam opionem ꝛ dubitationeȝ eius nobis manifestatur veritas. vt dicit Lincoñ. ꝑmo poſte. sȝ primū principiū nō ē dubiuȝ. sȝ ē notissimū ꝑ Ar. 4° b^{9}. sed dictū principiuȝ cōplexum idem ꝛ simul esse ꝛ non esse. impossibile est. ꝛc̄. docemur. vt patet per Ar. docentem ipsum. similiter facimus questionē de ipo. ergo ē dubiū: cū questio sit dubitabilis ꝓpositio. ¶ Aliud dubium est. Si aliquid est generabile. ita ꝙ nunq̄ȝ generetur: tunc possibile est idem simul eē ꝛ nō esse ſm idem. ꝛc̄. ꝛ hoc opponitur illi principio. probatio consequentie. qꝛ eo ꝙ aliq̄d est generabile potest eē i aliquo futuro tempore. ꝛ in instanti. ꝛ sit. b. illud instans in quo potest esse. modo eo ꝙ nunquam generabitur nō potest esse in illo instanti. b. futuro. ꝛ sic potest esse ꝛ non eē simul in. b. componendo ly sil' cuȝ esse: ꝛ non esse. ꝛ nō cū ly potest. sed aliquid est generabile: qō nūq̄ȝ gn̄aͭ ſȝ oēs. ꝛ hec ē fides ꝛ ꝟitas. vñ in nālib^{9} ꝛ volūtarijs aliq̄d poſſe ē

t.cō.8. — t.c.8.ꝛ.9

ꝙ nunq̃ erit.q2 possibile est me aliqd itelligere:qđ tamẽ
T.c.94 nunq̃ intelligam.Silr cogitare.q2 dr̃ 2°. de gñõne. futu
rus gs incedere non incedet.Silr si sic non esset ꝙ aliqd
esset posꝭe ꝙ nunquã esset:tunc oĩa euenirent de necessita
te.qđ est fl̃m.q2 tunc frustra essent ꝯsilia ꝛ negocia huma
na.ex ꝑ ꝓbier.Silr in nãlibus aliqd est posꝭe qđ nũq̃ erit:
ꝛ aliqd est gñãbile: qđ nũq̃ gñãbiť.¶ Ad pm dubiũ dõz.
ꝙ pmũ pnm doceri põt intelligi dupl̃r.Uno mõ quo ad i
herentiã passionis ad subm vel non inherentiam passio
nis ad subm.i.predicati. Alio modo põt intelligi doceri
quo ad aliq̃s ꝯditiones sibi debitas:modo illõ qđ põt do
ceri quo ad inherentiã:vel non inherentiaz predicati ad
subm:illud non est pm pnm.sed ꝙ põt doceri quo ad ꝓprie
tates sibi debitas:bñ põt eẽ pnm pm.q2 illud cõplexum ex
predicato ꝛ subiecto:de cuius inherentia non dubitatur:
vt idem simul esse ꝛ non esse. imposꝭe est.i. de imposꝭitate
sil' eẽndi ꝛ non essendi:idem non dubitať. tñ põt hr̃e pro
prietates ꝛ conditiones sibi debitas:vt ꝙ sit firmissimũ:
ꝛ ꝙ non contingat decipi circa ipsuz.ꝛc̃.ꝛ quo ad illas cõ
ditiones põt doceri ꝛ declarari:sed tñ non quo ad inherẽ
tiam vel non inherentiam ꝑdicati ad subm docetur. vn
de q̃z cito proponitur illud pnm.imposꝭe sil' esse ꝛ nõ eẽ.ꝛc̃.
statim terminis cognitis:non dubitať de inherentia pre
dicati ad subm : ꝛ sic Ar.non docet ipsum:sed tñ quo ad
ꝯditiones sibi debitas declarat ipsuz: ꝛ aliqualiter docz.
¶ Ad 2m dubiũ aliqui dicunt.ꝙ non põt dici fm̃ funda
menta Ar.tenendo ꝙ aliquid gñãbile nunq̃ generetur:
q2 dicunt ꝙ Ar.de necessitate fm̃ fundamenta eius ha
bet concedere.ꝙ oẽ generabile de necessitate generabiť:
licet non sit veꝝ fm̃ fidem ꝛ veritatem.

Per hec ad rõnes in oppositũ.Ad primã cũ dici
tur. pmũ pnm dz esse simpm.Dõm ꝙ pri
mũ pnm esse simplim põt intelligi dupliciter. Uno mõ.ꝙ
sit simplicissimũ simplicitate que opponitur cõpositioni
ex pluribus vocibus.ita ꝙ simplicissimũ dicat exclusio
nem ꝛ negationem pluriũ vocũ. Alio mõ põt intelligi ꝙ
sit simplicissimũ ꝑ exclusionẽ notitiaꝝ ꝓcedentiũ. Mo
do pm pnm non põt esse simplicissimũ primo mõ. ꝑ exclu
sionẽ cõpõnis ex pluribus vocibus ꝛ terminis.q2 primuz
pnm põt esse cõpositum ex pluribus vocibus ꝛ terminis.
q̃z alia.Scđo modo est simplicissimũ ꝑ exclusionez noti
tiaꝝ ꝓcedentiũ primũ pnm.q2 nulla notitia alicuius com
plexi precedit ipz.aliter essz ex suppõne.qđ est fl̃z.¶ Tu
dicis.cõplexũ est istud pnm.idẽ sil' esse ꝛ non esse.ꝛc̃.Dõm
ꝙ nõ ẽ simplicissimũ ꝑ exclusionẽ cõpositiõis pluriũ vo
cum.q2 plẽs voces includit q̃z alia cõplexa:sz ẽ simplicissi
mũ ꝑ exclusionẽ notitiaꝝ ꝓcedentiũ.q2 intell's nõ põt ca
pere priorẽ notitiã cõplexi ꝑ pn:. ¶ Ad aliam.pm pnm ꝛc̃.
conceditꝛ.mltiplicitate iordinata que est pñr equocatio
nis in q̃ aliq̃ falsitas cõmisceť veritati:vel põt cõmisceri.
Tñ pnm pm põt eẽ multiplicitate ordinata ad vnũ primũ
in qua veritas non cõmisceť falsitati. sed tñ est in eo ve
ritas pura.¶ Tu dicis. ꝙ imposꝭe est sil' esse.ꝛc̃. Dõm ꝙ
est multiplex multiplicitate ordinata ad vnuz pm:in quo
est pura veritas.vñ si idẽ sil' esse ꝛ non esse imposꝭe est ml
tiplex.ꝛ q2 tñ est dictũ imposꝭe ẽ idez sil' esse subam ꝛ non
subaz.ꝛ idẽ imposꝭe est esse ꝛ non esse sil' quantitatem ꝛ nõ
quãtitatẽ:ꝛ sic đ aliis.sicut ẽt ista est mltiplex. ens ẽ ens.
multiplicitate ordinata ad vnũ pm: vt ad subam. q2 sicut
ens significat multa ordinata ad vnuz.s.ad subam et oĩa
alia nouẽ ꝑdicamẽta:vt hñt ordinẽ ad ipsum.ita ẽt iposꝭe
est idẽ eẽ ꝛ non esse:ꝛ significat ista decem:iposꝭe est idem
esse subam ꝛ non subam.Et imposꝭe est idem esse q̃ntitatez
ꝛ nõ esse quantitatez.ꝛ sic de aliis.tamẽ oĩa posteriora si
gnificat.vt hñt ordinẽ ad pm.¶ Ad aliã rõnẽ.ꝓpõ nega

tiua.ꝛc̃.veꝝ est:ꝓpõ nea vna. imo vñ negatiua ẽ.q2 qua
libz negatiuã.vñ negatiua ẽ:ꝓcedit affirmao manifesta.sz
nea vñ talis est põt eẽ po.q2 inquantũ est ꝯstituta ex tali
bus terminis primis:et tali mõ eẽndi põt esse. ¶ Tu di
cis.ꝙ istud incõplexũ.imposꝭe.ꝛc̃. Dõz ꝙ ex negatiua.vñ
ipsa est negatiua:ꝓcedit eã affira.sz tñ vñ talis ẽ ꝙ ex tali
bus terminis ꝯstituta.s.primis eẽ ꝛ nõ esse.tali mõ enũri.
q2 negať posꝭitas sil' eẽndi ꝛ nõ eẽndi de codẽ.Et sic est po.
q2 eã nulla alia ꝓcedit i cognitõe.q2 eiꝰ cogniꝰ nõ resoluiť
i aliã.sz cognitiões oĩuz dignitatũ.in h pm ꝯpleꝰ resoluũť.
¶ Alr dr̃.ꝙ duplex ẽ negatiua.q̃dã va:q̃dã fl'a : oẽz nega
tiuã falsaz ꝓcedit aliq̃ affira va. tñ si sit negatiua verissi
ma veritate euidẽtissima:ꝛ incõtradicibili: non opz ꝙ ꝓ
cedat eaz aliq̃ affira.¶ Aliter põt dici.ꝙ dcm̃ pnm iposꝭe
est idẽ sil' eẽ:ꝛ nõ eẽ nõ est negatiua ꝓpõ:sed affira.q2 ibi
affirꝛ iposꝭitas de subo:ꝛ modalis ꝓpõ nõ est nega:nisi qñ
negať modus de subo.sed h affirmať modus.q2 h idẽ sil'
eẽ ꝛ non eẽ tz se in rõne subi:ꝛ imposꝭe in rõne ꝑdicati.sed
bñ ẽ negatiua eqpollẽter. q2 eqpollet negatiue.s.non con
tingit idẽ sil' eẽ ꝛ nõ eẽ.Et pro tãto formalr nõ est negati
ua:sz eqpollenter.vñ ẽt affirmatiua ꝓpõ in q̃ idẽ ꝑdicať
de se:sic est negatiua:q2 eqpollet negatiue:vt suba ẽ suba.
equipollet huic.suba non est non suba.¶ Ad 4m rõnem
propõ copulatiua.ꝛc̃.conceditur.si est copulatiua fm̃ ve
ritatẽm.q2 copulatiua ꝛ ypoca depẽdẽt ex duabus cathe
goricis.¶ Tu dicis.ꝙ ista propõ est copulatiua.Dõm ꝙ
non est copulatiua:sed đ copulato termino.q2 h totũ: idẽ
sil' esse ꝛ non esse.hz se ex parte subiecti.ꝛ ista ꝯiunctio co
pulat inter terminos.sed non copulat inter propões.sez
ꝙ sensus sit ꝙ idem esse est imposꝭe.ꝛ idem non esse ẽ im
possibile.¶ Ad aliam.modalis propõ.ꝛc̃.verũ est inquã
tum modalis.sz tñ modalis.vñ talis põt eẽ pm pnꝰ.q2 in
quantũ ẽ ex talibꝰ terminis constituta.ꝛ tali euidentissi
mo mõ.vt ꝙ negať imposꝭitas sil' eẽndi ꝛ nõ eẽndi de eo
dem:ꝛ ꝓꝑ hoc habet pmeyam in genere pncipiorũ.¶ Ad
aliã pꝰ pnm dz esse ex terminis maxime simplicibꝰ. verũ
ẽ de illis in q̃ alia pñt resolui ꝛ reduci.¶ Et tu dicis.ꝙ di
ctũ pnm.ꝛc̃.Dõm ꝙ inter oĩa pna cõplexa: ad q̃ pñt resol
ui ꝛ reduci alie conclusiones istud principiũ est ex termi
nis maxime simplicibus.sz nõ est ex termis maxime sim
plicibus respectu illaꝝ ꝓpõnũ.'vbi idẽ ꝑdicatur de se : et
ad q̃ cõplexa alia non reducunť.vñ illud.ens ẽ ens.qđ cõ
poniť ex termis maxime simplicibus:ꝛ alia.vbi idẽ de se
ꝑdicať.sz in illa non resoluunť ꝯnes:sz illud pnm.iposꝭe est
idẽ sil' eẽ.ꝛc̃.est pm respectu oĩum cõplexoꝝ pncipioꝝ de
monstrationis in que resoluunť alia:ꝛ sic est ex terminis
maxime simplicibꝰ.vñ ꝑ illõ pnm oĩa alia confirmanť et
corroboranť:ꝛ sic illud est ex termis maxime simplicibꝰ
reu pnꝰ ꝯplexoꝝ.in q̃ alia resoluunť.¶ Ad aliaz.pꝰ pnm
ꝯplexuz dz cõstitui ex pmo termino.cõceditur eo modo
quo est primũ.Tu dicis.ꝙ substantia.ꝛc̃.Dicẽdum est ꝙ
est primũ primitate principaꝰ ꝛ non primitate cõmuni
tatis.sed primũ pnm dz cõponi ex pmis pmitate cõitatis.
q2 pm pnm dz defendere oĩa alia pna ꝯ negantes ea.¶ Ad
aliã. si hoc esset tunc plura essent pa pna. negatur. ꝙ non
est nisi vnum.Et tu dicis.de quolibet affirmatio ꝛ nega
tio.ꝛc̃.Dõm ꝙ non est pm pnm.q2 non inuenitur ab Arist.
positũz pro primo pno. Tu dicis. ꝙ cõmuniter dicitur h.
Dicendũ ꝙ illud cõmune dictũ est falsum. q2 sine ratiõe
est.vnde etiã illud dictũ tantũ est cõmune ignorãtibus.
Et tu dicis.Ar.4.hꝰ.ponit illud pncipiũ primũ.non con T.cõ.9.
tigit idẽ esse ꝛ nõ esse sil'. Dõz ꝙ illõ est idez realr cũ isto.
sz tamẽ differt voce: qua nõ contingit ꝛ imposꝭe eqpollẽt.
¶ Ad aliã pꝰ pnm ꝛc̃.veꝝ est debz eẽ verius oĩbus aliis:
ꝑ que alia pñt ꝯfirmari:sed non opz ꝙ sit verius illis per

que alia non ꝯfirmant̄:neqꝫ in que resoluunt̄:¶ Tu di/cis.ꝙ illud p̄nᵐ in quo idem predicat̄ de seipso est veris/simū.Dōm ꝙ illa ꝓpō est verissima: vbi idē p̄dicat̄ ð se/ipso:sed in illā ꝓpōnem alia non resoluunt̄: ꝛ ꝯfirmātur ꝑ eā.sed dcm̄ p̄nᵐ est verius oībus cōplexis:i que alia re/soluunt̄:ꝛ per que confirmant̄. Qō VIII.

T.c.8.

¶ Quod enim necessarium est habere ꝛc̄.

Circa hanc ptē q̄ritur.vtrū p̄nᵐ complexū sit oībus notissimū.ita ꝙ intelligen/tem quēcūqꝫ sit necesse ipm h̄re.Et arguit̄ pri/mo ꝙ nō.qꝛ intelligentē simplex ꝛ incōplexūꝫ non est necesse intelligere cōplexū.qꝛ incōple/xū pōt intellī sine cōplexo:cū ista sint opposita:ꝛ incōple/xū sit prius cōplexo: ꝛ prius pōt intellī sine posteriori. ſꝫ p̄nᵐ p̄ᵐ est cōplexū.ꝛ alia multa sunt incōplexa:sicut ens ꝛ hō:qui intelligunt̄ simplici intelligētia.vt pꝫ.3°. de aīa. ḡ ꝛc̄.¶ Itē intelligentē ptē non opꝫ intelligere totuꝫ: qꝛ aliqs pōt intelligere lignū:nō intelligendo domū: cū par/tes sint priores toto:sed p̄ᵐ p̄nᵐ hꝫ ptes.qꝛ partes p̄mi p̄n/cipij non solū sunt termini incōplexi:sed ēt cōplexe ꝓpō/nes:sicut idē esse.ꝛ idē non esse.ḡ intelligentē non solum incōplexa non necesse est intelligere p̄ᵐ p̄nᵐ.verumetiaꝫ intellītem cōplexa:non necesse est ipsum intelligere pri/mū p̄nᵐ.¶ Itē illud nō est notissimū circa qō ꝯᵗ errare: ꝛ ꝑ ꝯn̄s quēlibet intellītem non necesse est ipsūꝫ habere. hec est manifesta.qꝛ aliqs non decipit̄ nisi circa illud qō nescit ꝛ ignorat:vt dicit cōmentator 4°. h⁹.sed circa p̄mū p̄nᵐ ꝯᵗ errare.probatio.qꝛ iudiciū sensus certius est iudi/cio intellect⁹: cuꝫ ergo cognitio intellectiua fiat ex cogni/tione sensitiua.p̊ poste.sed sensus qn̄qꝫ decipitur circa ꝓ/prium sensibile.vt pꝫ 2° de aīa.ꝛ ēt 4° h⁹.ergo etiam itel/lectus decipit̄ circa p̄ᵐ p̄ncipium.

T.c.21. Cō.8. T.c.p̊. T.c.63. T.c.24 ꝛ infra. T.c.8. T.c.9.

Oppositum vult Ar.i lrā.vbi dicit.ꝙ p̄nᵐ p̄ᵐ est notissimū.ꝛ postea dic̄.q̄ ꝓꝑ oēs de/monstrantes in hanc reducunt vltimā opionē.

Ad intellectū qōnis notanduꝫ est ꝙ duplex est opatio intellect⁹.Prima que est indi^{lēs} intellītia:ꝛ illius obm est incōplexum.¶ 2ᵃ opō est cōpō ꝛ diuisio:ꝛ illius est obm cōplexū.modo sicut in p̄ma opatione est aliqd p̄⁹ intellm̄ vt ens:sine quo itelle/ctus nihil intelligit:sic in 2ᵃ operatione est aliud p̄ᵐ.vt p̄/mū p̄nᵐ demonstrationis.sine quo intellectus nullū itel/ligit cōplexū.ꝛ hoc dico proprie cōpleᵐ.qꝛ aliqō est ꝯpleᵐ iproprie.vbi p̄dicat̄ idē de seipso:vt ens ē ens.vbi termi/nus ex pte subi ꝛ predicati ideꝫ significat. Mō cognitio primi principij cōplexi dependet ex cognitione suaꝝ par/tiū ꝛ terminoꝝ:sicut qōlibet alioꝝ principiorum depen/det ex cognitione terminoꝝ.qꝛ p̄nᵒ cognoscimus inquan/tū terminos cognoscimus.

Tūc dōm est ad qōnē.Primo ꝙ itellītē qōcūqꝫ incōplexū vel ꝯple/xū improprie acceptū non opꝫ intelligere p̄ᵐ p̄nᵐ demon/strationis.¶ 2° dōm.ꝙ intellītem quēcūqꝫ cōplexū vl' cōplexorum proprie acceptoꝝ necesse est intelligere pri/mū p̄ncipiū.¶ Rō p̄me ꝯn̄is est. Illius cognitio potest haberi sine cognitione primi principij:qō non dependet in cognosci a primo p̄nᵒ:sed incomplexa: ꝛ ēt cōplexa im/proprie sunt hō:vt visum est.ḡ. quare.ꝛc̄. ¶ Rō 2ᵉ ꝯn̄is est.qꝛ intelligentē 2ᵃ ꝛ posteriora:opꝫ intelligere p̄mū:qꝛ posterius nō intelligitur sine priori: sed oīa complexa ꝓ/prie sunt posteriora respectu primi p̄ncipij.qꝛ ēt oīa i ipm resoluuntur.ꝛ hoc vult dicere Ar.in lrā.ꝙ enim necessa/rium est habere qōcūqꝫ entium intelligentē.

Ad rōnes Ad p̄mā.pꝫ. qꝛ incōplexa nō dependēt ex cognitione p̄ncipij primi demōstra/tionis.ꝛ hoc visum est.¶ Silr̄ ēt pꝫ ad 2ᵃᵐ. qꝛ cōplexūꝫ iproprie qō est pars primi principij.ꝛ hoc visuꝫ est.¶ Ad 3ᵃᵐ pꝫ ēt.qꝛ intellectus intelligendo aliqō cōplexuꝫ vere ꝛ proprie non pōt decipi circa p̄ᵐ p̄nᵐ:ꝛ qui hꝫ intellm̄ bn̄ dispositū:sicut ēt visus non decipit̄ circa proprium obm: ꝛ h̄ obseruatis debitis ꝯditionibus.vt pꝫ 2° de aīa.ꝑ the/mistiū.sed h⁹ absolute bene decipitur circa primū p̄nᵐ.qꝛ ꝗ nō intellīt cōplexa vere:ꝛ non hꝫ intellm̄ dispoᵐ.vt vlt cōmētator.p̊ celi ꝛ mūdi.ꝛ i alijs locis. Qō XI.

Cō.22.

¶ Volunt autem ꝛ hoc demonstrare ꝛc̄.

Queritur circa hāc ptē.vtrū p̄ᵐ p̄nᵐ pos/sit deᵃᵗⁱ.Et arguit̄ p̊ ꝙ sic. qꝛ il/lud pōt demōstrari cuius ē altera cā. qꝛ demō/stratio est alicuius effectus ꝑ causam. vt pꝫ p̊ poste.sed primi principij est altera cā.qꝛ p̄ᵐ p̄n/cipiū hꝫ alteram cām:sicut terminos ꝛ intellm̄.ergo pōt demr̄ari.¶ Itē ꝓꝑ qō vnūqōqꝫ tale.ꝛ illud magis est ta/le.p̊ poste.sed oīa sunt deˡᵉ per p̄ᵐ p̄ncipiū.ḡ illud magis. ¶ Itē illa que p̄nt probari ꝑ rōnē ducētē ad impoſe p̄nt demōstrari.sed p̄nᵃ possunt probari per impoſe accipien/do oppositū ꝯn̄is cū vna premissarū:ꝛ inferre oppositum alterius p̄misse.sicut pꝫ p̊ p̊oꝝ.ergo vnū p̄nᵐ etiam sic p̄t demōstrari cum sit principium.

Oppositum vult Ar.i lrā.vbi dicit. volūt antē ꝛ hoc demōstrare ꝗdam ꝓꝑ ierudi/tionē.Est.n.ieruditio nō cognoscere:quoꝝ opꝫ demōstra/tionē q̄rere.

t.cō.9.

circa hãc parteꝫ: qꝛ postea dicit: qm̃ vero ab aliquo fit qḋ fit. Utrũ forma vel cõpositũ ꝑmo ⁊ per se sit terminus gnõnis. ℂ Et arguiť ꝑmo ꝙ forma nõ sit ꝑmo ⁊ per se terminus generatõis: qꝛ illud qḋ est ꝑmo ⁊ per se terminus generatiõis vel est mã vel forma vel compositũ. per sufficientẽ diuisionẽ: qꝛ in re gnãbili nõ sunt plura qꝫ ista 3ᵒ. sed hoc non est forma: qꝛ dicit Aristo. in lřa; ꝙ forma nõ fit: nisi ẛm accñs. similiter nec mã ꝑma fit: qꝛ est ingẽita ⁊ incorrup^{le}. ꝑᵒ phẏ. ⁊. 7. huius. ğ relinquiť ꝙ ↄ̃po^m ꝑmo ⁊ per se sit terminus generatiõis. ℂ Itẽ illud ꝑmo ⁊ per se generať: cui⁹ partes ẽntiales ⁊ intrinsece sunt mã ⁊ forma: qꝛ Arist. ꝑmo phẏsi. inquirit ꝑncipia eius qḋ ꝑmo fit: ⁊ dicit ꝙ illa sũt mã ⁊ forma: sed hoc est compositũ: cuius partes essentiales sunt mã ⁊ forma: qꝛ forma nõ est: qꝛ forme nõ est materia: nec forme est forma. ğ ⁊c. ℂ Itẽ illud ꝑmo ⁊ per se est terminus generatiõis qḋ terminata generatione est ens actu: sed ↄ̃po^m est ens actu terminata gnãtiõe. ğ ⁊c. maior est mãifesta: qꝛ gnõ terminať ad ens actu. minor pꝫ: qꝛ ↄ̃po^m est ens actu ⁊ nõ forma: qꝛ forma est actus et non est ens actu. qře ⁊c. ℂ Item illud per se ⁊ ꝑmo generať qḋ terminata gnõne per se ⁊ ꝑmo alterať ⁊ moueť localiter ⁊ augmẽtať: qꝛ qḋ generať postqꝫ generatũ est alterať ⁊ augmentať: si est viuũ: ⁊ moueť localiter: qꝛ ista omnia attribuunť eidẽ ꝑmo: sed compositũ est hõ ⁊ non forma. forma. n. non alterať ꝑmo: nec moueť localiter ⁊ augmentať: sed hoc est compositum.

T.c. 82. T.c. 27. T.c. 64 65. ⁊. 66.

Oppositũ

argť. Illud ꝑmo ⁊ per se generať qḋ per se ⁊ ꝑmo ↄ̃riať vel oppõiť termino a quo gnõnis: qꝛ gnõ est iter ↄ̃ria. ğ gnõ est per se ⁊ ꝑᵒ inter se ⁊ ꝑmo ↄ̃ria. ꝑmo phẏsico. sed forma ꝑmo ⁊ per se cõtrariať termino a quo gnõnis: qꝛ ꝑma ↄ̃traria sunt nõ esse. i. ꝑuatio ⁊ forma. ꝑmo phẏsi. ğ ⁊c. ℂ Itẽ illud videť gnãri per se ⁊ ꝑmo qḋ nõ generať per aliqḋ alteꝝ: ⁊ qcqd generať: ⁊ termiat generationẽ hoc est per illud: qꝛ hoc competit alicui ꝑmo qḋ nõ iest sibi per alterũ: ⁊ cuicũqꝫ inest: iest per illud. ex ꝑmo poster. forma est hõ: qꝛ forma nõ generať per aliud. non. n. per mãm generať terminatiue: ⁊ hoc oẽs ↄ̃cedunt: nec per ↄ̃positũ: qꝛ cõpositũ non terminat gnõnẽ nisi per formã: ⁊ sic eẽt circulatio in termino gnõnis. vñ forma est illud quo compositũ generatur: ⁊ sic forma per nihil aliud terminat generationeꝫ: ⁊ qcqd terminat generatiõeꝫ hoc est per formã. ℂ Notãdũ ꝙ aliqd terminare ꝑmo ⁊ per se generationẽ põt itelligi tripř. ꝑmo mõ ꝙ nõ terminat per partẽ: ita ꝙ cũ illud hẽat partes nõ debeť ei terminare generationẽ per vnã partẽ sine alia: ita ꝙ illud ꝑmo ⁊ per se distinguiť ↄ̃ per accñs qḋ est per partẽ: ⁊ sic ꝑmo ⁊ per se vtiť Aristo. 5ᵒ. phẏsico. ⁊. 6. qꝛ aliqua moueť ꝑmo ⁊ per se: sicut totũ quãtitatiuũ per se ⁊ ꝑᵒ moueť: qꝛ per vnã parteꝫ nõ moueť sine alia: sed per oẽs simul. Silř dř. 6. phẏ. ꝙ aliquid moueť ꝑmo ⁊ per se in tẽpore qḋ nõ moueť in vna parte

T.c. 67. ⁊. 68. T.cõ.ꝑ. T.c. 50. T.c. 50.

temporis sine alia:sed in qualibet parte tēporis. Secundo modo aliquid dicit̃ competere alicui p̄mo ꝛ per se:qꝛ ipsuz includit aliqd in se:qd̄ est precisa causa illius:ꝛ iste est alius modus p̄meitatis: vt homo est risibilis p̄mo ꝛ per se:nō qꝛ cuilibet parti competat ridere:sed qꝛ homo includit precisam causaz risibilitatis in se vt animaz rationalē. Tertio modo aliqd dicit̃ competere alicui per se ꝛ p̄mo;non qꝛ includit causaz precisaz illius : sed ipsummet est precisa causa illius sine hoc q̄ insit sibi per partes vel per iclusionez alicuius cause:sed quia ipsummet est precisa causa illius:sicut vnitati debet̃ p̄mo et per se ratio mensure nō per partes:quia nō habet partes:quia est per se subiectū illius habitudinis:qꝛ etiā nō includit aliquā causam illius mensure : sed debet̃ sibi p̄mo ꝛ per se:quia est met causa ratiōis mensurandi. Et similr̃ puncto p̄mo ꝛ per se debet̃ terminare lineaz non per partes nec per iclusionē alicuius cause terminandi:sed qꝛ punctuz est met p̄cisa causa subiectiua illius terminatōis.

Modo dōm est ad questionē q̄ compositū nō est terminus generatiōis p̄mo ꝛ per se p̄mo modo p̄meitatis:ꝛ ratio est. Illud cuius vna pars nō generat̃ nō est terminus generatiōis p̄mo ꝛ per se p̄mo modo p̄meitatis ꝛ perseitatis: qꝛ qd̄ generat̃ per se ꝛ p̄mo vt distinguit̃ cōtra per accidēs qd̄ est per vnaz partē sine alia: cuilibet parti debet̃ :vt pz.5.ꝛ.6.physico. sz compositū nō generat̃:nisi rōne vnius partis.s.forme: quia per materiā nō debet̃ sibi esse terminus generationis:quare non generat̃ per se ꝛ p̄°:p̄mo mō primeitatis ꝛ perseitatis. ¶ Sz aliqui volunt hic respōdere. Illud cuius vna pars generat̃ ꝛc̃.dicūt.ɔcedit̃.ꝛ cū dicit̃ q̄ nulla pars cōpositi ꝛc̃.dicunt q̄ materia dupliciter capit̃. vno modo s̄m se.alio modo nō s̄m se:sed vt est pars compositi.modo lz materia non generet̃ s̄z se:tamē generat̃ vt est pars compositi. Hoc nō valz:quia in per se ꝛ p̄mo termino generationis nō includit̃ aliquod accidēs eēntialiter:lz bn̄ cōcomitatiue:ꝛ hoc est verū in p̄° termino generatiōis vt distinguit̃ ab alys motibus. Mō qn̄ dicit̃. tunc materia vno modo ɔsideratur vt est pars compositi:ꝛ sic generatur . Contra. mā vt est pars compositi vel est idez cuz substātia materie:vel est aliud. Si est idē cū substātia materie:hoc nō erit aliud nisi materia s̄m se:ꝛ sicut tunc materia s̄z se nō generatur: sic nec materia vt est pars cōpositi.si autez est aliquid aliud q̄ substantia materie:tunc est accidēs:ꝛ tunc in termino p̄mo ꝛ per se generationis includitur aliquod accidēs eēntialiter:qd̄ est falsuz:quia nullaz accidens includitur in p̄mo ꝛ per se termino generatiōis vt distinguitur ab alys motib⁹: lz bene cōcomitet̃ terminū generationis aliqd̄ accidēs.

¶ Secundo dōm:q̄ composituz bene est terminus generationis p̄mo ꝛ per se scd̄o modo perseitatis ꝛ primeitatis:ꝛ causa est. Illud qd̄ includit formā materialez generatur p̄mo ꝛ per se scd̄o modo perseitatis ꝛ p̄meitatis: quia formaz generatio attingit innouando eaz ꝛ nō materiā:quia materialis forma est precisa causa terminādi generationē:quia generatio non attingit materiā vt terminū generatiōis:lz materiā attingat vt subiectū generationis:sed compositūz includit formam materialem ɔpo^m substantie:vt patet de se : cum sit pars eius: quare p̄mo ꝛ per se compositū est terminus generationis scd̄o modo perseitatis ꝛ primeitatis. vt homo primo ꝛ per se est risibilis. ¶ Tertio dōz:q̄ forma p̄mo ꝛ per se est terminus generationis.tertio modo primeitatis ꝛ perseitatis.ꝛ causa est.forma terminat generationez aliquo:aut ergo terminat ipsaz seipsa: aut aliquo alio.per sufficientē diuisionē.si se ipsa:tunc terminat generationem p̄mo ꝛ per se tertio modo: ita q̄ est met p̄cisa causa terminandi generationē ꝛ nō per partes:nec per inclusionē alicuius cause p̄cise.si aūt terminat generationē aliquo alio: aut composito:aut materia:qꝛ nō per aliud: qd̄ sit de genere sub̄e:qꝛ nō termiat generationē per aliqd̄ accn̄s:qꝛ accn̄s nō est terminus gn̄onis: sz bn̄ est terminus mot⁹. Sed nō potest dici: q̄ per materiā terminet generationem:qꝛ materia non generat̃.p̄mo physicoꝝ: lz sit subiectum generatiōis.similr̃ nō per compositū: qꝛ compositum terminat generationē per formaz. Et si tunc forma terminaret generationē per compositū : tunc esset circulatio in causalitate termini gn̄atōis:qd̄ nullus dicit.

Notandum q̄ h̄ sunt dubia. ¶ Primuz est videtur q̄ forma non terminet p̄mo ꝛ per se generationē. Quia qd̄ p̄mo per se generatur debet habere hoc in hoc.7.h⁹ sed forma nō hēt hoc in hoc cū sit simplex. quare nō gn̄atur p̄mo ꝛ per se. ¶ Item. si forma generaret̃ p̄mo ꝛ per se:aut hoc esset ex aliquo: aut ex nihilo per sufficiētē diuisionē nō ex nihilo.in hoc .n.cōueniūt oēs qui de nā locuti sunt: qꝛ ex nihilo nihil fit:nec ex aliquo:qꝛ forma nō hz partez: qꝛ lz materia sit pars compositi:nō tamē est pars forme. ¶ Itē si forma p̄mo ꝛ per se gn̄aret̃:tunc ante generatū esset aliud generatum:sed hoc est falsum:qꝛ ante primuz nihil est.ɔñtia pz:qꝛ qd̄ generat̃ ex parte eēntiali p̄us generat̃ q̄ qd̄ generat̃ nō ex parte essentiali vt oēs dn̄t: sed ɔpositū generatur ex materia essentiali vt mā:sed forma nō:qꝛ nō hz partē.quare ante formā que esset gn̄atū p̄mo esset aliud generatū vt cōpositū. ¶ Itez si forma generaret̃ per se: tunc generatuz de genere substātie posset perpetuari in ydētitate numerali:sed hoc est falsuz. vt pz in 2° de anima.nullū cor^{ius} ɔ^u numero semper permanere idē:ꝛ pz. p̄mo celi.ꝛ Cōmentator dicit.12.hui⁹:q̄ generatuz in genere sub̄e nō pōt perpetuari in ydentitate nūerali:lz motus possit perpetuari. v^t dicit.ɔñtia pz: qꝛ motus potest perpetuari:qꝛ potētia ad suū nō esse nō est in eius substātia.modo sic eēt de forma.si p̄mo ꝛ per se generaret̃: tūc potētia ad eius nō esse nō esset in sua substātia:qꝛ forma nō est in potētia cum sit actus:sed potētia esset in alio.g̃ posset perpetuari in ydētitate nūerali:sicut mot⁹. ¶ Dicendūz est:sicut p̄us q̄ forma p̄mo ꝛ per se est terminus gn̄atiōis.3° modo p̄meitatis ꝛ perseitatis: qꝛ nō per partes terminat:nec per iclusionē alicui⁹ cause:sed ipsamet est causa terminandi gn̄ationē. vn̄ lz per se generet̃ forma:tn̄ hoc est in alio vt in materia. vn̄ dicit Aristo.7.h⁹: q̄ generās nō gn̄at formā:sed aliquid alterū:aut speciez hāc in alio. vn̄ nō generat̃ per se.i.separatim ꝛ solitarie: qꝛ nō pōt per se subsistere:sed in quo. vn̄ h̄ bene stant simul q̄ aliqd̄ p̄dicatū competat alicui p̄mo ꝛ per se: ꝛ tamen in alio vt triangulo debet̃ habere tres āgulos p̄° ꝛ ꝑ se:nō tn̄ vt est per se subsistēs:sed vt est in alio.s.in substātia triangulata.silr̃ ex p̄mo de aīa. ꝛ ex geo^a.recto debet̃ tangere sperā per se in puncto:nō tn̄ vt separatuz sit terminare gn̄ationē cōpetit forme per se ꝛ p̄mo: sed non separatiz ꝛ per se subsistēti:sed in alio. vn̄ forma generatur per accn̄s sicut distinguit̃ ɔtra solitarie:sed nō generat̃ per accidēs vt distinguit̃ contra per sui naturam:qꝛ si hoc esset:tunc terminare generationez deberetur sibi per aliud.hoc nō videt̃: qꝛ nō per materiā: nec per compositū. vt p̄us visum est:qꝛ composito debet̃ per formaz q̄ sit termin⁹ gn̄atiōis:sicut q̄ sit in actu. vt pz s̄m oēs.

Per hoc ad dubia. ¶ Ad p̄mū. illud qd̄ ꝑ se ꝛc̃. Concedit̃. q̄ terminat generationem p̄mo ꝛ per se tāq̄ aliquid per se subsistēs ꝛ solitarie hoc: sz hoc in hoc : sed q̄ terminat generationez in alio: non

T.cō.p. T.c.50. T.c.82. T.c.27 p.physi. T.c.34 T.c.34. t.35. Cō.120. Cō.41. T.c.27.

opꝫ ꝙ habeat hoc in hoc: ſꝫ ſufficit ꝙ ſit ſimplex ⁊ ſit in alio. ℭ Sed dicea. h̄ eſt ꝯtra Cōmētatorē.7.huius.vbi dicit: ꝙ generās nō facit vnū in alio.facit enim formatū ex materia nō formā in materia. ℭ Dicendū ꝙ verꝫ eſt ꝙ generās nō facit vnū in alio.i. vnuꝫ qḋ per ſe ſubſiſte/bat prius in vno: ⁊ poſtmodū ponaꝛ in materia: ⁊ ſic intel/ligit ꝙ loquiꝛ cōtra platonē: cuius opinio fuit ꝙ in qua/libet ſpē ſube eſſet idea per ſe ſubſiſtens: que eſt cauſa ge/nerationis inferioꝝ et indiuiduoꝝ illius ſpeciei. modo ipſe poſuit generās ⁊ generatum eiuſdem ſpeciei: ſed im/poſſibile eſt ꝙ inherens ⁊ ſeparatum ſint eiuſdem ſpe/ciei: ergo ſm̄ euꝫ neceſſariū fuit ꝙ forma generata p̄mo fuit ſubſiſtēs que eſt eiuſdē ſpeciei cum idea ſeparata: ⁊ tunc poniꝛ in mā. ℭ Contra hoc loquiꝛ Ariſto. ⁊ Com/mentator: ꝙ generās nō facit vnuꝫ ⁊ per ſe ſubſiſtens in vno: ⁊ etiā eſt per ſe ſubſiſtēs vt ponit plato vel ſequeba/tur ad pōnē ſuam: ſed nō negant quin generans generet formā in mā nō vt ſolitarie ⁊ ſeparatiꝫ. Et ex hoc poſſet ſillogizari iſto mō. Illo mō dꝫ attribui formā eſſe termi/nū gnātōis per accidēs quo modo valet cōtra opinionē platonis: ſed hoc ꝯ̄ⁱⁱ p̄dicto modo: qꝛ forma generaꝛ per accn̄s vt diſtinguiꝛ cōtra per ſe.i.ſolitarie. ℭ Ad aliud. ſi forma generareꝛ ⁊c̄.per iſtā rationeꝫ probareꝛ ꝙ nec forma per accidēs generaꝛ: ꝙ tamē cōcedūt: qꝛ ſi forma generaꝛ: aut hoc eſt ex aliquo vel ex nihilo ⁊c̄. Dicis. ꝑ accidēs generaꝛ ex nihilo.nō valet: quia illud per accn̄s reduciꝛ ad aliquid qḋ per ſe generaꝛ ex nihilo: ſic cōclu/ditur. nullo mō formā generari per iſtaꝫ rationē: qḋ eſt contra eos: ſed qꝛ cōtra arguere nō eſt ſoluere: ⁊ ſi addu/catur ad mille incōuenientia. ℭ Dicendū eſt ꝙ iſta diui/ſio eſt inſufficiēs: qꝛ omne qḋ fit vel fit ex aliquo vel ex nihilo: qꝛ forma terminat generationē p̄mo ⁊ per ſe ⁊ nō per partes: nec ex nihilo: qꝛ nō generaꝛ vt ꝑ ſe ſubſiſtēs: ſed generaꝛ in alio.vnde nō fit ex aliquo: ſed poſt aliud ⁊ in alio bn̄ forma generaꝛ in aliquo: nec ex aliquo: nec ſe/quitur ex hoc.ḡ ex nihilo generaꝛ: qꝛ in p̄ma ꝓpoſitione li.ex. importat circūſtātiā cauſe materialis ⁊ ſubiecti: ⁊ illa negaꝛ: ſed in ſecūda ꝓpoſitione.ḡ generaꝛ ex nihilo. li.ex. affirmaꝛ: ⁊ ita nō equipollēt. generaꝛ ī aliquo.ḡ nō ex aliquo ⁊ generaꝛ ex nihilo. ℭ Ad aliud. ſi forma ⁊c̄. Dicendū ꝙ falſum eſt. Dicis: ꝙ generaꝛ ex parte eſſen/tiali ⁊c̄.negaꝛ: qꝛ ꝙ ex parte eſſentiali generaꝛ non p̄mo generaꝛ: ſed aliquid p̄ſupponiꝛ ꝙ p̄mo generaꝛ ⁊ per ſui naturā vt forma. vnde illud generaꝛ nō per plures par/tes: ſed per vnam ſolā: que p̄mo generaꝛ 3°.mō: lꝫ compo/ſituꝫ p̄mo modo genereꝛ ſecūdo modo p̄meitatis. vt di/ctum eſt.ḡ forma eſt illud qḋ p̄mo generatur: qꝛ eſt met cauſa generatōis preciſa p̄mo ⁊ per ſe vt dcm̄ eſt. ℭ Ad aliud. ſi forma ⁊c̄. Dicendū ꝙ per iſtam rationē ꝓbareꝛ ꝙ forma nullo mō per accidēs generareꝛ: qḋ eſt contra eos: Qꝛ ſi forma per accidēs generareꝛ: tūc aliqd poſſet perpetuari in ydētitate nūerali: qḋ eſt falſuꝫ: ⁊ ꝯtra eos. cōſequentia pꝫ: qꝛ poſtq̄ꝫ forma per accidēs generareꝛ: tūc potētia ad ſuū nō eſſe nō eſſet in ſubſtātia eius: ⁊ ſic forma poſſet perpetuari: ⁊ eſt de genere ſubſtātie. ℭ Et cōfirmaꝛ. Motus nō generaꝛ niſi per accidens: ⁊ tamē concedunt ꝙ motus pōt perpetuari in numero. Et hui⁹ cauſa eſt: qꝛ potētia ad ſuum nō eſſe nō eſt in eius ſubſtā/tia. Et ſic ſilr̄ ſequiꝛ d̄ forma. ſi cauſa ꝙ aliqd perpetuaꝛ eſt ꝙ potētia ad ſuum nō eſſe nō eſt in ſubſtātia: ⁊ hoc eo/dem modo eſt in forma vt in motu.ḡ nō plus concludiꝛ per hoc ꝙ forma ꝑ ſe generaꝛ poſſit perpetuari in yden/titate numerali q̄ꝫ per hoc ꝙ per accidens generaꝛ. ſi tn̄ eſt cauſa illud qḋ dicūt ⁊ attribuunt ꝯmenᵗ. ℭ Sed qꝛ cōtra arguere nō eſt ſoluere. Dicendū eſt ergo negando ꝯſitiam. ℭ Ad probationē.cauſa quare motus ce/li pōt perpetuari ab alio eſt ⁊c̄. Dicendū ꝙ hec nō eſt cauſa: nec inueniꝛ a Cōmentatore: nec ab Ariſt. vn̄ ſi queris que eſt cauſa h⁹ ꝙ motus celi eſt per/petuus. Dicenduꝫ ꝙ ipſi tn̄ habēt reddere cauſaꝫ de hoc: ſicut ego. vn̄ de illa cauſa habet videri. 12°. huius: qꝛ de hoc videbitur.

Et tunc ad rationes. Illud qḋ eſt per ſe ter/minuſ ⁊c̄. Dicendum eſt ꝙ eſt cōpoſitū vno modo.ſ. ſecūdo modo terminus pri/mo ⁊ per ſe generatōis: ⁊ forma alio modo.ſ. tertio modo. vt viſum eſt prius. ℭ Ad aliā rationē. Illud qḋ per ſe ⁊c̄. Concediꝛ. ſecundo modo p̄meitatis ⁊ perſeitatis: ſed hoc non negat quin forma genereꝛ p̄mo ⁊ per ſe tertio modo: qꝛ eſt p̄ciſa cauſa termi/nandi generationē. ℭ Ad aliā. Illud eſt per ſe ⁊c̄. Concediꝛ. ſm̄ vnū modum p̄meitatis eſt per ſe et p̄mo terminus generatiōis. Tu dicis: ꝙ compoſi/tum ⁊c̄. Dicēdū ꝙ verū eſt ꝙ terminat generatio/nem p̄mo ⁊ per ſe: qꝛ includit cauſaꝫ preciſam illi⁹ terminationis. vt dcm̄ eſt: ſed quis mo⁹ p̄meitatis competit p̄mo motori: qꝛ nō competit p̄mo moto/ri per partes: nec per incluſioneꝫ alicuius cauſe ꝙ mouēt: ſed tertio modo: qꝛ ipſemet eſt p̄ciſa cauſa il/lius motionis. ℭ Ad aliam. Illud per ſe eſt termi/nus generatiōis ⁊c̄. Concediꝛ. inquātū includit ꝓ/priam cauſam ⁊ p̄ciſaꝫ generādi: illud alteraꝛ: ſed nō generaꝛ p̄mo ⁊ per ſe p̄mo modo.ſ. ꝙ ꝑ oēs par/tes: qꝛ nō ratiōe materie. ℭ Ad ꝓbationē: qḋ alte/raꝛ ⁊c̄. Dicendū ꝙ nō eſt ſimile de generatiōe ⁊ de alijs motibus: qꝛ in generatiōe generatio nō attin/git materiā: ita ꝙ materia nō generaꝛ: ſꝫ tn̄ cōpo/ſitū generaꝛ ratiōe forme: ſed materia in alijs mo/tibus eſt ſubiectū: ita qḋ alteraꝛ moueꝛ localiter ⁊ augmentaꝛ. vt dicit Ariſto. p̄mo de generatōe: ſed nō generaꝛ.ḡ compoſitū p̄mo ⁊ per ſe alteraꝛ ⁊ mo/ueꝛ localiter. vno mō ratiōe cuiuſlibet partis: ſed nō generaꝛ ratiōe cuiuſlibet partis: qꝛ tn̄ rōne for/ma. ℭ Aliter poteſt dici cōcedendo maiorem. Tu dicis: ꝙ compoſitū ⁊c̄. negaꝛ: qꝛ forma eſt p̄mo ⁊ ꝑ ſe ſubiectū alteratiōis ⁊ augmentatiōis: ⁊ hoc pꝫ ꝑ Ariſto. 8. huius. Tex. c. xi. illo caplo. de mā li autez ſuba. ponit differētiaꝫ inter compoſita ex materia ⁊ forma ex vna parte ⁊ cōpoſita ex ſubiecto ⁊ acci/dente ex alia parte: qꝛ in cōpoſito ex materia ⁊ for/ma vltimū reſolutionis eſt materia p̄ma: ſꝫ in ꝯpo/ſitio ex ſubiecto ⁊ accidēte vltimuꝫ reſolutiōis eſt ſubſtātia.i. forma. vnde p̄ncipale ſubiectū acciden/tiuꝫ eſt forma. in quo ergo differūt aliter reſolutio cōpoſiti ex ſubiecto ⁊ accidente ⁊ cōpoſiti ex mate/ria ⁊ forma: ſi vtrobiq̄ꝫ ſubiectū eſſet materia p̄ma: qꝛ quo ad p̄ncipale ſubiectū nō poſſent differre. vn/de illud qḋ p̄mo ⁊ p̄ncipalr̄ ſubijcitur alterationi ⁊ augmētationi eſt forma: ⁊ in illam vltimo reſolui/tur compoſitū ex ſubiecto ⁊ accidēte: ⁊ per hoc dif/fert a compoſito ex materia ⁊ forma. cuius vltimū ſubꝫ reſolonis ē mā p̄ᵃ: vt dcm̄ ē prius. Qō XVII.

Tex. cō. 24. Aduerte qꝛ mā nō vꝫ alterari niſi ſubiectiue ⁊ in hoc ꝯuenit cum gnōne cuꝫ illud qḋ ꝓprie gn̄atur ſit mā p̄mo phy. ꝯmē. 60. tn̄ dr̄ is ē. qꝛ p̄mo ō gen. mā eſt p̄mū ſub/iectū ēēntialiter gnōnis: aliaꝝ at trāſmutatonū ñ niſi per poſteri⁹ vt hꝫ ibi cōmen/tator. ꝯm̄. 24.

ℭ In quibuſcunq̄ꝫ ergo palam ⁊c̄. Tex. cō. 28.

Queritur circa hanc parteꝫ: qꝛ po/ſtea ſubiungit: ⁊ diuerſa quidē ꝓpter mām quid ſit p̄ncipiuꝫ in/diuiduationis: ⁊ etiā habet locum que/ſtio in ſequenti caplo. ℭ Et arguitur ꝙ forma ſit p̄ncipiū indiuiduatiōis. Et hoc ſic. Illud

propter qđ aliquid est indiuisum in se ⁊ diuisum a quocūq₃ alio est pncipiū indiuiduatōis: qꝛ quicqd est pncipiū diffinitiōis: ⁊ diffiniti. mō diffi.⁹ indiui dui est ꝙ qd est indiuisum in se ⁊ a quocūq₃ alio di

T.c.49. uisum: sed forma est hꝰ. 7.metaphy. vbi dr̄: ꝙ act⁹ distinguit ⁊ separat: ⁊ per actū est aliquid indiuisi bile ⁊ per materiā diuisibile. vt dicit Cōmētatoꝛ.

Com.15. 7⁹ metaphysi.ꝫ ⁊c. ¶ Itez illud per qđ indiui⁹ est hoc aliquid est pncipiuz indiuiduatiōis: qꝛ indi^m ⁊ hoc aliquid sunt eadē: sed hoc est per formā. vt pꝫ

T.cō.2. per Aristo. 2⁹ de aīa. vbi vult ꝙ forma est illud p qđ materia est hoc aliquid. Idē vult in hoc.7. in il

T.cō.7 lo capitlo. dr̄ aūt substantia. ¶ Item illud per qđ aliqd est vnū numero est pn^m indiuiduationis: qꝛ est idiuiduū: ⁊ vnū nūero: ⁊ ideo ipoꝝ est vnū pnci pium: sed per formā aliquid est vnū numero. vt pꝫ

Cōm.15. per Cōmētatorē.7.metaphysi. vbi dicit sic. substā tia demōstrata nō est vna: nisi per hanc substantiā ⁊ per hanc nām que dr̄ forma.

Oppositum arguit. Nullum pertinēs ad quiditatē est pncipiū indiui duationis: qꝛ quiditas per intellectū pōt separari a pncipijs idiuiduatiōis: ⁊ iō extra quiditatē sunt: nec ad quiditatē pertinent: sed forma pertinet ad quiditatē: qꝛ omnis forma pertinens ad quiditatē indiuidui pertinet ad quiditatē speciei: qꝛ species ⁊ indiuiduū sunt eadē essentialr ⁊ realiter. ¶ Itē si forma esset pncipiū indiuiduationis: vel ista for ma esset eiusdē spēi cuꝫ forma specifica vel alteri⁹. per sufficiente diuisionē. nā omne ens alteri com paratum vel est idem vel diuersum: sed nō pōt di ci ꝙ sit alterius spēi: qꝛ tunc post spēm spālissimaꝫ esset inferioꝛ spēs: qđ est ꝯtra Porphyriū ⁊ verita tem: nec pōt esse eiusdē speciei: qꝛ ista est pnci^m spe ciei: ⁊ tunc per ꝯñs nō pōt esse pncipiuꝫ indiuidui. ¶ Item omne qđ est pncipiū indiuiduatiōis con trahit spēm: sed idem sub eadē ratiōe nō cōtrahit seipsuꝫ. ꝫ forma eiusdē spēi nō pōt esse pncipiuꝫ in diuiduatiōis. ¶ Itē si hoc esset: tūc celū esset com positū ex materia ⁊ forma: sed hoc est falsuꝫ. pmo

T.c.20. celi. vbi vult ꝙ celū sit corpus simplex. ꝯñtia pba

T.c.92. tur: qꝛ differt dicere celum: ⁊ hoc celū. vt pꝫ p⁹ celi. pncipiū hꝰ celi est forma. vt dicit aduersari⁹.

Dicendum est de ista qōne: ꝙ est difficilis ⁊ signum est diuersitas opinio num. Nā quidā ponūt māmembers esse pncipiū indiuisio nis. Alij formā: alij oēs causas: alij quiditatē idiui sam: alij indiuisionē: alij hecheytatē: alij formā in diuidualē distinctam formalr: alij formas specifi cas: alij respectū ad agens: alij ꝓprietates acciden tales. s. locū figurā parentelā ⁊c.

In ista qōne sic pcedaꝫ: qꝛ tangam duas opiniones quibus tactis po terit eligi melioꝛ. Et tangendo pmā opinionē ꝓce dam sic: ꝙ recitabo eam: sicut hꝰ opinionis auctoꝛ. vñ ipse dicit se velle pmittere quedā ad eui^{ũ} que stionis. Secūdo dicit ad questionē. Tertio tangit opiones antiquoꝝ ⁊ modernoꝝ quas adducit ad concordiā sue opinionis. Quarto soluit rōnes con tra eā. Quīto mouet dubia, postea dissoluit. ¶ De pmo dicit: ꝙ indiuiduatio est puatio diuisionis. p uatio vō cognoscit per formā habitus. vt Aristote.

T.c.25. docet. 3. de aīa. vbi dicit. Punctū vō ⁊ omnis diui sio: ⁊ sic indiuisibile: sicut puatio mōstrat diuisiōe ⁊ silis ratio est in alijs. ergo indiuiduatio diuisiōe cognoscitur. modo dicit: ꝙ duplex est diuisio: quedam realis: quedā rationis. Realis est triplex. Quedā est to tius in partes essentiales vt diuisio compositi in mate riam ⁊ formā. Alia est diuisio in partes quātitatiuas vt diuisio hoīs in carnes ⁊ ossa. Tertia est diuisio totius in partes ṽtuales: vt diuisio mixti i miscibilia: vt melli cratū in mel ⁊ aqꝫ. vtruꝫ aūt miscibilia actu maneant in mixto vel ṽtualiter visuꝫ est. Et istis modis ēt dr̄ indiui sibile pmo per puationeꝫ diuisionis essentialis: qꝛ nō est compositū ex materia ⁊ forma. Secūdo modo dr̄ idiui sibile puatiōe totius in partes quātitatiuas. vt itelligē tie cū sint abstracte ab omni magnitudine. Tertio dici tur indiuisibile priuatione cōpositionis virtualis: sicut compo⁹ aliqđ cōpositūꝫ ṽtuale: vt mel per se ⁊ aqua per se: ⁊ de hac indiuisiōe nō querit questio. Alia diuisio ra tionis siue i partes subiectiuas: ⁊ ista est duplex. quedaꝫ est in partes diuersarū rationū vt diuisio generis in spe cies. nam spēs differunt fm quiditatē ⁊ essentiaꝫ ex quo differunt differētijs specificis. quam diuisioneꝫ auctoꝛ hꝰ opionis nō vult esse realem. Alia est diuisio rationis in partes eiusdeꝫ rationis ⁊ quiditatis vt diuisio spēi in indiui^a: ⁊ his duobus modis dr̄ aliquid indiui^{le} vno q dem modo ꝓpter puationē diuisionis in partes diuersa rum rōnum: ⁊ hoc modo quelibet spēs spālissima dr̄ idi uisibilis: qꝛ idiuisibilis in alias spēs: lꝫ diuisibilis sit in plura indiuidua. Secundo modo dr̄ indiuisibile in par tes eiusdē rationis: ⁊ isto mō dr̄ indiuiduū indiuisibile: qꝛ indiuisibile est in partes eiusdē rationis vt soꝛ. nō di uidit in plura supposita: sed indiuisibile est. Et isto mo do querit questio quid sit pncipiū indiuiduatōis in plu ra supposita: ⁊ ista est distinctio diuisionis. ⁊ capit ex qn

T.c.30. to metaphysi. caplo de parte. ¶ Notandū scđo: ꝙ indi^m est nomē concretū accidentis: concretū aūt accñtis duo

Cōm.15 significat. vt vult Cōmētatoꝛ. 5. hui⁹. vbi improbat Aui cennā: qui posuit nomē ꝯcretū pmo sigr̄e subiectū. scđo accidēs. Cōmētatoꝛ aūt dicit: ꝙ est econuerso. s. ꝙ pmo

Com.3⁹ sigt accidēs secūdo subiectū. Idem vult. 4. huius Com mentatoꝛ. ergo indiuiduū duo significat. s. indiuisioneꝫ ⁊ subiectum indiuisionis: ⁊ secundū hoc posset questio dupliciter intelligi. vno modo quid sit pncipium illius indiuisionis que est de genere accidentis saltem per re ductionem: ⁊ secūdo modo quid sit pncipium illius na ture, subiecte indiuisioni: puta sortis ⁊ platonis: ⁊ istis duobus modis ꝯcludit se questionē determinasse: ⁊ ista indistinctio est causa multitudinis opinionū in hac que stione vt apparebit. ¶ Notandū tertio ꝙ totiens dicit pncipiū quotiens ⁊ causa ⁊ amplius. vt pꝫ in pncipio qn

T.cō.p. ti huius. ¶ Causa vero dicit de quatuoꝛ. s. de materia

T.cō.2. forma efficiēte ⁊ fine. vt pꝫ. 5. huius. ⁊ 2⁹ physicoꝝ. ergo

T.c.28. ⁊ pncipiuꝫ de quattuoꝛ predictis: ⁊ secundum hoc que stio habet duas partes: quaruꝫ prima est. Quid sit pnci pium indiuisionis secundū ꝙ dicit accidens superadditum nature. Secundo quid sit pncipium materiale in diuiduationis. Tertio quid sit pncipium effectiuum in diuiduationis. Quarto quid sit pncipium formale indi uiduationis. Quinto quid sit pncipium indiuiduatiōis: idest quid sit pncipium nature indiuiduate: puta sortis ⁊ platonis: ⁊ in hoc finitur pma pars questionis.

2⁹ ar⁹

Restat ponere secundā partē: ⁊ dicit 2⁹ ad qōneꝫ: ⁊ pmo ꝙ q̄titas est pncipiū materiale ⁊ subꝫ indiuiduationis. ⁊ ratio est. Idem est subiectū pmuꝫ di uisionis ⁊ indiuisionis cū diuisio ⁊ indiuisio sint opposi ta puatiue que habent fieri circa idem subiectum. vt pa tet. 5. metaphysi. ⁊ in postpdicamentis: sed quātitas est

T.c.27 pmuꝫ subiectum diuisionis: quia illud est subiectū pri

mum:quo posito p̄mo ponit̄ diuisio:⁊ quo remoto p̄mo remouet̄ diuisio. ista pꝫ. p̄mo posterioꝝ: sed posita quantitate ponitur diuisio:quia quantū dicit̄ qḋ est diuisibile in ea que insunt:quoꝝ singuꝫ est hoc aliquid.i. natum esse. vt pꝫ. 5. huius:⁊ remota quātitate remouet̄ diuisio in plures partes eiusdem rationis. vt pꝫ. 3. physicorum. vbi dicit̄: ꝙ sine quanto:neq; magnitudo:neq; multitudo:neq; infinitū. ergo indiuisionis erit p̄ncipiū. ¶ Itē illi primo inest diuisio ⁊ indiuisio in cuius descriptione ponitur diuisio. p̄mo posterioꝝ: qꝛ quelibet pars diffinitionis inest p̄mo diffinito vt genus ⁊ differētia ⁊ passio: que ponitur in descriptiōe:sed in diffinitione vel descriptione quantitatis ponit̄ diuisio: ⁊ per cōsequēs indiuisio:quia est eius p̄uatio. vt patet per diffinitionē quantitatis p̄us tacte. ergo ⁊c̄. ¶ Itē illud est subm̄ p̄muꝫ diuisionis et īdiuisionis:per qḋ omnia diuisa ⁊ īdiuisa sunt. p̄mo posterioꝝ:⁊ pꝫ in exemplo: qꝛ omnia supposita hominis risibilia sunt ꝑ hoīem. ideo homo p̄° est risibilis: sed hoc est per quantitatem: qꝛ quantitas est p̄muꝫ subiectum diuisionis ⁊ indiuisionis. per Cōmentatorem in de substātia orbis. vbi dicit: ꝙ diuisio nō est ī hac substātia:nisi inquantū habet quantitatē: ⁊ p̄mo physicoꝝ: dicit. ꝙ entia sunt diuisibilia per se:aut per accidēs. per se: sicut quantuꝫ. per accidēs:sicut alia entia vt substantia qualitas:⁊ sic de alijs. ergo indiuisiōis. ¶ Iteꝫ illud qḋ est subm̄ finiti ⁊ infiniti: est subiectū etiam diuisionis ⁊ īdiuisionis: qꝛ omnis diuisio vel est in partes finitas vl̄ īfinitas. ideo omnis diuisio vel est diuisio finita vel infinita:sed quātitas est p̄muꝫ subiectū finiti ⁊ infiniti. ex p̄mo physicoꝝ. vbi dicit̄: ꝙ īfiniti ratio per se competit quātitati:sed nō substantie ⁊ qualitati:nisi per quātitatem: et Cōmētatoꝛ. p̄mo physicoꝝ: ꝙ infinitū est quantū extensum sine termino. ḡ videt̄ ꝙ quātitas sit p̄muꝫ subiectū diuisionis ⁊ indiuisionis. ¶ Itē ad probationē alterius rationis supponit̄ ꝙ quātitas per se est diuisibilis: qḋ ꝓbatur sic. Illud qḋ per se hꝫ parteꝫ extra partē per se est diuisibile:⁊ hoc pꝫ:quia vnūquodq; est diuisibile in partes suas: sed quātitas per se habet partē extra partē cuꝫ ad eam per se sit motus. vt pꝫ. q̄nto physicoꝝ. ergo quātitas per se est diuisibilis. ¶ Ex hoc arguit̄ sic:vel quantitas est diuisibilis per se ⁊ p̄mo vel per se non p̄mo. ista pꝫ per sufficientem diuisionem. p̄mo physicoꝝ: y° postl. sed quantitas est diuisibilis ⁊ nō est diuisibilis per se nō p̄mo:qꝛ sic esset dare aliquid cui prius inesset diuisio: qḋ nō videt̄. ergo quantitas est p̄mū subiectū diuisionis et indiuisionis:⁊ sic cōmuniter intelligitur questio cū queritur quid sit p̄ncipiū indiuisionis.i. q̄d sit p̄ncipiū indiuiduatuꝫ per qḋ nā vniuersalis contrahit̄ ad supp°ᵐ: ⁊ ꝑ qḋ vnū suppositū differt ab alio. ¶ Scd̄o dicit: ꝙ indiuiduatio est causa formalis esse īdiuidui secundū ꝙ īdiuiduū dicit accidens superadditū nāe indiuidui. Et ratio est. Illud est causa formalis esse indiuidui quo aliq̄d habet formaliter esse indiuisum. ista pꝫ per simile. sicut illud per qḋ aliquid formalr̄ est albū est causa formalis albi:ita illud per qḋ aliquid formaliter est indiuisuꝫ est formalis causa indiuiduationis: sed indiuiduatio est illud quo aliquid formaliter habet esse indiuisuꝫ: sicut albedo est illud quo aliquid formaliter est albū. ergo indiuiduatio est causa formalis esse indiuidui: ⁊ in hoc oēs cōueniunt: nec de hoc querit qḋ. ¶ Tertio dicit ꝙ nō est p̄ncipiū effectiuū per se indiuiduationis secundū ꝙ dicit accidēs superadditū nāe. Et causa est. nulla p̄uatio per se dependet ab agēte: qꝛ omne qḋ per se intentuꝫ est ab agente est bonuꝫ. vt patet p̄mo ethicoꝝ. vbi dicit: ꝙ omnis ars ⁊ omnis doctrīa. similiter electio ⁊ actus bonum quoddā appetere videt̄: sed forma per se est bona: eo ꝙ actus ⁊ perfectio rei: sꝫ īdiuiduatio est p̄uatio multitudinis. ḡ per se nō hꝫ agens. ¶ Item omne ꝙ dependet ab agente per se hꝫ per se mouere agens. ista est manifesta: qꝛ effectus per se agentis: ꝓpter qḋ agens agit. finis aūt per se hꝫ mouere agēs. vt pꝫ. 2° physicoꝝ: ⁊ q̄nto h°: sed indiuiduatio nō hꝫ per se mouere agens: cum sit p̄uatio: p̄uatio aūt nō mouet:nisi virtute habitus: qꝛ est nō ens: non ens autem nō potest per se mouere. vt pꝫ. 3° physicoꝝ. vbi dicit. Semper extimabitur aliqua spēs.i. forma mouens. ¶ Notandū tamē ꝙ duplex est diuisio. nā quedā est precedens multitudineꝫ. Et ista indiuisio nō hꝫ agens positiue: ⁊ causa istius indiuiduationis est remotio agentis diuidentis. nā sicut agens diuidēs per sui presentiā est causa multitudis. vt pꝫ. 8. huius. vbi dicit̄. ꝯᵗ aūt vna materia existente fieri diuersa ꝓpter mouentem causam: ita agens diuidēs per suam absentiam est causa indiuisionis: qꝛ idē est causa oppositoꝝ: sed nō eodeꝫ modo: vt nauta per sui presentiā est causa salutis: per sui absentiā est causa periclitatiōis. vt pꝫ. 2° physico. ⁊ q̄nto huius. ¶ Alia est indiuisio sequens multitudinē ⁊ diuisionē agentis: ⁊ istius causa per accn̄s est diuidēs. nam diuidens aliquod īdiuisibile s̄m actū diuisibile secundū potentiā est diuisibile secundū quātitatiuā diuisionem ⁊ multiplicitatē:⁊ sic pꝫ: ꝙ īdiuiduatio nō habet per se efficiens: lꝫ habeat per accn̄s. ¶ Quarto ꝙ nō est p̄ncipiū finale indiuisionis. Et ratio est. si indiuiduatio per se haberet finē vel iste finis esset operatio: qꝛ īdiuiⁿmet est operatio: operatōis aūt per se nō est operatio: qꝛ tunc iret̄ in īfinitū in operationibus: qḋ est īconueniēs: ⁊ ꝓpter aliud nō potest habere finē per se: que est operatio: qꝛ īdiuiduatio est fiens: qꝛ est p̄uatio ⁊ nō ens. nō entis vō nō est operatio per se. vt pꝫ. 3° de anīa. vbi dicit̄. fiunt aūt omnia ab actu ente: que fiunt: nec habet causam finalē: que est res operata: qꝛ res operata ꝓducit̄ mediāte operatōe. sicut domus fit mediāte edificatiōe: sed indiuiduationis nō est finis qui est operatio. vt ostensum est. ergo nec finis qui est res operata. videt̄ ergo ꝙ non habeat causaꝫ finalē per se. ¶ Iteꝫ si hēre causaꝫ finalē vel hoc esset finis generatōis vel finis rei generate: ista patet per diuisionem sufficientem: sed ipsius indiuisionis non est finis generationis: qꝛ finis generationis est forma indiuisionis: īmo nō est forma: qꝛ ipsamet est forma quedam p̄uatiua: nec finis rei generate: quia finis rei generate est operatio rei: sed indiuisionis nō est operatio: qꝛ p̄uatio est. p̄uatōis aūt nō est operatio. ¶ Quinto dicit: ꝙ omnes cause sunt p̄ncipium indiuisionis pro natura subiecta indiuidui. Et ratio est: ꝙ omnes cause sunt p̄ncipium indiuiduatiōis. capiendo indiuiduationem pro natura sig̃ta indiuiduatōi: loquendo de indiuiduo substantie sensibilis generabilis ⁊ corruptibilis: qḋ ꝓbatur sic. Illius cuius p̄ncipium est materia illius omnes cause sunt p̄ncipium: qꝛ cuius p̄ncipiuꝫ est materia: eius p̄ncipiuꝫ est forma: qꝛ materia nō potest esse sine forma: qꝛ qḋ vere est actu est. 3° de anima: cuius vō p̄ncipiū est forma: eius p̄ncipiū est efficiens: qꝛ forma nō habet esse post nō esse: nec ecōuerso: nisi ab efficiente: cuius vō p̄ncipium est efficiens eius p̄ncipiū est finis: quia finis est ratio causalitatis agentis. ideo dicit Cōmentatoꝛ secundo physicoꝝ. in quo est materia met sunt omnes cause: sed indiuidui substantie sensibilis generabilis ⁊ corruptibilis est p̄ncipiū materia. vt pꝫ. p̄mo de generatione. ⁊ p̄mo physicoꝝ. ⁊. 7. huius: qꝛ indiuiduū substantie materialis generabilis ⁊ corruptibilis nō est generabile: nisi ꝓpter materiam: qꝛ materia est qua vnaquecq; res pōt esse ⁊ nō esse.

Marginal notes (left column): T.cō.8. — T.c.35. ⁊.36. — Capi. p̄. — T.c.15. — T.ↄ.15. — Cōm.15. — T.c.10. — T.cō.15. — Capi. p̄°.

Marginal notes (right column): T.c.29. — T.cō.2. — T.ↄ.17. — Tex.14 — T.ↄ.11 — T.ↄ.30. — T.cō.2. — T.c.27. — T.ↄ.19. ⁊.27. — Cō.70. — T.c.24 — T.c.62. ⁊.63. — T.ↄ.22. ⁊.53.

¶ Item illa sunt pncipia indiuidui subē sensibilis ex q̄bus indiuiduū substantie sensibilis dependet ī esse ⁊ fie-
[T.c.28. ⁊.29.] ri. ex scdo physicoꝝ: sed ex omnibus causis dependet in esse ⁊ fieri. nā indiuiduū substātie sensibilis generabilis ⁊ corruptibilis depēdet ī esse ⁊ fieri a materia: q2 omne
[T.c.62.] qđ fit: ex subiecto quodā fit. vt p3. pmo physicoꝝ. ⁊ pmo
[T.c.20.] celi. tale aūt subiectum est materia. dependet etiā a forma: q2 ipsum est ens in actu. forma vō est per qđ aliquid
[T.cō.2.] est in actu. vt p3. 2°. de anīa. dependet etiā in fieri ab agēte: q2 agens est vnū pncipium motus. vt sor. a platone: et plato a cicerone: ⁊ sic in īfinitū. depēdet simil'r ī esse a fi-
[T.2.17.] ne: sicut a ꝓpria operatione: q2 finis dr̄. 2° celi. vnūqđq3: quoꝝ est opus cui⁹ grā operis. ergo operatio est finis cuiuslibet idiuidui substantie sensibilis generabilis ⁊ corruptibilis. Et dico generabilis ⁊ corruptibilis ad differentiā idiuidui substantie sensibilis igenerabilis ⁊ icorruptibilis: qđ nō depēdet ī esse ab oībus causis. sicut ce-
[Cōm.p°] lum: q2 dicit Cōmentator. 4. celi. Res eni eterne nō habent agens: nisi secundū silitudinē: neq3 habet ex quattuor causis: nisi causam finalē ⁊ formalē: ⁊ sic habet aliqđ. quare agens nō est ei: nisi inquātū est forma ei ⁊ conseruans ipsum celū igenerabile ⁊ icorruptibile. vt ꝓbatū est pmo celi: ⁊ ideo ab oībus causis nō dependet in esse. ¶ Sed vt videat̄ pn̄m idiuiduatiōis in oībus entibus. ¶ Notandū est ꝙ entiū quedā sunt subē: quedā
[T.c.4.] accn̄ᵃ. vt p3. 6. huius. ipsarū vero substantiarū: quedam sunt sensibiles: quedā īsensibiles: sensibiliū quedā generabiles ⁊ corruptibiles: quedā igenerabiles ⁊ icorruptibiles. Prinᵐ vero idiuisionis substantiarū sensibiliū ⁊ igenerabiliū est aliquod accn̄s: ⁊ illud est quantitas que est pmu3 subm̄ diuisionis ⁊ idiuisionis: ⁊ q2 quātitas in vniuersali nō est pnᵐ cōtractionis: ⁊ iō ponit̄ ꝙ quantitas vt idiuiduata est pnᵐ idiuiduatōis: ⁊ sic vera est opinio cōmunis: sed de alīs membris vt ꝙ idiuiduatio est causa formalis esse idiuidui: ⁊ qđ sit causa efficiēs vel finale itelligat̄ vt in predictis. pn⁹ aūt subarū īsensibiliū idiuiduationis nō est aliquod accidēs superadditū nāe ipsarū: q2 tale nō reperitur in eis: sed seipsis idiuiduate sunt: ita ꝙ vniuersalis natura in talib⁹ nō differt a natu-
[T.cō.9.] ra particulari realr̄: ⁊ hoc dicit Aristo. clare. 3. de anima: quoniā aliud est magnitudo ⁊ magnitudis esse ⁊ aqua ⁊ aque esse: ⁊ sic in multis alīs ⁊ in oībus cōpositis ex mā ⁊ forma. vt dicit Cōmētator. ⁊ subdit Aristo. Non. n. in oībus. i. abstractis a mā. ibi eni nō differt qditas ab habente qditatē. in q̄busdā eni idē est carni esse et caro: ⁊ sic p3 vlr̄ qđ sit pnᵐ idiuiduationis in substantīs. Sed accnᵐ quedā sunt abᵗᵃ ⁊ quedam relatiua. Abᵗᵃ duo sunt quātitas ⁊ qualitas. pnᵐ formale idiuidui quātitatis est idiuiduatio: sicut pus visum est. pnᵐ vel pmu3 aūt subm̄ idiuiduatiōis nō h3: q2 quātitas met est pmum subm̄ diuisionis ⁊ idiuisionis. vt ꝓbatum est pus. pnᵐ aūt. i. primum subm̄ idiuiduationis qualitatis est quantitas: q2 qualitas diuisibilis ⁊ idiuisibilis est in partē extra partem per quantitatē. vt dicit Aristo. in pdicamētis: quanta fuerit superficies tātū album esse dicco. Accnᵃ relatiua sunt duplicia: quedā sunt relatiua ad terminu3 vt pater ad filiū ⁊ dn̄s ad seruum. Alia sunt respectiua ad aliquod extrinsecū vt actio ad agēs: passio ad actionē: ⁊ qn̄ ad tempus: ⁊ sic de alīs. pn⁹ idiuiduationis accnᵐ respectiuoꝝ ad terminū est subm̄ idiuiduatū in ordie ad terminos idiuiduos: q2 plures paternitates in eodem subiecto numero possunt esse: nō tamē respectu vni⁹ termini. s. filiationis: sed respectu pluriu3 filioꝝ. silr̄ in oībus alīs talibus. Principiū aūt idiuiduationis accnᵐ respectiuoꝝ ad aliquod extrinsecū est subm̄ in ordie ad illud extrinsecū: q2 plures calefactiones possunt esse in eode3 subiecto in ordine ad plura calefacientia: ⁊ ideo non pōt capi indiuiduatio eoru3 ex parte subiecti tm̄: sed magis debet capi ab aliquo extrīseco. sic ergo patet quid sit pncipium idiuiduatōis ⁊ in hoc finit̄ 2ᵃ pars qōnis.

Restat g̊ 3° opiones antiquoꝝ ⁊ modernoꝝ ducere ad ꝯcordia3. Et pōt fieri talis diuisio. p°: Oēs qui loquunt̄ de pncipio indiuiduationis vel loquuntur
[Cōcor̄ opi. [illegible]] de pncipio idiuiduationis pro accidente vel de pncipio nature subē idiuiduationi. si pmo modo: aut loquimur de principio formali: aut subiectiuo. si de pn° formali sic verum dīt qui ponunt quantitatē esse pncipiū: q2 quantitas est pncipiū subiectum diuisionis ⁊ indiuisionis. vt patet ex predictis: ⁊ isto modo verū ēt dicunt q̄ ponunt hecheitatem esse pncipiū pmū idiuiduationis: q2 pmu3 subiectū hicheitatis hecheitatis ⁊ hocheitatis est sub3: īmo quantitas: quia pmum indiuiduatū est quantitas: per quam omnia alia sunt indiuiduata. Si loqmur de pncipio substantie indiuiduate: vel ergo ponunt mām vel forma3 vel respectū ad agens vel ad omnes causas. si materiā verum dicunt: q2 materia est pnᵐ potentiale substantie idiuiduate. si formam verū dicunt: q2 forma est pncipium formale: per qđ idiuiduū est ens in actu. si respectu3 ad agens verū dicunt aliquo modo: quia principium effectiuu3 substantie indiuiduate est aliquo modo causa indiuidui: cum agens indiuiduu3 producat indiuiduum sibi simile. si aūt ponunt omnes causas: tunc etiam verum dicunt: quia indiuiduu3 substātie generabilis ⁊ corruptibilis dependet ab omnibus causis ī esse. vt declaratu3 fuit pus. sic patet ergo 3ᵐ: q2 nulla opinio aliorum in toto contradicit isti opioni.

Restat ponere 4ᵐ. s. soluere rōnes que sunt in ꝯriū. ⁊ pmo probat̄: ꝙ qn̄titas nō sit pmum subm̄ indiuisionis per qđ natura vniuersalis cōtrahit̄ ad supposita. na3 si quantitas esset pmum subiectū ⁊c̄. vel hoc esset quantitas terminata: vel intermiata per sufficientem diuisionem: ⁊ ponit eam Cōmentator in de substan-
[Capi. [illegible] Cō.63.] tia orbis: ⁊ pmo physicoꝝ. Sed non pōt dici ꝙ sit quantitas interminata: quia ista est vna numero omniu3 generabilium ⁊ corruptibilium: sicut materia pma. ⁊ ideo per materiam vnum indiuiduu3 nō potest distingui ab alio: nec quantitas terminata potest esse pmū subiectu3 diuisionis ⁊ idiuisionis: q2 tūc materia esset diuisibilis ratione formale: ⁊ nō econuerso. cōsequēs est impossibi-
[Ca° coō] le ex tractatu de substantia orbis. cōsequentia ꝓbatur. nam subiectum pmū ⁊ propinquū quantitatis terminate est forma. ergo forma esset pmo quāta: ⁊ per ꝯsequēs. pmo diuisibilis: ⁊ sic mediāte ipsa materia esset quanta ⁊ diuisibilis. ergo videt̄ ꝙ quantitas nō sit pmum subiectum diuisionis: ⁊ idiuisionis. ¶ Item nullu3 abstrabibile per intellectu3 est per se indiuisibile ⁊ singulare: quia qđ est per se idiuisibile est necessario ⁊ semper idiuisibile. tale nō pōt abstrahi per itellectū: sed quantitas est abstrahibilis per intellectum: quia est vl'e: ⁊ vniuersale per intellectum est abstrahibile. ergo videt̄ ꝙ quātitas non sit pmū subiectum diuisionis ⁊ indiuisionis. ¶ Item si quantitas esset pncipium indiuisionis: sic ꝙ vnum indiuiduū positiue differret ab altero per ipsam quantitatē: tunc circūscripta quantitate duo indiuidua non differrēt. hoc est falsum: quia illa que diuersis generationibus generant̄: ⁊ diuersis corrupti⁹ corrumpuntur: nō solum differunt quantitate: quia generatio ⁊ corruptio nō terminant̄ ad aliquod accidens: īmo ad substantiam: sed duo indiuidua eiusde3 speciei diuersis generatōibus generant̄ ⁊ diuersis corrupti⁹ corrumpun-

tur vt de se notum est. consequentia probat: quia ex quo vnum indiuiduum differt ab alio tm̄ per quantitatem quãtitate circũscripta nõ differt. ¶ Itẽ si quãtitas esset pmum subm diuisionis ꝛ indiuisionis: tunc suba materialis nõ differret a substãtia immali: hoc est falsum: qꝛ materialis substantia per se differt ab imateriali. consequentia pbatur. nam substãtia materialis nõ differt ab imateriali: nisi qꝛ substantia mãlis est diuisibilis: substãtia imaterialis indiuisibilis: cum ergo substantia materialis nõ sit diuisibilis nisi per aliquod accñs: puta per qñtitatẽ. per tc. ergo nõ per se differret: sed tm̄ per accñs. ¶ Item si quãtitas esset pncipiũ indiuisionis per quaꝫ natura vniuersalis contrahit ad supposita: tunc diuisio speciei in idiuiª esset per accidẽs: sed hoc est falsuꝫ. vt pꝫ per Boeᵐ. in lib. diuisionũ. consequẽtia pꝫ: qꝛ omnis diuisio est per accñs in qua subm diuidiꝛ per accñª. sic est in proposito: qꝛ natura vniuersalis de genere substantie contraheret ad sua supposita per accñª. ¶ Item idẽ est pmũ subꝫ diuisionis ꝛ indiuisiõis: per qđ aliqđ est ens in

Com. 4. actu: qꝛ ens in actu est subꝫ accñtis. vt dicit Cõmẽtatoꝛ. scđo de anĩa. diuisio aũt ꝛ indiuisio sunt accidentia. modo per formã substãtialẽ aliqđ est in actu. vt dr̄. secũdo

T. cõ. 2. de anĩa. ergo pmuꝫ subm diuisionis ꝛ idiuisionis est forma substantialis. ¶ Item illud qđ posterius est indiuisio sube mãlis non est pncipium idiuisionis substantie materialis: qꝛ pncipiũ debet esse pus suo pncipiato: sed indiuiduũ accidentis est posterius indiuiduo substãtie.

Cõm. 2. vt vult Cõmẽtatoꝛ. 7. metaphysi. vbi dicit: ꝙ idiuiª substãtialia poꝛa sunt idiuiduis acciñᵇ. ergo videꝛ ꝙ quantitas induiduata nõ sit pncipiũ indiuiduationis substãtie materialis. ¶ Item quicquid est causa cause est causa causati: sed substantia est pncipiũ quantitatis que est pncipium seu pmum subm indiuisionis: qꝛ substãtia est

T. c. 80. causa oĩum accñtium que sunt in ea. pmo physicoꝛum. ergo videꝛ ꝙ substãtia sit maxime subiectum pmuꝫ diuisionis ꝛ indiuisionis ꝛ nõ quãtitas. ¶ Item si quantitas esset pmũ subm diuisionis ꝛ indiuisionis: tunc quantitas esset pmo ꝛ per se diuisibilis ꝛ idiuisibilis: sed hoc est falsum: qꝛ quantitas est illud quo aliqđ est diuisibile ꝛ idiuisibile: ꝛ tale neqꝫ est diuisibile: neqꝫ idiuisibile: sicut illud quo aliqđ est albũ nõ est album. cõsequẽtia pꝫ: qꝛ illud in quo pmo reperiꝛ diuisio ꝛ indiuisio per se ꝛ pmo est diuisibile ꝛ idiuisibile. ¶ Item accñtis non est

T. c. 14. accidẽs. 4. metaphy. sed quantitas est accidens. similr diuisio ꝛ idiuisio sunt accñtia. ergo nõ possunt accidere quãtitati: ꝛ sic ipsa quantitas nõ põt esse pmũ subm diuisionis ꝛ idiuisionis: ꝛ sic patent argumẽta que sunt contra primam positionem.

Restat nunc soluere argumẽta in oppositum facta. ¶ Ad pmũ cum dr̄. si quãtitas esset pmum subiectũ diuisionis: aut ꝛc. dicit ꝙ quãtitas iterminata. ¶ Ad pbatione cuꝫ dr̄ ꝙ est vna numero dicit ꝙ ipam esse vnam numero in omnibus generabilibus ꝛ corruptibilibus põt intelligi dupliciter. vno modo positiue: ꝛ sic quantitas nõ est vna numero: sicut nec materia pma quã consequiꝛ vt subiectum pmuꝫ. Alio modo puatiue: ꝛ sic est vna numero per puationem omniũ terminoꝛuꝫ quantitatis: ꝛ ideo alia ꝛ alia numero est in alio ꝛ in alio

Cõ. 14. indiuiduo. Et hanc distinctioneꝫ ponit Cõmẽtatoꝛ. 12. metaphysi. ꝛ addit probando ꝙ quantitas interminata sit pncipium: imo pmum subiectum indiuiduationis: et supponit duo. pmo ꝙ subiectum quantitatis terminate est foꝛma: quia illud est subiectum quantitatis termínate: per qđ omnia terminata ꝛ finita sunt: sed omnia per formam sunt terminata ꝛ finita: ꝛ per materiam infinita ꝛ interminata. vt patet. 3º physicoꝝ. vbi dicit: ꝙ mate-

T. c. 60. ria est causa ifinitatis: forma eiº cã finitatis. Et idẽ vult

t. 65. Cõmẽtatoꝛ in de substantia orbis. vbi dicit. Cũ Aristo.

Cap°. p°. iuenit in his dimẽsionibus cõmunicari omnes formas: quarũ quelibet habet quãtitatẽ terminatã: sicut dimensiones terminatas vltimo ꝛ complete in subiecto nõ possit esse: nisi postqꝫ forma substãtialis existit in eo: sicut est dispositio in alys accñtibus existẽtibus in actu. ¶ Secundo supponit ex de substantia oꝛbis: ꝙ forme substã-

Ca° eod. tiales diuiduñ diuisiõe subiecti. s. materie pme. Ex his arguiꝛ sic. si quantitas interminata nõ esset pncipium. i. pmum subiectum indiuiduationis ꝛ diuisionis: tunc forma substãtialis nõ diuideret diuisione materie: hoc est falsum per secundã suppositionẽ. consequentia probaꝛ: quia forma est subm quantitatis terminate. vt dicit suppositio prima: ꝛ si ista quantitas est primum subiectum diuisionis: ꝛ idiuisionis: ꝛ mediante materia pma: quod est impossibile: ꝛ addit ꝙ nõ ymaginaꝛ ꝙ quantitas terminata sit alterius speciei a quãtitate terminata quantum ad esse quantitatis: imo imaginatur ꝙ sit vna ꝛ eadem essentia numero: que secundũ se considerata dicit interminata: ꝛ hec eadem considerata vt contracta per terᵐ dicitur terminata. naꝫ esset ponere subiectum diuisibile duplici diuisione: qđ est ridiculum. vtrum autem hoc sit bene dictum de hoc non curo ad presens: sed dicetur cum dicetur ad suam opinionẽ. ¶ Ad aliud argumentum. nullum abstrahibile per intellectus ꝛc. Conceditur. Et cum diciꝛ ꝙ quantitas ꝛc. dicit ꝙ quãtitas potest accipi dupliciter. vno modo secundũ genus vel speciem: ꝛ isto modo abstrahibilis est per itellectum ꝛ multiplicabilis in plura supposita: ꝛ sic non est pmum subiectuꝫ indiuiduationis. Alio modo potest accipi secundũ indiuiᵐ: ꝛ isto modo primum subiectum est indiuiduationis: nec vt sic est abstrahibilis per itellectũ: nec multiplicatur in plura supposita. ¶ Sed contra hoc arguitur. omne singulare per abstractioneꝫ intellectus agentis sit vniuersale: ꝛ per consequens multiplicabile in plura supposita: sed quantitas ista singularis: que ponitur esse primum subiectum indiuiduationis est singularis. ergo sit vniuersalis per abstractionẽ intellectus agẽtis. ¶ Tunc arguitur. sic prius. nullus abstrahibile per intellectum ꝛc. ¶ Item aliud dubium videtur esse per qđ ista quantitas singularis est indiuiduata: que ponitur esse pmum subiectum indiuiduationis: per quaꝫ natura vniuersalis cõtrahitur ad sua supposita singularia. ¶ Ad pmum respondet: ꝙ indiuiduũ siue singulare potest duplr considerari. vno modo inquantũ singulare: ꝛ indiuisum in plura supposita: ꝛ sic nõ sit vniuersale: nec multiplicabile in plura supposita. Alio modo inquantũ 9ᶣ cum alio singulari in aliqua similitudine vel forma: ꝛ isto modo sit multiplicabile in plura supposita ꝛ vniuersale: ꝛ sic pꝫ ad argumentũ cum diciꝛ. Omne singulare ꝛc. Conceditur. accipiendo singulare secũdo modo. Et cuꝫ diciꝛ. ista quantitas ꝛc. Conceditur. ꝛ ideo inquãtũ singlis nunqꝫ sit vniuersalis: sed inquantũ 9ᶣ cũ aliqua qñtitate singulari ꝛ particulari: ꝛ vt sic sit abstractio ab his vt sic non est pncipium indiuisionis: sed diuisionis: quia diuisa est in plures partes: quarum quelibet secundum se est indiuisa. ¶ Ad aliud dubium dicit: ꝙ quantitas est idiuiduata formalr per idiuisionẽ ꝛ nõ p aliqđ aliud subiectuꝫ pmum: nec natura vniuersalis differt a suppositis per aliud positiuuꝫ: sed solum per priuatiões ꝛ causa est: quia quantitas est pmum subiectum diuisionis ꝛ indiuisionis. vt pꝫ ex dictis. Et ideo nõ potest esse idiuiduata per aliquod aliud prius subiectũ: quia ante

primum nihil est:sed omnia animalia indiuiduata sunt per quantitatē tanq̄ per p̄mum subiectum. pꝫ ergo q̄d sit p̄ncipiū indiuiduationis in genere quātitatis. ¶ Ad aliud cuꝫ dr̄. si quantitas ⁊c̄. Conceditur. ad minorē: quia circūscripta quantitate differunt duo ⁊c̄. Dic ꝙ circumscripta quantitate indiui⁹ nō generant̄ diuersis generatiōibus. Et quādo dr̄ ꝙ imo q̄ generatio nō terminat̄ ⁊c̄. Cōceditur: sed tn̄ bene est illud in quo est dispositio qua generatio terminat̄ ad aliquā aliam formā: q̄ circūscripta quātitate indiui⁹ eadem sunt specie que seorsum ab indiuiduis nō generantur: nec corrumpunt̄. ¶ Ad aliā. si quantitas ⁊c̄. sequit̄ ꝙ substantia materialis per se nō differt ⁊c̄. falsitatē consequentis concedo. ↄ̄ntiam nego. ¶ Ad probationē: q̄ substātia materialis ⁊c̄. dic ꝙ falsum est: q̄ substātia materialis per se habet aptitudinē ad diuisionē que ad actum nō reducit̄: nisi per quantitatē: īmālis aūt substātia aptitudine ista per se caret: ⁊ iō ipsa nec actu: nec potētia: nec aptitudine est diuisibilis. ideo per se differunt iste substantie ⁊ non per accidens. ¶ Ad aliam cum dr̄. si quātitas ⁊c̄. sequit̄ ꝙ diuisio speciei ⁊c̄. Dōm ꝙ non sequit̄. ¶ Ad probationem. diuisio substātie per acci⁹ ⁊c̄. Dicendū ꝙ duplex est diuisio per acci⁹. quedā est terminatiue per accidētia: ita ꝙ diuisio terminet̄ ad acciītia: vt hoīum alter albus alter niger: ⁊ talis diuisio est diuisio per accīs: de qua loquit̄ Boeti⁹. Alia est diuisio per accidentia dispositiue vel disponentia que fit mediātibus quibusdā dispo^{bꝫ} sub quibus natura vl̄is cōtrahit̄ ad supposita: ⁊ diuidit̄. ⁊ talis diuisio non est per accidens: sed per se. ¶ Ad aliaꝫ. illud per qd̄ aliquid est in actu ⁊c̄. negat̄ ad aliam: ⁊ ad p̄bationē cuꝫ dr̄ habent esse in ente in actu tanq̄ in subiecto p̄mo. Dicendum ꝙ hoc potest intelligi dupl̄r. Uno modo ꝙ ens in actu actuatū per formā substantialem esset subiectū imediatū oīum acci⁹: ⁊ hoc nō est veꝝ: q̄ albedo est accidens: ⁊ tamē non in ente actu est tanq̄ p̄mo subiecto: imo in superficie: ⁊ habere. 3. est accidēs: ⁊ tamen nō est in ente in actu vt in p̄mo subiecto: imo in triangulo: sed triangulus non est ens actu actuatum per formam substantialem. Alio modo potest intelligi accidens esse in ente in actu quantum ad eius subsistere: ⁊ isto modo est verū ꝙ accidentia existere non possunt: nisi in ente in actu. Econuerso est de formis substantialibus: que existere non possunt: nisi in ente in pura potentia: puta in materia p̄ma. ideo ista ratio nō concludit: peccat etiam ista ratio: quia ponit omnia accidentia existere in ente in actu: quia dimensiones sunt accidentia: tamen nō existentes in ente in actu vt in p̄mo subiecto. vt vult Commentator in de substātia orbis. ideo diuisio ⁊ indiuisio consequuntur istam quātitatem interminatam non existentē in ente in actu: sed in ente in pura potentia. ¶ Ad aliam cuꝫ dicitur: quod est posterius ⁊c̄. Conceditur. eo modo quo est posterius. Tu dicis: indiuiduuꝫ ⁊c̄. Dicendum ꝙ in indiuiduo substantie est duo considerare. Primo naturam subiectaꝫ indiuisioni. Secundo ipsaꝫ indiuisionem. Modo indiuiduum substantie quantuꝫ ad naturam subiectaꝫ indiuisioni est prius indiuisione: sicut substantia accidente: tamen quantum ad esse indiuisuꝫ non est prius indiuisione: immo posterius. ¶ Ad aliam cum dicitur. quicquid est causa cause ⁊c̄. Conceditur. Ad minorem cum dicitur. substantia est principiuꝫ quantitatis ⁊c̄. Conceditur. et ꝙ sit ipsa quantitas principium indiuiduationis imediatū: substantia vero vltimatum: ⁊ hoc negare non habeo. ¶ Ad aliam cum dicitur. si quantitas ⁊c̄. Cōceditur. Ad probationem: ꝙ non est: quia est illud quo aliquid est diuisibile: ⁊ tale non est diuisibile per se. Dicendū ꝙ quantitatem esse illud quo aliquid est diuisibile potest intelligi dupliciter. vno modo formaliter: ⁊ isto modo est falsum: imo diuisio est illud quo aliquid formaliter est diuisibile: ⁊ illud quo aliquid formaliter est diuisibile non est diuisibile: sicut illud quo aliquid est diuisibile: sicut primum subiectum: per quod omnia diuisibilia sunt diuisibilia: ⁊ tale bene est diuisibile: ⁊ isto modo est verum quantitatem esse illud quo aliquid est diuisibile: sicut hō est per qd̄ sort. est risibilis. Et ideo primo est risibilis: sicut quātitas est primum subiectuꝫ per qd̄ substantia: ⁊ alia diuisibilia sunt diuisibilia: ⁊ iō primo est diuisibilis. ¶ Ad aliam cum dicitur accidens non accidit ⁊c̄. Respondeo ꝙ duplicia sunt accidentia. Quedam sunt accidentia: que nullā habent habitudinem: nec positionem ad inuicem: sicut album ⁊ musicum: ⁊ de istis est verum ꝙ accidens non accidit accidenti: nisi quia ambo eideꝫ accidunt: quia qua ratione vnum esset subiectum alterius: eadem ratione econuerso. vt patet. quarto metaphysice. Alia sunt accidentia: quorum vnum per se habet habitudinem ad alterum: vt color ad superficiem: ⁊ de istis non est verum: imo vnum bene est subiectum alterius. sic est de quantitate ⁊ diuisione ⁊ indiuisione. nam diuisio ⁊ īdiuisio per se habēt habitudinem ⁊ rationem ad quantitatem per se tanq̄ ad proprium subiectum imediatuꝫ. ideo ista ratio nō valet: ⁊ in hoc finit̄ quinta pars opīonis.

T.c.14.

Restat hic in sexta parte mouere dubia. Quoꝝ primum est: quia dictuꝫ est ꝙ quantitas sit primum subiectum indiuiduationes. ¶ Contra. si sic esset sequeretur ꝙ omne indiuiduum esset de genere quantitatis: hoc est falsum: quia in vnoquoq̄ genere sunt species specialissime ⁊ indiuidua cōtenta sub ea. consequentia patet: quia in eodem genere est principiuꝫ ⁊ punctū: sicut vnitas ⁊ numerus. punctum ⁊ linea. materia ⁊ materiatum: sed quantitas est principium indiuidui. ergo ⁊ indiuiduum erit in eodem genere cum quantitate. ¶ Item si quantitas esset principium indiuiduationis: sequeret̄ ꝙ accidens daret esse substantiale: sed hoc est falsum: quia accidens dat tm̄ esse secundum quid: ⁊ esse substantiale est esse simpliciter. vt patet 7⁰ huius. consequentia patet. nam constat ꝙ est indiuiduum de genere substantie: ⁊ istud idiuiduum de genere subē est indiuiduum per quantitatem vt positum est. ergo quantitas esset causa substantie. ¶ Iteꝫ. si hoc esset: tunc sequeret̄ ꝙ vniuersalia essent principia essendi singularium: sed hoc est falsum: quia vniuersalia sunt eadē essentialr̄ cuꝫ ipsis singularibus: quia per se predicantur de singularibus. idem autem nō est principiuꝫ suiipsius. consequentia probatur. illa sunt principia essendi singularium. ex quibus singularia componūtur: sed hoc est ex vniuersalibus: ⁊ cōditiōe accidētalis superaddita: sicut soꝛ. componitur ex natura humana ⁊ quantitate: ⁊ ex alijs accidentibus quantitatem consequentibus. ergo vniuersalia essent principia essendi singulariuꝫ. ¶ Item si quantitas esset principium indiuiduationis: tunc natura vniuersalis specifica esset vna extra animaꝫ: hoc est falsuꝫ: q̄ tūc non indigeremus ītellectu agente. vt dicit Commentator. tertio de anima. consequentia probatur: quia quod est diuisum in aliqua plura per conditiones accidentales est vnum secundum se in illis: saltem vnitate opposita illi multitudini: sed natura specifica est diuisa in plura supposita per conditiones accidentales. ergo vna erit actu secundum se: ⁊ specifica in illis: ⁊ sic natu-

Marginalia: alia lra n̄ vel 3°(?) ; Capi. 3°(?) ; T.c.14. ; T.cō.2. ; Cōm.19

ra vniuersalis actu esset.extra animã. ¶ Item aliud du
bium est de eo qđ dictum fuit:ꝙ indiuiduatio est causa
formalis indiuidui. Contra. quod priuat omnem formã
non est causa formalis esse indiuidui.quia ꝓuatio forme
non est forma.sed idiuiduatio est priuatio.ergo non ẽ cã
formalis indiuidui. ¶ Item aliud dubiuz est. de hoc qđ
dictum fuit:ꝙ substãtie isensibilis: siue abstracte seipsis
indiue sunt. Cõtra.illa que possunt intelligi vlr ꝛ singula
riter seipsis non sunt idiuiduata.qꝛ per se singulare ꝛ idi
uiduum non potest itelligi:sed intelligentia ſm se ꝛ suum
esse specificum:ꝛ etiam vt hec itelligentia potest itelligi
ſm ꝙ qlibet experitur i se.ergo videtur ꝙ nõ sint seipsis
idiue. ¶ Item.si iste substantie abstracte seipsis eẽnt idi
uiduate:tunc vnum ꝛ idem:ꝛ ſm idez esset multiplicabi
le:ꝛ non multiplicabile in plura supposita.sed hoc falsuz.
qꝛ implicat contradictionem.qđ est contra primaz digni
tatem.consequentia probatur.nam nullum singulare est
multiplicabile in plura supposita:ꝛ vniuersale est multi
plicabile.cum ergo i istis idez sit vniuersale ꝛ singulare:
etiam in istis nullo modo differunt:idez erit multiplica
bile ꝛ non multiplicabile i plura supposita. ¶ Itẽ aliud
dubium est de eo qđ dictum fuit. ꝙ quantitas vniuersa
lis non differt a particulari quãtitate nisi per idiuisiõez:
ꝛ non per aliquod subm positiuum. Contra. per non ens
nihil potest differre.qꝛ non entis non sunt dr̃e.sed idiui
sio est non ens. vt vult Ar. ꝓmo phys. vbi dicit.eam eẽ
extra totum ens.ergo quantitas vniuersalis non põt dif
ferre a quantitate per idiuisionem.

Tx.c.79.

Restat vltimo dubia cum rationibus principalib'
soluere. ¶ Ad primum dubium dicẽdum.ꝙ
indiuiduum potest accipi dupliciter. Uno modo quan
tum ad naturã subiectaz idiuisioni i plures partes eius
dem rõnis.ꝛ isto modo idiuiduum non est solum i gene
re quantitatis:sed in quolibet genere.sicut sor.in genere
substantie:ꝛ hec albedo i genere qualitatis. Alio mõ po
test capi idiuiduum quantum ad esse idiuisum:ꝛ isto mo
do esse idiuisum est i genere quãtitatis:sicut passio. Et ex
ista solone patet. ꝓ ꝙ idiuiduũ ꝑ se est i quolibet genere.
2°.ꝙ predicatio spẽi de indiuiduo est per se.qꝛ idiuiduũ
de re significata non importat accidens. licet quantũ ad
rationem intelligendi importet accidẽs. ¶ Ad aliud.ꝙ
accidens daret esse.ꝛc̃.Dicendum ꝙ non sequitur. ¶ Ad
probationem.ꝙ est dare indiuiduum.ꝛc̃.ista est vera. Et
tu dicis.ꝙ indiuiduum substantie est indiuiduz ꝑ quã
titatem. Dicendum ꝙ indiuidum substantie esse ꝑ quan
titatem potest intelligi dupliciter. Uno modo quantum
ad naturam subiectam indiuisioni. Et isto modo non est
per quantitatem principaliter.sed dispositiue soluz. Alio
modo potest intelligi indiuiduum esse per quantitatem
quantum ad esse indiuisum.ꝛ isto modo est verũ: sꝫ istud
esse indiuisum non est in genere substantie. sed acciden
tis.scꝫ quantitatis.ꝛ sic accidens non dat esse substantia
le. ¶ Sed ex his oritur dubium.qꝛ si vera sunt que dicta
sunt. sequitur ꝙ indiuiduum in genere substantie non
differret a specie.sed hoc est falsum.qꝛ in alio ꝛ i alio gra
du predicamentali ponuntur. vt per se notum est.qđ non
esset nisi differret. consequentia patet. quia positum ẽ ꝙ
indiuiduum non differt a specie:nisi per quantitatem. er
go per nihil de genere substantie differt. ¶ Notanduz ẽ
ad euidentiam solutionis h'.ꝙ res ponitur i predicamẽ
to quantum ad naturam significatam:ꝛ qꝛ vniuersale et
singulare idem iportant de re significata. ideo sicut vni
uersale ponitur in predicamento:sic ꝛ singulare:sed i alio
ꝛ in alio gradu predicamentali ponitur per aliam ꝛ aliaz
rationem:sicut homo ꝛ animal habet esse in alio ꝛ in alio
gradu predicamentali. qꝛ illud qđ significat animal sub
ratione cõfusi significat homo sub ratione determinati.
¶ Et tunc ad rationem cum dicitur. Indiuiduum de ge
nere substantie.ꝛc̃.Dicendum ꝙ verum est.tunc non dif
ferret a specie per aliquid de genere substãtie. Et cum di
citur.ergo non esset in alio gradu predicamentali per ali
quam differentiam realem: sed ſm aliam ꝛ aliam ratio
nem: vt declaratum est prius. Et iste auctor vult.ꝙ supe
rius ꝛ inferius dicant eandem naturam realiter ꝛ essen
tialiter.de quo ad presens non est curandum. ¶ Ad aliđ
dubium.cum dicitur.tunc seqtur ꝙ vniuersalia eẽnt.ꝛc̃.
Dicendum ꝙ duplicia sunt singularia.quedam sunt i re
spectu:sicut iferiora dicuntur esse singularia respectu su
periorum:vt species dr̃ esse singulare respectu generis.et
ista vniuersalia non sunt ꝓncipia essendi singularium ta
lium.qꝛ illa totalr̃ sunt idẽ:vt supponit.nunc idẽ nõ ẽ ꝓn
cipiuz essendi suiipsius. Alia sunt singularia simpliciter:
vt sor.ꝛ plato.ꝛ plura istorum sunt ꝓn'a essendi indiuiduo
rum. qꝛ componuntur ex natura vniuersali: ꝛ principio
indiue.ꝛ q̃uis ista quantitas sit ꝓncipiuz essendi istorum
singularium.non tamen significatur nomine idiuidui.iđ
natura specifica potest predicari de idiuiduo.ꝛ sic iste au
ctor semper vult ꝙ natura generis ꝛ specifica non diffe
rant realiter:sed essentialiter. ¶ Ad aliud dubium.seq
tur ꝙ natura specifica.ꝛc̃.Dicendum ꝙ duplex ẽ natura
specifica.quedã est cuius supposita sunt ex animaz actu.
Alia est cuius supposita non sunt extra animam actu: vt
enũci° ꝓpo° qđ. Sed natura specifica actu extra animaz
duplex est.quedaz est habens actu plura supposita vt ho
mo asinus.ꝛc̃. Et de istis est verum dicere ꝙ natura spe
cifica actu est vna extra animã. vt probat ratio. Alie sunt
nature specifice habentes tantum vnum suppositũ actu
ꝛ talis non habet esse actu vna extra animam: vt dicitur
de sole ꝛ luna. quia vult ꝙ corpora celestia sint in predi
camento. ¶ Ex hoc patet solutio ad questionem cuilibꝫ
volenti amplificare. Sed causa breuitatis obmittatur.
¶ Ad aliam cum dicitur.ꝙ priuat omnem formam.ꝛc̃.
Dicendum ꝙ verum est non est causa formalis positi
ua. Ad minorem. cum dicitur. indiuiduatio priuat om
nem formam. Conceditur. positiuam. ꝛ ideo nulla for
ma positiua est.sed bene ẽ forma priuatiua. sicut cecitas
est causa formalis esse ceci.tamen dicit etiam esse positi
uum connotatiue. sic ꝛ indiuiduatio bene est causa for
malis indiuidui.licet non dicat naturaz positiuã. ¶ Ad
aliud dubium. cum dicitur. Illa que intelliguntur vni
uersaliter.ꝛc̃.Dicendũ ꝙ verum est.si intelliguntur itel
lectione vniuersali ꝛ particulari sumptis a modis essen
di repertis in eis.si tamen intelligantur vniuersaliter et
particulariter per comparationem ad ista inferiora non
oportet. sic .n. vere est in proposito.ꝙ intellectio particu
laris ꝛ vniuersalis substantiarum separataruz non est ni
si per similitudinem ad ista inferiora:ꝛ hoc videtur eẽ ra
tionabile:ꝙ substantie sepate non intelliguntur ab intel
lectu nostro nisi per ista inferiora. Et ideo itellectio vni
uersalis ꝛ particularis ipsarum non est nisi per compara
tionem ad ista sensibilia. ¶ Ad aliud cum dicitur. Seqe
tur ꝙ vnum ꝛ idem esset multiplicabile.ꝛc̃. nõ sequitur.
¶ Ad probationez.singulare non est multiplicabile.ꝛc̃.
Dicenduz. cum dicitur vniuersale est multiplicabile. ꝙ
vniuersale dupliciter potest considerari. vno mõ inquã
tum vniuersale:ꝛ ſm suum genus.ꝛ sic est multiplicabile
i plura supposita. Alio mõ põt ꝯsiderare vle ſm ꝙ est in
tali obo:ꝛ ſm suam spẽm:ꝛ sic non est multiplicabile i plu

supposita. ꝛ hoc nullum est inconueniens: sicut quocũqȝ subtili dato ꝯ[tingit] dare subtilius. qd' tñ repugnat ſm φ i ma teria. q2 non ꝯ[tingit] dare subtilius igne. ꝛ sic etiam substantie separate iquantum vniuersalia sũt multiplicabiles i plu ra supposita. iquantum vero sunt talia non sunt multipli cabiles. ❡ Ad aliud dubium. Per non ens nihil põt dif ferre. Dicendum φ triplex est non ens. quorum primũ ẽ non ens simplr: qd' non hȝ eẽ: nec imaginationem: ꝛ p tale non ens nihil differt. Aliud est nõ ens. quod est i mã. scili cet puatio formarum: ꝛ per tale nõ ens aliqd bene differt tale vero non ens est iduiduatio. q2 priuatio diuisionis. Tertium est non ens. quod est in potentia ens tantuȝ: si cut materia pma. ens enim i pura potentia dr̃ non ens. q2 non ens i actu. ꝛ per tale non ens ẽt aliqd bñ differt.

His visis ad rõnes pncipales. Ad pmam cum dr̃. Illud est pn[cipiu]m iduiduationis. ꝛc̃. Dicen dũ φ verũ est: p quod aliqd est iduisum i se pmo. ꝛ diui sum a quocunqȝ alio. In minori cum dr̃ φ hoc est per for mã substantialem. Dõm φ non pmo. q2 forma est iduisa per materiam. materia vero per quantitateȝ induisa est: quantitas vero per iduisionem. ꝛ sic de pmo ad vltimuȝ iduidua[ti]o est pmum pn[cipiu]m formale iduidui: ꝛ quantitas p mum subiectum. ❡ Ad aliam. Dõm φ verum est per qd' est hoc aliqd pmo. In minori cũ dr̃ hoc est per formã. ve rum est per formã hanc particularem: forma vero non ẽ hec nec particularis: nisi per quãtitatẽ iduisam: vt ime diate ostensum est. Et ideo quantitas subiecta iduisioni est pmum pn[cipiu]m iduiduationis. ❡ Ad aliam. cum dr̃. Illd' per quod aliqd. ꝛc̃. Dõm φ duplex est pn[cipiu]m. quoddam scȝ mãle. aliud formale. si vero itelligatur φ illud per quod aliqd est vnum numero formaliter: sic sit pn[cipiu]m indiuidua tionis. sic falsum est. q2 vnitas est illud per quod aliqd est vnum: vt dicit boetius in libro suo de vnitate ꝛ vno. vbi dic̃. φ vnitas est qua vnaqueqȝ res vna dicitur. sed p idi uisionem non est aliqd formaliter vnũ. sed iduisum. Si vero intelligatur de pn[cipi]o subiecto: sic credo φ vera est. q2 idem est subm vnitatis numeralis. que opponitur multi tudini in partes eiusdem rõnis ꝛ iduisiõis. ❡ Ad mino rem cum dr̃. forma est illud. ꝛc̃. Dõm φ non est verũ sub iectum imediatum: imo quantitas est illud quo fundat̃ vnitas que est pn[cipiu]m numeri. sed forma bene est subiectum remotum: sicut etiam est subm aliorũ accñtium. ideo rõ non valet. ꝛ sic expedita est prima opinio.

Alia est op. que pmo exponit titulum qõnis de pn[cipi]o indiuiduationis. vñ dicit. φ multum dif fert querere propter quid indiui[duu]m est iduiduum. ꝛ vtruȝ natura specifica determinetur ad singulare propter ali quod pn[cipiu]m formale positiuũ. vnde si queritur per qd idi uiduũ ẽ idiui[duu]m. Tunc dicenda sunt quattuor ad qõnem. Primo φ iduiduũ formaliter est iduiduuȝ p iduidua tionem: vel iduisionem: ꝛ i hoc conuenit cũ alia opione. Et ratio est. q2 sicut se hȝ cecitas ad cecuȝ. sic iduiduatio ad iduiduũ. ꝛ hoc patet per conuenientem siĩtudinem. sed cecum formalr̃ est per cecitatem. iquãtum cecitas po test esse forma. q2 est puatio ꝛ for[m]a puatiua. vnde cecitas est forma ceci. iquantum cecus. vt cõmentator z°. physi. g̃ etiam iduiduũ formaliter est iduiduũ p iduiduationẽ ꝛ induisionem. vnde per indiuiduum intelligo quasi di uisum i duo. q2 duo sunt. ❡ z° dicendum. φ iduiduũ ma terialr̃ ꝛ subiectiue sunt iduiduum per formam subaleȝ ꝛ i hoc differt ab alia opinione. Et causa est. Idem ẽ subȝ diuisionis ꝛ habitus ꝛ puationis. ex postpredicamentis. ꝛ 4°. ꝛ 5°. huius. sed subiectum diuisionis est forma substã tialis. vt pȝ ex 8°. h°. ꝛ per ꝯñs iduisionis. φ autem forma sit subm diuisionis. pȝ. q2 diuisio est accidens. modo cõpo

Cõ.6.ꝛ 15.

T.c.27.
T.c.25.
T.c.13.
ꝛ.14.

situm ex materia ꝛ forma differt a cõposito ex subo ꝛ acci dente. q2 ex subo ꝛ accñte vltimum est substãtia. i. forma. ꝛ hoc est rõ[n]is. q2 accidens non dat esse nisi ſȝ qd. ergo suũ subiectuȝ debet esse simplr̃. ꝛ hoc ex forma. vel per for[ma]m. ꝛ est φ dr̃ z° de aĩa. φ mã est aliqd per formam substan tialem. ibi prepositio per. iportat habitudinem cause ma terialis. vtrum autem ista rõ sit sufficiens ad probandaȝ cõclusionẽ. de hoc iquirendum est. ❡ Dõm tertio φ si q̃ ritur per quid iduiduum est iduiduũ. finaliter nulla est questio. Et rõ est. puiuationis non est finis. 8° h°. vbi dici tur. propter qd est eclypsis forte n[ull]° est qd'. sed si querit̃ pp quid iduiduum est iduiduuȝ finalr̃ nulla est causa fina lis. q2 iduiduatio est puatio multitudinis. Sed ista opio addit. φ tutius potest dici φ iduiduum est iduiduuȝ fi naliter per conseruationeȝ spẽi in esse perpetuo. q2 vt di cit z°. de aĩa. q2 nihil corruptibiliũ põt semper ideȝ nume ro idem manere. Et idẽ dr̃ z°. de generatione: sȝ ſȝ multi tudinem nũãleȝ species saluatur semper. ꝛ multitudo nu meralis presupponit vnitatẽ numeralẽ. q2 nunq̃ȝ aliqua sunt multa: nisi qd'libet eoꝝ sit vnum. q2 omnis multitu do reducit̃ ad vnitatẽ. vt hr̃ 10°. h°. ❡ 4°. dõm. φ si quera tur per qd iduiduum est iduiduũ effectiue. Dõm φ nul lũ hȝ efficiens per se. ꝛ in his duabus ꝯnibus ꝯuenit cum alia opione. Et causa est. pua[ti]o non habet efficiens: sȝ plus deficiens. sed iduiduatio est priua[ti]o. vt visum est. ergo nõ hȝ efficiens: ꝛ ẽt i ista opinione additur φ iduidua[ti]o effe ctiue ẽ p gñãns. q2 gñãns qd' dat formã: dat oĩa acciden[tia] ꝯñtia formam salt ẽque sunt necessaria. sed iduidua[ti]o est accñs necẽario ꝯñs formã i mã. q2 oĩs for[m]a i mã est idiui duata. de hoc ingrendũ est. ❡ 5° dõȝ φ si qd' q̃rit de z° q[uid] iduiduum de genere sube vltra naturaȝ specificam iclu dit aliquod formale pn[cipiu]m positiuum. verbi grã. vt sor. sup naturam humanam icludat aliquod pn[cipiu]m positiuum for male diuersuȝ. per qd' est sor. ꝛ in hoc differt ista opio ab alia. Et rõ est. q2 si natura specifica non contraheretur ad iduiduum de genere sube per aliquod pn[cipiu]m positiuum for male: qd' est diuersum: sor. non differret ab homine ſm ra tionem. sed hoc est falsum. q2 hoc omnes concedunt. con sequentia pȝ. q2 si non esset positiuum aliquod pn[cipiu]m in re qd quod reduceretur illa diuersitas ſm rõnem. tunc non esset diuersitas. vel si esset. tunc esset ficta. ❡ Itẽ Ar. di cit 3°. de anima. φ aliud est magnitudo ꝛ magnitudini eẽ: ꝛ aqua ꝛ aque esse. modo per esse aque intelligit quidita tem ſm cõmentatorem. ꝛ per aquam itelligit iduiduuȝ φ est aliud a quantitate: qd' non esset aliud nisi icluderet aliqd' formale pn[cipiu]m positiuuȝ. ❡ Item Ar. dicit 7° h°. il lo ca°. Quomodo aũt opȝ dicere ꝛ quale qd substantiaȝ φ q̃rere de aliquo qd ẽ hoc nihil ẽ querere nisi corrigat̃ qd'. q2 oportet corrigenteȝ dicere nisi reducatur ad questio nem factaȝ de indiuiduo ſm speciem. vt propter qd sor. est homo: vel ad questionem factam de materia. Et q2 in pma questione non queritur aliqd de alio. sed i questiõe spẽi de iduiduo queritur aliqd de alio. sed hoc non esset. nisi iduiduum icluderet aliquod pn[cipiu]m formale positiuuȝ super naturam specificam. ꝛ hoc videtur esse de itentiõe Ar. vt pȝ cuilibet consideranti. ❡ Notãdũ φ hri ꝯcedit̃ cõiter φ sup nãȝ hu[ma]nã sor. includat aliqd reale positiuũ ꝛ formale. per qd' nã specifica determinet ad idi[duu]m cũ sor. nõ sit ens puatiuũ. lȝ esse iduiduum sit puatiuum. tamẽ qd sit illud de hoc dubitatur. vnde aliq dicunt. φ illud ẽ quantitas iduisa. Et hoc probant. Illud quod per sui di uisionem est causa multitudis nuãl. h p sui iduisionem est cã vnitatis nuãlis. q̃ ꝯbit nãm spe[cific]am ad idi[duu]m deter[minat]. sȝ q̃ntitas p sui diuisioneȝ ẽ cã multitudis nuãlis. vt pȝ 3° physi. quare ꝛc̃. Et ista est fortior ratio huius positionis.

T.c.2.
T.c.13.
T.c.35.
T.c.70.
T.c.21.
T.c.25.
tex.29.
T.c.58.
T.c.68.
ꝛ.69.

¶ Sed ꝯ hoc dubitatur.qꝛ si hoc eēt:tunc seqꝛ ꝙ soꝛ.
vt soꝛ.esset de genere accñtis.sed hoc est ĩpoſe.qꝛ est ꝑma
substantia: que maxime substat.ex ꝑdicamentis. ꝯña ꝓ
batur. In illo gñe dꝫ esse res in quo est suũ formale ꝯhēs
ipsum:sed formale contrahens soꝛ.vt soꝛ.est de gñe quan
titatis:sicut quantitas īdiuisa. ¶ Ad hoc dr̄.ꝙ lꝫ quanti
tas īdiuisa sit illud per qđ soꝛ.est soꝛ. tñ non īcluditur ī si
gnificato eius:ꝑ qđ sigtur. Sumunt̄ ꝑdicationes ī esse ꝑ
dicato:⁊ ꝑdicationes essentiales ī ꝑmo modo. qꝛ si quan
titas īdiuisa īcluderetur ī sigto soꝛ.tunc ista non esset per
se.soꝛ.est homo. ¶ Dōm ꝙ hoc nihil valet. qꝛ est ridicu
lũ.qꝛ significatio vocis non cāt rebus esse predicamenta
le ⁊ predicatiões essentiales.qꝛ soꝛ.est ī predicamēto rea
liter ⁊ essentialiter circũscripta oī ītellectione. qꝛ ī eodeꝫ
predicamento est res ⁊ formale ꝯhens rem. ¶ Itē cōmē
tatoꝛ ait 7°.h°.z°.cō°. In hoc ergo caplo ītendit declarare
Ar.ꝙ gditas īdiuidui subē est ꝑoꝛ gditatibus īdiuiduo
rum accidentium. Indiuiduũ.n. subē est ꝑus aliꝫ īdiui
duis accidentium.⁊ manifestum ē per se. Modo q̄titas
indiuisa est īdiuiduum quantitatis.ergo īdiuiduũ substā
tie circũscribendo oē accidens est prius īdiuiduo accidē
tis.⁊ per con sequens quātitate īdiuisa. Et si dicatur ꝙ cō
mentatoꝛ loqtur ibi de īdiuiduo substantie:inquantum ē
idem cum gditate ⁊ spē.⁊ sic precedit īdiuiduum accidē
tium gratia gditatis.sed īquantum īdiuiduuꝫ non prece
dit.hoc non valet.qꝛ cōmentatoꝛ loqtur de īdiuiduo sub
stantie īquantuꝫ distiguitur a gditate ⁊ spē. qꝛ comparat
gditatem indiuidui substantie ad alia.qꝛ dicit.ꝙ indiui
duuꝫ subē ꝑus est īdiuiduo accidentium.manifestum est
per se.ergo hoc non declarauit Ar.sed tantuꝫ dubiũ fuit
de gditate ⁊ spē īdiuidui subē. vt patet īspicienti ꝯ^{tum}. ergo
non valet. ¶ Aliꝫ dicunt.ꝙ vna sit forma ascendendo ab *ꝯ ponē-*
indiuiduo vsqꝫ ad generali^{m} que dat esse foꝛtem ⁊ homi *tes vni-*
nem:⁊ esse animal:⁊ esse hoīem:⁊ esse aīatum ⁊c̄.Sed illa *cā for^{mam}*
esse dat per diuersos gradus perfectionales.sed de hoc di *ī ꝯposi-*
ctum est alibi.vbi disputatum fuit .vtruꝫ forma generis *to.*
esset realiter distincta a forma speciei. ideo pertrāseo ad
presens.tamen breuiter potest obuiari isti vie.qꝛ isti gra
dus perfectiōales:per quos vna forma dat esse soꝛ.hoīem
⁊ animal.⁊c̄.vel sunt aliqd vel nihil. nō potest dici ꝙ sint
nihil.qꝛ tunc forma ꝑ nihil daret esse soꝛ.⁊ hoīem. Si sūt
aliqd vel substantia vel accñs.per sufficientem diuisiōeꝫ.
si suba.vel sunt mā vel forma vel cōpositum.non possunt
esse materia.qꝛ forma non dat esse subale per māꝫ. nec cō
positum.qꝛ silr forma non dat esse ꝑ subam cōpositam. ğ
relinqtur ꝙ sint forme subales.⁊ sic plures sunt foꝛ^{e} vna:
imo sunt plures : q̄ꝫ nos petimus in vna re:qꝛ tot sunt foꝛ
me:quot sunt gradus ꝑfectionales ⁊ ꝑncipalis forma.Si
dicas ꝙ sint accñtia hoc non est poſe.qꝛ forma substātia
lis dat esse subale per accidens:cum esse foꝛtem:⁊ esse ho
minem sint esse subalia. ¶ Sꝫ aliꝫ dicūt ꝙ īdiuiduũ sub
stantie includat aliqđ formale positiuum.qđ est de gene
re subē:⁊ est dr̄ia īdiuidualis:per quā natura specifica cō
trahitur ad esse soꝛ.⁊ est de genere substātie:⁊ silr ītelliga
tur de oībus īdiuiduis subē.pꝛeter quā ī separatis a mate
ria.⁊ ista est via probabilis.lꝫ īcō sueta. Et ratio huius cō
clusionis est.qꝛ īdiuiduum subē vt soꝛ. īquantum soꝛ. dic̄
aliqd formale positiuum ⁊ reale.per qđ differt ab homi
ne īquantum homo.sicut ēt ꝭm rōnem ⁊ conceptus diffe
runt.qꝛ aliter eēnt ficte rōnes.quibus nihil correspondere
ret in re:vel ergo illud formale est accñs vel suba. non ꝑt
esse accñs.qꝛ ꝙ soꝛ.inquantum soꝛ.habeat esse accidēta
le.hoc est ridiculũ ⁊ īconueniens.ergo erit suba.nō potest
esse mā.nec compositum. vt ꝑus deductum est.ergo relin
quitur ꝙ sit forma subalis.ꝙ autem illud non sit mā.pꝫ.

qꝛ mā non dat esse:nec cōpositũ.qꝛ tunc cōposita suba da
ret esse.quod est ridiculum. ergo esset forma substantial:
per quā īdiuiduum substantie realr distiguitur ab indiui
duo eiusdem spēi.Et potest adduci predcā auctoritas cō
mentatoris.ꝙ gditas indiuidui substantie.⁊c̄.Et loqt̄ de
īdiuiduo:vt distiguitur a gditate.qꝛ dic̄ non distinguit de
illo ꝙ sit ꝑus.qꝛ manifestum est per se: sed tantum dubiũ
erat de quiditate īdiuidui.ergo hoc declarauit ī illo capi
tulo.vt patet:sed hoc non esset: qđ īdiuiduum substantie
precederet.⁊c̄.Si essꝫ idē cum accidente. qꝛ nihil ꝑcedit
illud quod est ipsũmet.

Notandũ ꝙ hic sunt dubia contra istam positioneꝫ.ꝑmo au
ctoritas Ar.z°.poste.vbi dicit.ꝙ sub eadeꝫ spē.⁊ loqtur đ *T.c.20.*
spē spālissima:multe sunt differentie.sed non ꝭm substan
tiam ⁊ per se.sed ꝭm accidens: sed ꝭm istam opionem sūt
multe differentie sub spē spālissima etiam ꝭm substantiā.
¶ Alia est auctoritas boetij sup porphyrium.ꝙ spēs ē to
ta substantia indiuiduorum. ergo substantia nihil addit
supra naturam specificam.qđ sit de genere substantie.qꝛ
tunc spēs non eēt tota substantia:sed ꝑs substātie. ¶ Itē
si īdiuidua substātie distinguerentur ꝑ differentias sub
tiales:tunc spēs non differret magis sub genere q̄ꝫ indiui
dua sub specie.sed hoc est falsum.qꝛ contrarium apparet
ad sensum.qꝛ soꝛ.⁊ plato minus differunt inter se:⁊ parti
culares cerui q̄ꝫ homo ⁊ asinus ⁊ leo īter se. qꝛ indiuidua
eiusdem speciei conueniunt ī figura.ergo etiam ī substan
tia.qꝛ sicut dicit cōmentatoꝛ primo đ anima. ꝙ membra *Cō.53.*
cerui non differunt a membris leonis. nisi qꝛ anima dif
fert ab anima:sed diuerse species differunt substantiali
ter ⁊ manifeste.qꝛ ī figura ⁊ aliꝫ que arguūt diuersitateꝫ
in substantia.consequentia patet. qꝛ sicut homo ⁊ asinus
⁊ alie forme differūt per diuersas formas substantiales:
sic īdiuidua eiusdem spēi differrent per formas substan
tiales. ¶ Item si hoc esset.tunc non posset conuinci ꝙ in
separatis a materia esset impossibilis multitudo indiui
duorum:sed hoc est contra Ar.⁊ cōmentatorem creden
tes se sufficienter conuicisse ꝙ non sit pꝑssibilis multitu
do īdiuiduorum ī separatis.ꝯsequentia patet.qꝛ multitu
do indiuiduorum conuincitur per accidentia. qꝛ debent
differre per accidens.sed ī talibus non sunt accñtia. ergo
per carentiam accñtium ꝯuincitur ꝙ īpossibilis sit mul
titudo īdiuiduoruꝫ ī abstractis a materia.Si ergo de ra
tione īdiuiduorum substantie non essent accidentia:nec
constituerentur ī esse per ea:tunc ī substantiꝫs separatꝫ ni
hil prohiberet esse plura īdiuidua sub vna specie. ¶ Iteꝫ
tu dicis.ꝙ soꝛ.est soꝛ.per principium formale qđ est de ge
nere substantie.tunc queritur. vtrum illud ꝑncipium est
anima:vel non aīa.per sufficientem diuisioneꝫ a contra
dictorijs.si non est aīa.tunc soꝛ. vt soꝛ.est non aīatum. qꝛ
forma alicuius que est non anima non dat esse aīatum. si
est aīa: vel est ītellectiua vel sensi^{ua}.vl' vege^{ua}.⁊c̄. nō sunt
plures anime.sed si est anima intellectiua:sic est hō: ⁊ nō
differt ab homine.Si est sensitiua.tunc per eam non po
test esse soꝛ.cum per eam sit animal,omne.similr non po
test esse vegetatiua.qꝛ per illam sunt vegetabilia. ¶ Itē
illud quod includit soꝛ. inquantum soꝛ. super naturam
specificam.vel est perfectius anima intellectiua vel im
perfectius. non potest eē perfectius anima intellectiua.
qꝛ anima intellectiua ē vltimũ in homine.⁊ finis ad quē
omnia alia ordinantur:ad que non potest pertingere. qꝛ
etiam est minimum ⁊ optimum.secundo de anima. Nec *T.c.34*
potest esse imperfectius. qꝛ quando aliquid presupponit *⁊.35.*
aliud illud presupponēs est dignius ⁊ nobilius presuppo
sito. vt homo presupponit animal. ergo est perfectioꝛ oī
animali.Dōꝫ est sicut ꝑus.ꝙ illud quod īcludit īdiuiduũ

subē sup naturam specificam est aliqd positiuum forma/ le de genere subē. ¶ Ad auctoritatem Ar.dicendum.ꝙ est itelligenda ꝙ sub vna spē non sunt plures dr̄ie ƒz sub/ stātiā specificam:sed bene sunt differentie plures ƒm sub stantiam idiuidualem:ꝛ ꝙ sic itelligat Ar.probo.qꝛ acci pit illam propōnem:vt manifestaz. sed dicto modo ē ma nifesta.s.ꝙ non sunt differētie plures ƒz subam specificā sub vna spē.qꝛ sic est nota.qꝛ aliter essent multe subē spe/ cifice sub vna spē.qḋ est falsuz manifeste.ꝛ sic Ar. vtitur ista propōne sine forti probatione. ꝛ per cōsequens nota. qꝛ pmus magister non vtitur aliquo ꝙ non sit notuz sine forti probatione.vnde dic̄ cōmentator ꝯ Alexā.ꝙ ipingit Ar.ꝙ visus fuerit quodam apparēti:ꝑ qḋ euasit faciliter aliqua. Dic̄ cōmentator.ꝛ pmus magister nūq̄ vtit̄ aliq̄ qḋ non est notum per se sine forti probatione. Alr potest dici.ꝙ sub vna spē.ꝛc̄. verum est ƒm subam diffinitam vl̄ diffinibilē.vnde sor.iquantum sor.ꝛ alia idiuidua sup na turam specificam nihil icludunt:qḋ sit suba diffinita:vel ponatur i diffōne aliorum. qꝛ singularium nō est diffō.7° h°. ¶ Et hoc idem pꝫ ad auctoritatem Boetij.ꝙ spēs est tota suba diffinita vel diffi^lis idiuiduorum.vt visum ē.

ꝯ^m p̊ de gnōne cō.38.

T.c.53.

Ad rōnes. Ad pmaz.si idiuiduū.ꝛc̄.negatur ꝯña. qꝛ i illis que subalr distinguuntur ē or do ꝛ gradus.qꝛ licet homo ꝛ asinus distiguantur substan/ tialiter.tamē minus differunt subalr q̄ homo ꝛ aqua. qꝛ spēs eiusdem generis sunt propingores in natura.qꝛ con/ ueniunt i genere propīquo:sed homo ꝛ aqua non conue/ niunt sic i genere propinquo.qꝛ magis differunt: sic est in proposito.licet homo ꝛ asinus differant substantialr:ꝛ in/ diuidua eiusdem spēi. tamen idiuidua eiusdez spēi min° differunt i suba q̄ diuerse spēs. ꝛ hoc pꝫ per accñtia qui/ bus conueniunt.ꝛ per que circūlogmur differentias sub/ stantiales.vt patet per cōmentatorem.8.h°. ꝛ sic indiui/ dua eiusdem spēi magis conueniunt i figura que arguūt minorē dr̄iam substantialem q̄ diuerse figure:que sunt i diuersis speciebus.q̄re non valet. ¶ Ad aliam. si indiui/ dua.ꝛc̄.consequentia negatur. imo licet sor. ꝛ plato diffe/ rant per differentias subales. ꝛ alia idiuidua eiusdē spe/ ciei:adhuc phi^ce loquēdo conuicitur ꝙ sit multitudo im/ possibilis idiuiduorum iseparatis:sed non conuincitur ꝑ accidentia.sed per aliam viā quā ponit Ar.ꝛ cōmētator qꝛ idiuidua eiusdem speciei sunt partes spēi.qꝛ dicuntur participare spēm:ꝛ species est participabilis.vt ergo spe/ cies ē participabilis per idiuidua ꝛ supposita multipli^tur est i idiuidua. sed i separatis species nō ē ꝑticipabilis.qꝛ non habet subiectuz qḋ participet eam propter hoc sepa/ rata vt multiplicantur per idiuidua. vnde defectus par/ ticipantis subi est causa.q̄re nō multiplicantur abstracta ꝛ accidentia:vt quantitas sig̃ta non est causa. ¶ Ad aliā. Illud formale.ꝛc̄. Dōm ꝙ in animatis est anima.qꝛ tur/ pe esset ꝙ sor.non haberet animam: per quam distiguere tur ab alijs animalibus ꝛ hoibus. ¶ Tu dicis.vel ē sensi tiua.ꝛc̄. Dicendum ƒm Ar. ꝛ cōmentatorem ꝙ ē cogita/ tiua aīa.ꝛ dic̄ ꝙ per illam.hō est hō.ꝛ non solum sor. Dōꝫ ꝙ hō.est hō ꝑ aīam cogitatiuam absolute.sed sor.est sor.ꝑ aīam cogitatiuā.ꝛ hanc.vnde Ar.ꝛ cōmētator volunt.ꝙ aīa itellectiua non sit forma subalis hoīs.ꝛ dans esse. sed tantuz ꝯiungitur hoī ꝑ opōnes.Et cōmentator dicit:aīaz cogitatiuam esse formā subalem:que dat esse hoī. Et ista solō est contra fidē ꝛ veritatē.vñ q tenent istam opionez i alijs idiuiduis ab hoīe pñt sic soluere ꝙ non esset ꝯ fidē: qꝛ glibet asinus particularis super formam specificā ad/ dit aliam formā subalez idiuidualē: cū ista forma sit ma terialis.ꝛ istud non posset dici de itellectu:cum sit forma imal̄ que non potest contrahi ꝑ plures formas itellectiua

T.c.5.

ꝯ^m 3° 6 aīa ꝯ.5.

les subaliter differentes. vnde si aliqs vellet soluere te/ nendo cum fide: ꝙ itellectus sit forma subalis hoīs. opꝫ eum dicere ꝙ indiuidua differrent per diuersas formas subales idiuiduales māles que precedunt itellectuz vt ꝑ diuersas animas vegetatiuas:q̄bus adueniret itellectus: ꝛ tunc gr̄a istarum diuersarum formarum itellectus mul tiplicaretur.ꝛ sic contrahitur natura specifica ad indiui/ duum per istas formas substantiales. non ꝙ intellectus differat subalr.sed forme precedentes itellectum que sūt materiales:de hoc debet inquiri. ¶ Ad aliam. Illa for/ ma vel est perfectior.ꝛc̄.Dicendum ꝙ anima cogitatiua particularis sor.ē nobilior q̄ anima cogitatiua cōmunis: ꝛ in hoc conuincit ratio.qꝛ in eodem genere semper illud est nobilius qḋ p̄supponit aliḋ. modo anima cogitatiua sor.presupponit animam cog^me in cōmuni.qꝛ est nobilior ea.Et tu dicis.ergo est nobilior homine.possꝫ concedi.nō tamen ex hoc sequit̄:ꝙ anima cogitatiua sit nobilior ani ma intellectiua:ꝛ intelligas de anima itellectiua que sit forma hoīs.sicut dictum est in precedenti solone. ¶ Isti tenentes istam opinionem habent soluere rationes in p̊n cipio questionis in oppositum factas.

Ad primā cum dr̄.nullum pertinens ad quidita tem.ꝛc̄.verum est qḋ pertinet ad qui/ ditatem specificam non est p̊n^m idiuidui. ¶ Et tu dicis. ꝙ forma pertinet ad quiditatem specificā. conceditur. forma spēi.imo etiaz ē tota quiditas speciei. vt visum est prius.ꝛ illa non est principium indiuidui : cuꝫ possit sepa rari per itellectum a principijs indiuiduantibus: sed for me idiuidui non pertinent ad quiditatem speciei.etiā nō potest itelligi sine principijs indiuiduantibus cum ipsa sit met p̊n^m idiuiduans. ¶ Ad aliam. Illa forma vel esꝫ eiusdē spēi.ꝛc̄.Dōm ꝙ oīno iste forme idiuiduales lꝫ dif ferant subalr.tñ pertinēt ad vnā spēm:ꝛ cōueniunt i vna natura specifica:sicut iferius conuenit cū superiori i spe/ cie: sic loquendo sunt eiusdem spēi.ꝛ tamē ista forma in/ diuidual̄ contrahit illam formam specificam : sicut infe/ rius cōtrahit superius : ꝛ nolo dicere ꝙ specifica forma ꝛ idiuidual̄ sint eiusdem spēi. sicut duo que continent̄ sub vno.sed sunt sicut superius ꝛ iferius : que non differūt in natura.licet sit vnum cōmune: aliud particulare. ¶ Ad aliam.si hoc esset:tunc celum esset compositum. nego cō/ sequentiam.vnde quando dr̄ ꝙ Ar.dic̄ celuz. ꝛ hoc celū. potest dici ꝙ Ar.accipit celum pro mūdo ꝛ orbe cor^li.ꝛ sic celum componitur ex materia ꝛ forma:vel potest dici ꝙ celum pro orbe celesti.ꝛ hoc celum differunt non ꝑ di/ uersas intellectiones acceptas a diuersis naturis i celo. qꝛ celum est subiectum simplex.ꝛ seipso idiuiduatur. sic̄ forme abstracte.sꝫ ista dr̄ia est ꝑ ꝯpōnē ad itellectū infe/ riorum. vt ēt dcm̄ est i alia opione.his duabus opionibus positis fidel̄ hoc iquirat meliorē.ꝛ soluat rōnes alterius opionis: que cā breuitatis obmisse sunt. Qō XVIII.

p̊ celi.t. cō.92.

¶ Quorum igitur talis est materia. ꝛc̄.

T.c.29.

Queritur circa idem capitulū circa dcā vba. Utrū ad gnōnem rei na/ tural̄: vt ignis vel alterius oporteat p̊existere aliquā p̄te for^e ignis : quā formā aliqui vocāt icboationē forme.aliq rōnem seminalem:que fac̄ ad hoc ꝙ res fiat. Et arguitur ꝙ sic. ꝛ hoc ex lr̄a Ar. dicentis.Quoruꝫ igitur talis est materia.vt lapides: im/ possibile est sic moueri nisi ab aliquo.ꝛ que quorum ma/ teria non est p̊n^m actiuum tantum fiunt ab arte. oportet igit̄ ꝙ i mā illor̄ q̄ fiunt a nā isit aliqḋ p̊n^m actiuuꝫ:qḋ sit aliq̄ ps forme:q̄ est q̄dam icboatio forme. ¶ Item si hoc non esset: tunc gnō nālis:vel esset motus violēt° vl̄ nihil

differret a generatione artificiali.ꝑ sequeret ꝙ eēt mot⁹ violent⁹. qꝛ si i generatiōe naturali non ꝑexisteret aliqđ ꝑncipium actiuum i materia: tunc esset a ꝑncipio extrinseco. ⁊ hoc est violentuꝫ: qꝛ violentum est a ꝑncipio extrinseco non conferente vim passo: vt dicitur 3° ethi. ¶ 2° sequeretur ꝙ generatio naturalꝭ nō differret ab artificiali. qꝛ dicit Ar. 2° phy. Si ars nauifactiua esset in lignis: tūc nauis fieret a natura: sicut nunc fit ab arte. ⁊ sic generatō naturalis non differt ab artificiali. nisi qꝛ naturalis generatio habet pricipium itrinsecum i materia: sed artificialis non. sed falsum est dicere ꝙ sit motus violentus. qꝛ distinguitur. etiaꝫ ꝙ sit generatio artificialis. qꝛ naturalis generatio distinguitur ab artificiali: sicut ars a natura. ğ antecedens est falsum. ꝙ non habeat aliquā parteꝫ forme precedentem. ¶ Item forma post generationem est i materia: aut ergo processit ab aliquo: aut ex nihilo. ꝑ diuisionem sufficientem. nō ex nihilo. qꝛ ex nihilo nihil fit. ergo ex aliquo. sed non ex materia. qꝛ materia essꝫ pars forme. quod est falsum. ergo ex aliquo qđ est in materia: qđ est pars forme. ¶ Item. qꝛ aliquis posset dicere. si naturalis ergo est a principio itrinseco actiuo: tunc agēs extrinsecum esset superfluum. ¶ Ad hoc respondetur. ꝙ sicut illud ꝑncipium itrinsecum non est forma completa: sꝫ quedam incohatio forme. ita etiam non est perfectuꝫ ꝑncipium actiuum. vt per se possit agere generationem: sed habet aliquid de virtute actiua: vt cooperetur exteriori agenti. qꝛ nisi aliquid conferret. tunc ergo naturalis esset motus violentus. vt visum est.

Ca. 3. — *T. c. 78. 79. ⁊ 86.*

Oppositum

arguit. Si aliqđ ꝑexisteret forme qđ esset ꝑncipium actiuum. itrinsecū: tūc for⁹ esset diuisibilis: ⁊ hr̄et partem ⁊ partem: qđ est contra cōmune dictum.

Dicendum

est ad qōneꝫ: ꝙ pars forme non preexistit in materia ante generationem tāqꝫ ꝑn^m actiuū cooperans ad hoc ꝙ res fiat. Et causa est. qꝛ pars preexistēs aut agit ad eductionem suiipsius de potētia materie: aut ad eductionem alterius partis. per sufficientem diuisionem. sed non potest dici ꝙ agat ad eductionem sui. qꝛ eēt implicare. probatio. qꝛ tūc educeretur. ⁊ oē qđ educit̄ est i po^a passiua: ⁊ B ēt educit. ⁊ sic illđ idē ē i po^a actiua. ⁊ sic illa ps erit i po^a actiua: ⁊ nō actiua. passiua ⁊ nō passiua. ⁊ actu ⁊ potentia. quod est implicare. Nec pōt dici ꝙ agat per eductionem alterius partis. qꝛ tunc tota forma non educeretur ⁊ generaretur: qđ est impossibile. cōsequētia probatur. qꝛ si pars forme agit ad eductionem alteri⁹ partis: vel ista pars est in materia: vel non. si est. tunc nō educitur. qꝛ illud quod est actu i materia non educitur. si aūt non est actu: sed i potētia. ita ꝙ educitur ad actum ꝑ aliā partem: quā vocant icohationem forme: sic vna pars forme actiue educit: ⁊ alia pars educitur. ⁊ sic tota forma nō educitur. ⁊ per ꝯsequens nec tota forma generat̄. ¶ Itē s̄m istos seqtur latitatio formarum. vnde ista opinio ꝑpiqua est opionibus ponentibus latitationem formarū. Sed positio ista est ipossibilis s̄m Ar. i multis locis. probatio huius. ꝙ sit ponere latitationem formarum. qꝛ idē est ponere ꝙ tota forma lateat: vl ꝙ pars lateat. vnde q̄ratur ab istis qui ponunt istam icohationem. vtrum ista forma s̄m suum esse icohatiuum sit i potentia actiua vel passiua. Si in potentia passiua. non cooperatur exteriori agenti. qꝛ omne qđ operatur aliquo modo operatur. passiuū autem vt passiuum nihil potest operari: Si auteꝫ est i potentia actiua. ergo est i actu. qꝛ nihil agit nisi s̄m ꝙ ē i actu. qꝛ semper extimabitur spēs mouens. vt dr̄ 3° phy. ⁊ sic aliqđ actuale forme latet i materia. qđ est ipossibile: qꝛ forma fieri est totum actum forme fieri. si ergo totus actus forme fit. ergo non fuit prius. ¶ Notandum tamē ꝙ forma est i materia ante generationem s̄m potentiaꝫ passiuam. qꝛ omne qđ fit possibile est fieri. Si auteꝫ possibile est fieri. ergo ꝑmo fuit i potentia. Et sic per hoc ꝙ forma actu non preexistit. sed tantum potentia. qꝛ in materia est aptitudo ⁊ potentia essentialis ad formā educendam. vnde quando Ar. dič i littera. ꝙ pars preexistit: nō debet itelligi pars rei fiende: nec icohatio eius. sed debet itelligi aliqua virtus actiua: que non fuit ipsa res fienda: sed per quam res fit: sicut quando homo debet generari: tunc v̄tus spermatis est i materia. ¶ Ad cuius itellectuꝫ notandum sicut dicit cōmentator. ꝙ motus localis aliqliter assimilatur motui ad formā. In motu aūt locali videmus ꝙ aliqua sunt que mouentur a ꝑn° extra. vt ignis a generante: vel a remouente prohibens. Aliqua mouentur a ꝑn° itrinseco: vt animata que diuiduntur in partem mouentem ⁊ motam. vt tangitur 8° phy. Silr̄ i motu est ad formam: quando forma substantialꝭ itroducitur: tunc qđ est itrisecuꝫ agens qđ coniungitur materie ⁊ disponit eam: vt i viuentibus v̄tus formatiua spermatis est i semine: non ꝙ sperma abscisum a generāte igrediatur substātiam geniti. sicut vult cōmētator nono huius. Similiter est i motu augmentatiōis. qꝛ potentia augmentatiua mouens itrinseca est i moto s̄m augmentuꝫ. sic etiam est i motu alterationis: sicut aliqua vis naturalꝭ est i corde vel in alio membro: que potest vocari virtus sanatiua: per quā educitur sanitas i parte aliqua ifirma. Et aliq addunt ꝙ Ar. loquitur hic de tali materia habente i se ꝑn^m actiuū. ⁊ non loqtur in rebus inanimatis. qđ patet ex hoc. qꝛ cōparat materiaꝫ ignis materie domus i hoc ꝙ vtraqꝫ mouetur ad formam a pricipio extrinseco: ⁊ sic loqtur magis de viuentibus. vtrum quando ignis generatur i materia sit aliqđ actiuum itrinsecum ad formam ignis: qđ non sit pars forme fiende. sicut se habet sperma i viuētibus. Ex hoc patet quid sit dicendum ad Ar.

T. c. 30. — *Com. 3.*

Ad rationes.

Ad ꝑmam. Si B non esset. ⁊c. consequentia negatur. qꝛ ad hoc ꝙ generatio vniuersalꝭ distiguatur a moto violento sufficit ꝙ sit ꝑn^m itrisecum actiuum vel passiuum. qđ tamen hꝫ poni vlr ad formaꝫ ⁊ ad iclinationem naturalem: vt dič cōmentator septio phy. vnde i motu violento: nec est ꝑncipium actiuum: nec passiuū: qđ tamē hꝫ po^am nālem ad formam ⁊ iclinatiōem nālem ad formā. quare rō nō ꝯ^{lt}. Similiter gnō naturalꝭ differt ab artificiali. qꝛ dr̄ia est inter mām nālium: ⁊ māꝫ artificialiū. qꝛ mā nālium hꝫ po^am ⁊ aptitudinē nālē ad formā: que pōt educi ad actū ꝑ agens nāle. qꝛ po^a nālꝭ non est māꝫ artificialiū. ¶ Ad auctoritatem ar. 2° phy. dōm ꝙ ar. non vř dicere ꝙ semꝑ ꝑn^m actiuum sit itrisecum i re: qđ sit ideꝫ numero cū re fienda. sꝫ vult dicere ꝙ i motu nāli est aliquod itrisecum ꝑn^m: siue hoc sit actiuū: siue māle: qđ hꝫ nālē po^am ad formā: qđ nō est i arti^{bus}. vnde si i ligno esset po^a naturalꝭ ad formā domus. tūc domus fieret a natura. ¶ Ad aliaꝫ. que fuit 3^a obiectionis. Dōꝫ ꝙ ibi non est forma diminuta: nec etiā perfecta. ⁊ ēt non cooperatur agenti extriseco: cum nō sit actu i mā. vt visuꝫ est. ¶ Ad aliaꝫ. forma post generationem est i mā: aut ergo processit ex aliquo. ⁊c. Dicendū ꝙ processit ex aliquo tāqꝫ ex parte. vt materia. tunc tantuꝫ habet veritatem maior de illis que generātur seorsuꝫ et diuisiꝫ. sicut est compositū qđ generatur ex materia tāqꝫ ex parte sui: sed non habet veritatem de forma: qꝛ materia nō est pars forme: vñ forma neqꝫ oino ex nihilo gnātur: neqꝫ ex mā tāqꝫ ex pte sui. vñ diuisio ē sufficiēs de illis q̄ nō generant̄ diuisiꝫ ⁊ seorsuꝫ. sꝫ in alio. vnde forma substantialis gnātur in materia q̄ hꝫ po^am ⁊ aptitudineꝫ

T. c. 17. — *Cō. 10.* — *T. c. 78. 79. ⁊ 86.*

nālē ad illā formā: ⁊ hoc sufficit: vt for⁹ generetur ex mā in materia que habet potentiam naturalem ad formam introducendā ꝑ agens nāle disponēs māz. Qō. XIX.

T. c. 31.

COnsequēter pōt queri. vtruz motus sit generatiuus caloris. sed hoc habet locum. primo metaphy. ⁊ 2° celi. ideo pretermittatur ⁊ queratur circa illā ptez: que neqz vero a casu: ⁊ cōmētator in illa parte facit disgressionem ⁊ incipit. Et in hoc qō dixit multe sūt qōnes difficiles. vtrū ꝑ generationē inferiorum sit necesse ponere substātias abstractas ⁊ separatas. Et arguīt p°: ꝙ sic. Si non esset ponere subas separatas: tunc vnūqōqz non generaretur a sibi simili: sed hoc est falsuz. ex littera. qz vnūqōqz fit a conuenienti sibi. ꝯsequentia patet. qz illa que fiunt ex putrefactione non fiunt ab aliquo indiuiduo sibi simili. ergo oportet ponere substātias separatas (similes inferioribus.

T. c. 31. ⁊ 22.

plicari in plura.

Hoc viso dōm est ad qōnem: ꝙ vl̓e pro ꝑma ꝛ se-
cunda itentiōe est realr̄ separatū a singularibus.Et cau-
sa est. Illud qd est i itellectu subiectiue est separatū rea-
liter a singularibus in esse:qꝛ sicut intellectus est separa
tus a singularibus ꝺm esse simpliciter ꝺm Cōmentatorē
ꝛ Aristo.sic accidētia:que sunt in itellectu sunt separata T.3.4.
a singularibus ꝺm esse:sed vl̓e ꝓ itentione ꝑma ꝛ secun- ꝛ.5.
da est in intellectu subiectiue: qꝛ ꝑma ꝛ secunda itentio:
que sunt modi intelligendi rem ꝺm moduʒ essendi com
munem vel propriū vel qiditateʒ generalem ꝛ specifi-
cam.vt dcm̄ est ꝑus secundū duas opiones:quocūqꝫ mo
do dicat̄ sunt in intellectu subiectiue: qꝛ sunt separata a
singularibus extra animā.Et de istis vniuersalibus pro
intentiōe ꝑma ꝛ secūda videt̄ esse intelligenda auctori-
tas Cōmētatoris.12.huiᵒ. vbi dicit. Qꝛ vniuersalia apud Cōm.4.
Aristo.sunt collecta ab intellectu a singularibᵒ. qui con
siderat silitudinē inter ea:ꝛ facit ea vnā intentionē: ꝛ vi
detur in hac auctoritate tangere triplicē causam taliuʒ
vniuersaliū cū dicit:ꝙ sunt collecta a singularibus tan-
git agentem dispōnem : quia sunt a rebus istis vt agen-
tibus dispoꝫ preparātibus ad ea.Sed sunt ab itellectu
possibili qui cōsiderat similitudinē ꝛc̄. quia recipit ea ꝛ
sunt tanq̄ꝫ a causa susceptiua ꝛ receptiua:sed sunt ab itel
lectu agēte tanq̄ꝫ ab agente perficiēte qui facit ea vnaʒ

intentionem in actu:que prius fuerit in potẽtia:que inten tio representat plura: ⁊ sic iste tres cause:due agentes et vna receptiua tangunt in predicta auctoritate. ¶ Secun do dicendũ: q̄ vniuersale pro re obiecta que denominat ab intentõe. vt homo est spẽs. non est separata a singula ribus sensibilibus ⁊ corporibus ſm esse extra animã. ¶ Et rõ secunde cõclusionis est. illud qd̄ predicat in quid ⁊ in re cto de singularibus est cõiunctum eis secundũ esse: ⁊ nõ est realiter separatũ ab eis: sed vniuersale pro re obiecta est huiusmodi: q̄ predicat in quid ⁊ in recto. vt quid est sort. ho mo. vel quid est plato. animal ⁊c̃. ¶ Per hoc etiam dif fert genus a materia: q̄ materia nõ predicat in recto et in quid de materiato: sȝ genus predicat in qd̄ ⁊ in recto. vt dicit Cõmentator. 8. huius. ¶ Item si quiditas rerũ esset separata a rebus naturalibus: tũc de rebus natura libus nõ esset sciẽtia: sed hoc est falsum: q̄ de eis est sciẽ tia naturalis. ꝯñtia pȝ: q̄ nihil scitur nisi per quiditatez suam: tunc ex alia parte nihil põt sciri per illud qd̄ est se paratum ab eis. ergo si quiditas ⁊ q̄ quid est essent sepa rata a rebus: nõ scirẽtur per ea: ⁊ per cõsequẽs. nullo mo do esset sciẽtia de rebus. ¶ Itẽ vnũquodq̄ nõ est aliud a sua substãtia: nec separatũ: sed qd̄ quid est: est substãtia illius cuius est. ergo nõ est separatũ ab eo cuius est. ¶ No tandum q̄ lȝ vniuersalia talia non sint separata a singu gularibus inferioribus secundũ esse: tamẽ inferiora ad dunt differẽtias positiuas ⁊ reales cõtrahentes superio ra ad talia inferiora determinata: q̄ species addunt su pra genera differẽtias specificas: ⁊ indiuidua addunt super species differentias indiuiduales substantiales. vt visum est prius ſm vnã opinionem. Et propter istam additionẽ in feriorum ad superiora: q̄ includunt superiora. Ideo intel lectus separat ista ⁊ accipit superiora sine inferioribus: qd̄ non esset nisi adderent aliqd̄ reale positiuũ diuersuȝ a forma superioris.

Cõm. 6.

Et tunc ad rationes.

Illa que sunt eterna ⁊c̃. Concedit. que sunt eterna omnino in ydẽtitate numera li. Tu dicis: q̄ vniuersalia ⁊c̃. Dicẽdũ accn̄o ista nõ sunt eterna in ydentitate numerali vt homo ⁊ aial: q̄ corrũ puntur ſm partes ⁊ nõ semper manent in ydentitate nu merali: sed tñ in idẽtitate generali vel specifica: ⁊ habet successionẽ indiuiduorum. ⁊ ideo bene possunt cõiungi sin gularibus in esse. ¶ Ad aliaȝ. Illud de quo est sciẽtia ⁊c̃. Dicẽdũ q̄ verũ est si est separatũ ſm naturã rei ⁊ secun dum essentiã ⁊ rõnez: sed nõ opȝ esse separatuȝ ſm subsi stentiam: sȝ sufficit q̄ sint separata ſm essentiã ⁊ naturã rei: ⁊ sic itellectus ꝯsiderat ea sine singularibus: que ad dunt super ea aliqd̄. ¶ Ad aliam. Illa quorum vnum est ppinquũ sensui ⁊c̃. Concedit. non sunt cõiuncta essentia liter q̄ sint idem oĩno ⁊ vnuȝ ⁊ nihil addat super aliud. vñ possunt esse ideȝ ſm subsistentiã ⁊ in supposito: tamẽ ſm essentiaȝ nõ: quia vnum addit super aliud. vt sor. in quantũ sor. super naturã specificã addit eẽ sensibile: gra tia cuius est ppinquus sensui. vnde indiuidua habent qua litates sensibiles: que nõ includunt in spẽ: ⁊ propter hoc vniuersalia sunt remotiora sensui ⁊ singularia ppinquio ra: q̄ sunt separata ſm naturam rei: tamẽ possunt esse in vno supposito ⁊ materia. vt dcm̄ est. ¶ Ad aliaȝ. In qui bus latent equiuocatiões ⁊c̃. verũ est nõ sunt coniuncta omnimoda ydẽtitate: sed bñ possunt esse coniuncta sub sistenter. Dicis q̄ in vniuersalibus ⁊c̃. Dicendũ q̄ veruȝ est ⁊ maxime in generibus: q̄ genus importat vnam ra tionez in speciebus: ⁊ ppter vnitatẽ forme in qua conueniũt spẽs putat q̄ spẽs non sint diuerse: ⁊ sic latent multa in gnẽ. vñ bñ probat ratio q̄ vlĩa ⁊ singularia nõ sunt con iuncta totaliter: q̄ sunt separata ſm eẽntiã: sȝ tamẽ sunt coniuncta ſm subsistentiam. ¶ Ad aliam. sicut se hȝ in tellectus ⁊c̃. Dicẽduȝ q̄ est simile in hoc: q̄ sicut intelle ctus nõ est determinatus ad determinatũ genus cogno scibiliũ: sȝ sensus est determinatus. vt visus ad colorem auditus ad sonũ: sic vl'e nõ est determinatuȝ ad aliquod singulare. vt homo nõ est determinatus ad sortẽ vel pla tonẽ: sed singulare determinatuȝ est in re: ⁊ sic est simile inter intellcm̄ respectu sensus: ⁊ vniuersale respectu sin gularis. Sed in alio est dissimile: q̄ vl'e est quiditas sin gularis vel est de essentia singularis: sed est in alio dissi mile: q̄ vniuersale est quiditas singularis vel est de eẽn tia eius: sed intellectus nõ est de essentia ⁊ quiditate sen sus. ¶ Ad aliam. si vniuersalia ⁊c̃. Dõm q̄ si spẽs capit pro re subta: tunc tot sunt spẽs numeraliter diuersifica te quot sunt indiuidua: q̄ quãdo dr̄. sor. est homo. homo im portat quiditatẽ in sorte distinctã a quiditate que est in platõe: q̄ sicut sort. ⁊ plato sunt alius ⁊ alius numero: sic homo qui pdicat de his est alius ⁊ alius numero diuer sitate numerali: q̄ tot sunt spẽs diuersificate numerali ter quot indiuidua: sed non sunt tot species diuersificate specifi ce. similr̃ intelligat de genere: q̄ tot sunt genera diuersi ficata specifice quot sunt spẽs: q̄ homo est animal ⁊ asi nus est anial: ⁊ sicut ista differunt spẽ: sic sunt diuersa ge nera specifice. vnde genera nõ sunt tot generaliter quot sunt spẽs: sed bñ tot sunt specifice: ⁊ ita itelligat de aliis hic si capit spẽs ⁊ vl'e pro itentione nõ multiplicat: q̄ vna intentio spẽi representat omnia indiuidua. similr̃ vna iten tio generis representat omnes spẽs: ⁊ ita intelligatur de aliis. Et hec de qõne.

Qō. XXV.

Consequenter

querit circa eandẽ partem. Utruȝ res sit per se vl'is circũscripta oĩ operatione itel lectus: sed ista questio magis hȝ locum in li bro de anĩa. ideo pretermittat: ⁊ querat. vtruȝ vl'e sit substantia vel accidẽs. ¶ Arguit q̄ sit substãtia. Obiectũ intellectus est qd̄ quid est substãtie vt accipit 3° de anĩa: ⁊. 7. huius: sed vniuersale est ppinquum obie ctum intellectus vt cõmuniter dicitur. ergo ⁊c̃. ¶ Iteȝ omnis substãtia vel est prima vel secũda: vt dicit in predi camentis: sed genera ⁊ species sunt secunde substantie ⁊ sunt vniuersalia. vt pȝ ibideȝ. ¶ Item solius substantie est diffinitio. vt dicit in isto. 7. sed vniuersalis est diffi nitio: quia singularium non est diffinitio: nec scientia. vt pȝ. 7. huius. ⁊ primo.

Super t.c.44. ⁊.45.
T.c.21.
T.c.12.
T.c.14. ⁊.17.
T.cõ.53
T.c.27

Oppositum

arguitur. auctoritate in illo caplo. Quoniã de substãtia perscrutatio est. vbi pbat q̄ vniuersalia nõ sint sube loquẽs ꝯtra pla tonez. ⁊ posset argui ratione. Omne quale q̄ est alia res ab eo: cuius qualitatẽ dicit: est quale accidẽtale: sed vni uersale dicit quale quid: ⁊ est aliud ab iferioribus. ergo dicit quale accidentale.

t.c.44. vsq̄ i fi.

Notandum

q̄ opio platõis fuit q̄ vlĩa realiter essent separata a singularibus sensi bilibus: sicut visuȝ est in pcedenti qõne. modo ꝯtra hoc loquit Aristo. in littera. Q̄ dicit q̄ si vniuersalia essent vt plato posuit: tunc nõ essent sube: q̄ tamẽ plato voluit; vnde Aristo. arguit ꝯtra hoc multis rõnibus: q̄ substã tia nõ dicit de subiecto: ⁊ hoc debet intelligi de subiecto a quo differat: q̄ bñ secũda suba pdicat de subiecto. i. de inferiori de cuius essentia est: sed vniuersale vt plato po suit predicat de subiecto. i. de indiuiduo: ⁊ tamẽ differt ab eis. ergo erit accidẽs. ¶ Itẽ si vl'e vt plato posuit eẽt substãtia: tũc vna substãtia numero erit substãtia diuer sorum in numero: qd̄ est falsuȝ. cõsequẽtia pȝ: q̄ suba sort. vt anial: qd̄ est vnum numero vt ydea: que est substãtia

T.c.45
T.c.46

hominis: ⁊ inhereret sorti: ⁊ homo ⁊ sortes etiã sunt diuerse substantie numero: quia homo per se existit cum sit ydea: ⁊ sit animal: qđ est vnũ numero: erit substantia hominis ⁊ sortis que differunt numero. ¶ Item si vniuersale separatuʒ sit substãtia: tunc erit 3ᵘˢ homo distinctus: sed hoc est falsuʒ: ꝙ sit 3ᵘˢ homo pter hominẽ cõmunẽ ⁊ singularẽ. consequẽtia pʒ. si enim esset separatus homo preter hominẽ cõmunẽ ⁊ singulareʒ esset 3ᵘˢ homo: quia homo separatus ⁊ singularis sunt eiusdem speciei. ergo oporteret vnum hominẽ dare in quo isti conuenirẽt nomine ⁊ ratione: ⁊ sic esset tertius homo. Sed Cõmentator legit: ꝙ contingeret dare 3ᵐ hominẽ congregatuʒ ex homine ydeali ⁊ sensibili: qđ habet pro inconuenienti.

T.c.48 — Cõ.48.

¶ Item si vere vniuersale esset substantia vt plato posuit: tũc vnum in actu componeref ex duobus entibus in actu: quod est falsum: quia actus separat ⁊ distinguit. consequẽtia patet: quia qua ratione homo separatus est actu ex quo componitur sort. cuʒ animali: eadem ratõe ⁊ animal est separatuʒ actu: et simil'r rationale actu sunt separata ex quibus est homo. ⁊ sic Aristo. arguit contra platonem. Sed loquẽdo de vniuersali secundũ Aristo. tunc posset dici ad questionẽ: ꝙ capiẽdo vniuersale pro prima ⁊ secunda intentione ꝙ nõ est substantia: sed capiendo pro re subiecta: que denominatur ab intentiõe: tunc per se non est substantia tñ: sed potest esse suba vel accidens. ¶ Ratio pme conclusionis est. Illud qđ causatur ab opere nostri intellectus nõ est substantia: quia omnes forme artiᶜⁱᵃˡᵉˢ sunt accidẽtia. vt vult Cõmẽtator. secũdo physicoꝝ: sed vniuersale p intentõe vel pma vel secunda causanf ab opere nr̃i intellectus. vt vult Commentator pmo de anima: quia dicit ꝙ intellectus facit vniuersalitatem in rebus: ⁊ loquif de vniuersali pro intentione. Et idem vult Cõmentator. iz. huius. vniuersalia apud Aristo. sunt collecta ab intellectu: ⁊ est prius tacta auctoritas. ¶ Itẽ illud qđ aduenit enti in actu perfecto est accidens: ⁊ hoc pʒ ex diffinitione accidẽtis: sed vniuersale pro intẽtione est hm̃: quia aduenit enti secundum ꝙ est in intellectu. modo res in intellectu est actu: quia nihil mouet intellectum: nisi qđ est actu: sicut etiaʒ qđ mouet sensuʒ est actu. ¶ Ratio secũde cõclusionis. si vniuersale p re subiecta esset substãtia: tũc omne vniuersale esset substantia: sed hoc est falsum: quia quantitas ⁊ qualitas sunt vniuersalia pro re subiecta: ⁊ tamen non sunt sube consequẽtia patet: quia per se supponit de omni. vnde vniuersale pro re subiecta nõ est substantia tñ: nec accidẽs tñ: sʒ potest esse vtrũqʒ: quia vtrũqʒ accidit sibi. ¶ Ex hoc etiã pʒ ꝙ vle p aggregato ex itentiõe ⁊ re participat nãm vtriusqʒ partis.

T.c.49 — Cõm.iz — Cõm.8.

Per hoc patet solutio ad rationes in oppositum: quia pme probãt ꝙ vniuersale fm Arist. p re subiecta potest esse substantia. vñ qđ quid est substantie nõ solum est obiectũ intellectus: sed ens cõmuniter accepuʒ etiã extendit se ad accidẽs. Similiter cum dicif in secunda ratione: ꝙ genera ⁊ species sunt secunde substantie. hoc debet intelligi de genere ⁊ specie in predicamento sube: sed genera ⁊ species in predicamẽto accidẽtis non sunt substantie. vnde esse genera ⁊ species est in plusqʒ esse subam. Similiter cum dicitur in tertia rõne: ꝙ vniuersalis est diffinitio. si est vniuersale in pdicamẽto sube: tũc eius est diffinitio simpliciter: sed si est vniuersale in pdicamento accidẽtiuʒ: tũc eius diffinitio est per additamentũ. ¶ Rationes in oppositum probãt: ꝙ vniuersale vt plato posuit nõ sit substantia: vel etiam pro intẽtione. vt visuʒ est in positiõe. Et hec de questione. Qõ. XXVI.

¶ Quoniam vero substantia altera est ⁊c.

Super T.c.53.

Queritur circa hãc partẽ. Utrũ singᵘˡᵃʳᵉ proprie sit diffiᵒ. ¶ Arguif pmo ꝙ sic. diffiᵒ est rõ indicans essentiã: sʒ sola singularia habẽt eẽntiã. ergo sola singᵃ diffiniunf. ¶ Itẽ solius sube est diffiᵒ. 7. huius. sʒ vniuersale fm ꝙ vniuersale est accidẽs. ergo vniuersalium nõ est diffinitio. ⁊ sic tñ singulariũ est diffinitio. ¶ Iteʒ diffiᵒ aut erit vniuersalis fm ꝙ vniuersale: aut secunduʒ ꝙ singulare: aut singularis secundũ ꝙ vniuersale: aut singularis fm ꝙ singulare: hec est mãifesta per sufficientẽ diuisioneʒ: sed non est vniuersalis fm ꝙ vniuersale: nec singularis fm ꝙ vniuersale: qꝛ illud eẽ vniuersale est accidens. ergo relinquif ꝙ diffiᵒ est vniuersalis fm ꝙ singulare: ⁊ vtroqʒ mõ erit singularis. ¶ Iteʒ singulari debef aliqua cognitio: ⁊ hec est manifesta: tũc arguif: vel ergo debef sibi cognitio sensitiua vel intellectiua: ⁊ h est manifesta per diuisionẽ sufficientẽ: sed non debef sibi cognitio sensitiua: qꝛ illa est qualitatũ sensibiliũ. ergo itellectiua. ğ debef sibi cognitio per diffinitõeʒ vel per demonstrationẽ: sed nõ per demonstrationeʒ: qꝛ illa est complexi vt passionũ de subto. ğ relinqtur ꝙ singularibus debef cognitio per diffõnẽ.

T.c.14 ⁊.17.

Oppositũ vult Aristo. in pdicta lrã. vbi vult ꝙ singᵘˡᵃʳᵉ nec sit diffiᵒ nec demõstratio. ⁊ hoc idem vult pmo huius. Et hoc idem vult Cõmẽtator: ⁊ possʒ argui rõne. diffiᵒ proprie est eius ꝙ cadit sub arte cũ diffiᵒ sit meᵈⁱᵘᵐ demonstrationis: sed singularia nõ cadũt sub arte: cuʒ sint ifinita: ⁊ ifinita relinquẽda sunt ab arte. vt dicit Porphyᵘˢ. auctẽ platonis.

T.c.53. — T.c.27 — ca.ᵒ ďspẽ

Dicendum est ad questionẽ: ꝙ singularium nõ est diffinitio: ⁊ hoc probat Arist. in littera. Illud quod est generabile ⁊ corruptibile nõ diffinitur per se ⁊ pprie: qꝛ diffiᵒ est mediũ demonstratõis. modo nec diffiᵒ nec demonstratio est corruptibiliuʒ: qꝛ huiꝰ corruptibilia non possunt esse manifesta habentibus scientiã: cuʒ absuerint a sensu: ⁊ tamẽ speciebus manentibus in aĩa: vt dicit Cõmẽtator: ꝙ particularia nõ sciuntur: nisi dum sunt in sensu: ⁊ cum recedunt a sensu possunt corrumpi: ⁊ tunc non remanebit cognitio eoruʒ apud sentientes: sed tñ remanebit estimatio. vnde cum recedant a sensu remanebit species in anima: sed tamẽ nõ est certum ipsa esse: sed singularia sunt hm̃: qꝛ singularia saltem sensu tactus sunt corruptibilia ⁊ generabilia: quia sunt cõposita ex materia ⁊ forma. ergo singulariuʒ sensibilium non est per se diffinitio. Unde Aristo. addit correlarie: pp̃ter qđ opʒ eoꝝ qui student ad terminuʒ. i. studentium ad terminũ ⁊ diffinitionẽ: nõ opʒ ignorare: quia semper est auferre singulare. i. ꝙ ipsum corrumpitur: ⁊ nõ manet adhuc spẽbus eius existentibus in materia: ⁊ addit Cõmentator aliam rationẽ. Si diffinitio eẽt particulariũ sensibiliuʒ necesse esset vt particulare esset permanens: sed hoc est falsum: cuʒ sit corruptibile. cõsequentia pʒ: qꝛ diffinitio est permanentiũ. Et addit Commentator: ꝙ impossibilie est ꝙ particulare fm ꝙ particulare diffiniatur: immo etiam si esset eternum impossibile esset diffiniri. ¶ Item alia ratio Aristot. si singularia diffiniunf hoc esset per vnuʒ nomẽ vel plura. per sufficientem diuisionem: sed hoc nõ potest fieri per vnum nomen: quia dicit Aristo. ꝙ aliquis diffiniens ponendo vnũ nomen nõ facit notum. Et dicit Cõmentator: ꝙ necesse est vt diffinitiões cõponantur ex pluribus nominibus: quia etiã dif. 6. thopico. ꝙ diffinitio nõ egcola. i. nõ datur per vnuʒ nomẽ. ğ relinqtur: ꝙ diffinitio detur per

T.c.53. — Cõm.53 — T.c.54 — Cõ.54 — Capi.pᵒ

plura nomina. ¶ Ex hoc tūc vlterius. Si singularia dif finirētur per plura nomina: vel ista essent cōmunia vel propria: ⁊ hoc pꝫ per conuenientē diuisionē: sed si esset per nomina cōmunia: tunc diffiᵒ non esset conuertibilis cum diffinito: qꝛ in alijs competeret vt si sort. diffiniret per anial rōnale. sed si per propria nomia illa essent sino nima: ⁊ illa nō ponuntur in diffinitione: quia non notifi cant: vt si Cicero diffiniret per Marcū ⁊ Tulliū. Et per hoc vult Aristo. habere: ꝙ ydea nō diffinit cum esset sin gularis. Et si aliquis diceret. singulare incorˡᵉ bene diffi nitur ⁊ sic est ydea. Dicendum secundū positionē plato nis: ꝙ ydea necessario est corruptibilis: qꝛ plato posuit ydeam esse eiusdem spēi cū indiuiᵒ modo quando sunt eiusdem speciei. si vnū est corruptibile ⁊ reliquū: sed in diuiduum est corruptibile. ergo ⁊ ydea. Unde etiam po

T. cō. 55

stea dicit Arist. ꝙ lꝫ ydea sit eterna adhuc nō diffinitur: quia nō solū singulare non diffinit: ex hoc ꝙ est corˡᵉ: sed etiam ex hoc ꝙ est singulare. vt etiam declarat de sole ⁊ astris: que sunt incorruptibilia: ⁊ tamē nō diffiniuntur: qꝛ si diffinirentur: vel per illa diffinirētur: que pertinēt ad speciem vel per illa: que superaddunt: nō per illa: que pertinent ad speciem: quia tunc diffinitio nō esset cōuer tibilis cuꝫ diffinito: quia si fieret alter sol: ei competeret etiam diffiᵒ solis: nec per illa que superadduntur nature specifice: quia illa sunt accidentia que non ponuntur in diffinitione substantie.

Et tunc ad rōnes. ¶ Ad pmā diffō est ratio ⁊c. Cōcedit. Tu dicis: ꝙ sola singlaᵃ ⁊c. Dicendū ꝙ ista propositio. sola singularia habent essen tiā. potest capi dupliciter. vno modo ꝙ ista dictio exclu siua sola. excludat illa que sunt separata realiter a singu laribus: ⁊ sic est vera: ꝙ nihil habet essentiam: nisi singu lare: vel qđ est in singularibꝰ secūdū esse. Alio modo po test capi ꝙ ista dictio exclusiua sola excludat illa q̄ sunt abstracta secunduꝫ intellectum a singularibus: ⁊ sic est falsa: qꝛ non solum singularia habent essentiam: sed etiā vniuersalia que habent esse in singularibus: ⁊ illa etiam diffiniuntur. vnde diffinitiones vniuersaliuꝫ dantur se cundum ꝙ sunt in singularibus non abstracta ab eis se cundum esse vt voluit plato. ¶ Ad aliam. solius substā tie ⁊c. Concedit. de diffinitione simpliciter dicta. Et tu dicis: vniuersale secundū ꝙ vniuersale est accidēs. Con ceditur. quantū ad intentionem qua denominatur vni uersale: sed tamē quantum ad rem subiectaꝫ vniuersale est in pdicamento substātie: vel vniuersale substātie est in pdicamento substantie: ⁊ sic diffinit nō quantū ad in tentionē: sed quantū ad pncipia explicantia quiditatē ⁊ essentiaꝫ rei. ¶ Ad aliam. diffiᵒ est rei vniuersalis. Di cendū ꝙ nullus istoꝝ modoꝝ: qꝛ omnes isti modi redu plicant accidēs. vnde ista diuisio est insufficiens: sed dif finitio est rei vniuersalis secunduꝫ ꝙ includit principia essentialia que exprimunt essentiā: ⁊ ita rei vniuersalis .i. substantie: que stat sub intentiōe ſm ꝙ habet pncipia essentialia est diffiᵒ ¶ Ad aliam. singulari debet aliqua cognitio. Cōcedit. Tu dicis: vel ergo itellectiua vel sen sitiua. Dicendū ꝙ singulare nō itelligit per se ⁊ proprie. sed linea reflexa: qꝛ vniuersale sic intelligit per se ⁊ dire cte: qꝛ itellectus est vniuersaliū: sensus singulariū: ⁊ itel lectus itelligit singulare: inquantū reflectit se super fan tasma. vnde singulare per se cognoscit a sensu. Et tu di cis: ꝙ sensus est qualitatū sensibiliuꝫ. verum est sensus exteriores: sed tamen singulare cognoscit ab aliqua vir tute sensitiua iteriori vt a cogitatiua trā: quā Cōmenta tor vocat particularē itellcm: que elicit nō sensatas iten tiones a sensatis: ⁊ apprehendit intentiones indiuiduo rum cuiuslibet pdicamēti. vt dicit Cōmētator. 2ᵒ de ani ma. ⁊ sic bene singulare cognoscit a sensu: ⁊ supponit ad psens ꝙ vtus sensitiua aliquam cognoscat subam: ⁊ hoc habet videri. 2ᵒ de ania.

Cōm. 63

Qō. XXVII.

T. c. 59.

¶ Quod aūt oportet dicere quale qd suba ⁊c.

Queritur circa hoc capłm. Utruꝫ que stio ꝓp qd habeat locū circa subam querēdo ꝓpter qd est homo. ¶ Argui tur pmo ꝙ sic. Qō ꝓpter qd querit de causa: sed omnis suba citra pmaꝫ hꝫ cām. maior est

Cap. p.

nota. 2ᵒ posterio. questio propter qd querit de causa. mi nor de se pꝫ: qꝛ homis est altera causa: ⁊ sic de alijs ꝓpter qd est asinus ⁊c. ¶ Itē illud qđ est scibile est quesibile. ex 2ᵒ posterio. vbi dicitur. questiōes sunt equales nume ro his que vere scimus: sed homo est scibilis: qꝛ homo ⁊ omnia subiecta citra pmum est scibilis: cū habeat cau sam: ⁊ scire est rei causam cognoscere. pmo posteriorum.

T. cō. 5.

¶ Item. questio quid est: ⁊ ꝓpter quid est sunt idem et coincidunt. vt vult Aristo. 2ᵒ posterio. sed de substantia ꝯⁱᵗ querere quid est. vt quid est homo. g̊ etiaꝫ ꝯⁱᵗ querere propter quid est homo.

Oppositum vult Aristo. in littera. d. ꝙ questio ꝓpter qd non habet locum in tali bus cum querit ꝓpter quid est homo: vel propter quid musicum est musicum.

T. c. 59.

Dicendum est ad qōnē: ꝙ questio propter quid nō hꝫ locū in talibus questionibus. vbi idem querit de eodē. sicut ꝓpter quid homo est ho mo. Et ratio est. Questio ꝓpter quid querit causam de monstrabilis: cū querat causaꝫ inherentie passionis de subiecto: vt ꝓpter quid luna eclypsat. ꝓpter obiectionē terre in medio: sed idē non demonstrat de eodē per cau sam: qꝛ homo est homo. nō est demonstrabile: qꝛ non ha bet alterā causam: qꝛ lꝫ hominis multe sint cause: tamē hᵒ. homo est homo. nō est altera causa. vt dr. 5. hᵒ. ¶ Itē

T. c. 23.

in omni questione aliquid presupponit manifestū ⁊ ali quid imanifestū: quare. qꝛ quādo querit ꝓpter quid lu na eclypsat: supponit aliquid manifestū: vt lunā eclypsa ri. alioquin non magis quereret de luna q̄ꝫ de lapide vel chimera: sed cuꝫ dr. homo est homo. nihil pōt esse imani festum: qꝛ cū dicit vel cū querit: ꝓpter qd hō est hō: sup ponit hominē esse hominē: ⁊ nihil est hic imanifestū: qꝛ querit causa hᵒ. modo non est alia causa: qꝛ cōes dignita tes nulli possunt esse ignote: sed homo est homo. est com munis dignitas: qꝛ ꝙ idē sibiipsi est indiuisibile ⁊ inre solubile. vñ non est aliqualis causa inherentie predicati subiecto. ¶ Unde notandū ꝙ questio ꝓpter quid que rit de forma vel de mā. vt ꝓpter quid sor. est homo: quia hꝫ formā humanā in mā: vel ꝓpter quid sor. pōt esse ho mo: qꝛ hꝫ materiā que pōt esse in potētia ad formam ho minis. vñ questio ꝓpter quid nō querit de seipo: sed vel querit de materia: vel de forma in materia: naturaliter loquēdo vt dnt aliqui: qꝛ ſm logycū nō querit formā in materia: sꝫ querit cām forme in mā: vt dnt: ꝓpter quid lapides sunt domus: pōt dici: ꝓpter edificationē: vel ꝓ pter ꝓhibitionē chaumatis: vł pōt dici ꝙ questio ꝓpter quid ſm logycū dicit omne illud pertinere ad qđ qd est qđ respōdet ad questionē querentē ꝓpter qd: siue sit in trinsecū vt mā ⁊ forma: siue sit extrinsecū vt finis ⁊ effi ciens: sed phūs dicit solū qđ quid est pertinere ad intrin seca. ⁊ ideo ſm phm questio ꝓpter quid querit formā in mā: ⁊ hoc est querere qđ quid est de supposito vel de ma teria: sed apud logycū querit causam forme in mā de fi ne ⁊ efficiēte. vtrū aūt mā pertineat ad qđ qd est de hoc

visum est prius. ¶ Notandū ad solutionē rōnis ꝙ Arist. in lr̄a h₃. questio qd est homo vel querit vbi nihil additur. Et op₃ ea₃ reduci ad talē qōnē vbi aliud querit̄ de alio: ⁊ addit ꝙ si non corrigat̄ qō: tunc aliqd est cōe ei qd est nihil querere: ⁊ aliquid querere: sed hoc est falsum. ⁊ non declarat ꝯñiam: sed pōt declarari: q₂ questio quid est: ⁊ ꝓpter quid est coincidūt. vt visum est. Modo querere quid est ipsum de se est nihil querere: q₂ in questiōe d₃ esse aliqd notū ⁊ aliqd ignotū: sed hoc nō est in ꝓposito: q₂ ide₃ querit̄ de seipso: sed questio ꝓpter quid aliud querit de alio. ergo nisi corrigat̄ questio quid est homo: reducendo ipsa₃ ad questionē ꝓpter quid: vbi querit̄ de forma vel de mā. vt dicendo qd est homo. s. ꝙ spēs queratur de individuo: vt quid est hic homo. i. sor. respōdet̄ homo: vel forma in mā: que est tota qditas: vl̄ qd est homo. i. quid pōt esse homo: ⁊ formā hōis suscipere: respōdet̄ mā. vñ si sic nō corrigit̄: tunc aliquid erit cōmune ei qd est aliquid querere ⁊ nihil querere.

Ad rationes Ad pⁱmā questio ꝓpter quid querit de causa. Concedit̄. Tu dicis: ꝙ omnis substantia citra pⁱmā ⁊c. Concedit̄. vel intrinsecam vel extrinsecā. vñ bñ volo ꝙ homo habeat causa₃: sed tamē vbi idē predicat̄ de se nō h₃ aliam causam. vñ l₃ hominis multe sint cause: tñ hᵉ. homo est homo. non est alia causa. ¶ Ad aliā. Dō₃ ꝙ illud qd est scibile est quesibile. Cōcedit̄. Tu dicis: homo est homo est scibile. Dicendū ꝙ nō est ꝓprie scibile vt cōclusiones sciunt̄: s₃ est intelligibile: q₂ est dignitas cōmunis: quarū nō est scientia ꝓprissime: sed intellectus: l₃ aliquo modo possit esse sciētia large: sicut tangit Linconyeñ. pⁱmo posteriorum.

Capᵒ de scire.

¶ Ad 3ᵃᵐ p₃ ex dictis: q₂ per questionē qd est nihil querit̄ nisi corrigat̄ reducendo ad mām vel ad formā. vt visum est. vñ cū querit̄ quid est homo: d₃ respōderi forma que est tota quiditas. vt animal ratiōale. vel d₃ respōderi materia que defert quiditatē quid potest esse homo. i. quid pōt suscipere formā ⁊ quiditatē hominis. respondet̄ materia. Et hec de qōne. Qō. XXVIII.

T.c. vlᵗ ¶ Qm̄ vo ex aliquo fit compositum ⁊c.

Queritur circa hāc partem. Utrū suba composita sit aliud realiter a mā ⁊ forma. ¶ Et arguit̄ ꝙ non. totū non est aliud p̄ter partes suas. 4. physicoꝝ. capl̄o de loco. vbi Aristo. distinguit modos essendi: q₂ dicit. s. ꝙ totū nō est p̄ter suas partes: sed suba est totum compositum naturale: cuius partes sunt essentiales materia ⁊ forma. quare compositum non est aliud realiter a materia ⁊ forma.

T.c. 23.

Oppositum arguit̄. Omne totū per se vnu₃ est aliquid aliud preter partes. per Arist. 8. huius in illo capitulo. de māli antē suba post hoc. vbi mouet dubitatiōnē dicēs. De dubitatōe vo dcā circa diffōnes ⁊ nūeros q̄ causa essendi vnū. omniū enī quecūq₃ plures partes habent: ⁊ nō est vt aceruus ꝙ totum: sed inest aliud totum preter partes est alia causa; sed substātia composita est aliqd totū per se vnū. ergo ⁊c. ¶ Itē hoc arguit̄ ratione Aristo. in isto 7ᵒ. Si totū per se vnū nō esset aliud preter partes realiter: ita ꝙ nulla entitas eēt in composito preter entitatē partiū: tunc totū adhuc maneret dissolutis partibus. vt p₃ in silla. ba. si non esset aliud p̄ter partes: tūc adhuc esset silla dissolutis litteris vt b. ⁊ a. sic homo silr adhuc esset dissolutis partibus essentialibus vt anima rōnali a mā: sed illud est icōueniēs.

T.c. xl. T. 2. 15. T.c. 60.

Notandum ꝙ ad istā questionē cōmuniter dicitur cū querit̄ pⁱmo physico. Utꝝ totum sit aliud realiter a partibᵒ dicit̄ ꝙ totu₃ est aliud ab vna suarū partiū rōne alterius partis. vnde dr̄ ꝙ totum nō distinguit̄ a suis partibus pⁱmo. Et s̄m hoc diceret̄ ꝙ totū compositū nō est aliquid aliud a pⁱma materia ⁊ forma: sed suba composita distinguit̄ a mā ratione alterius partis. s. forme: ⁊ ecōuerso distiguit̄ a forma ratione māe: q₂ cōpositū est aliud a mā: q₂ forma est aliud a mā ⁊ compositū includit formā. ¶ Sed ad intellectū istius dicti est notandū: ꝙ aliquādo dispositio partis attribuit̄ toto ⁊ denominat totū. vt p₃. 5. physico. vt homo sanat̄: q₂ cor vel epar sanat̄. Silr homo rōcinat̄: q₂ anima rōcinat̄. ⁊ homo est crispus: q₂ caput ē crispu₃. sic est in ꝓposito ꝙ mā est pars sube composite ⁊ h₃ alietatē a forma: q₂ ista sunt diuersa pⁱncipia intrinseca: ⁊ sic materia denominat compositū s̄m dispositionem que debet̄ sibi vt mā est aliud a forma. ergo compositu₃ est aliud a forma: ⁊ forma est aliud a mā: q₂ includit eam: ⁊ sic totū compositū differt ab vtraq₃ parte rōne alterius: ⁊ sic totum pⁱmo nō distinguit̄ a partibus. ¶ Notandū ꝙ ꝯtra istam positionē vident̄ esse diffⁱˡⁱᵃ dubia. Primo ex parte partialitatis. 2ᵒ ex parte totalitatis. 3ᵒ ex parte diuersitatis. 4ᵒ ex pte modi terminādi generationē. 5ᵒ ex parte ydētitatis. ¶ Primū dubiū est. Materia ⁊ forma sunt partes essentiales sube composite. modo mā nō est pars essentialis māe: q₂ nihil pōt esse pars suiipsius: nec mā pōt esse pars eētialis forme: q₂ est diuersum pⁱncipiū a forma ⁊ nō intrinseca forme. Simulr forma non est pars essentialis māe: q₂ nō est intrinseca māe: nec potest esse pars essentialis forme: q₂ nihil est pars essentialis sui met. g̊ sunt partes eētiales compositi: ⁊ ideo op₃ compositū addere aliqd reale p̄ter mā₃ ⁊ formā. ¶ Ex hoc posset formari sillᵒ: nisi cōpositū adderet aliqd sup entitatē māe ⁊ forme: mā ⁊ forma nō essent partes essentiales: sed hoc est falsum: q₂ in hoc oēs cōueniunt ꝙ materia ⁊ forma sint partes essentiales sube composite: cū ipsa sint pⁱncipia itrinseca. ꝯñia p₃. qūo eni₃ mā ⁊ forma essent partes essentiales compositi: nisi compositū adderet aliqd reale super entitatē māe ⁊ forme: q₂ mā nō est pⁱncipiū intrinsecū māe: nec forme: ⁊ ecōuerso de forma vt deductū est. g̊ op₃ ꝙ mā ⁊ forma habeant causalitatē intrinseca₃ respectu alicuius superadditi in composito: qd nec sit entitas māe: nec forme: ⁊ ecōuerso de forma. Sed dices bñ pōt esse pars essentialis māe ⁊ forme sil̄. Istud nō valet: q₂ q̄rā de ista siltate vl̄ est nihil vel aliqd nō pōt dici ꝙ nihil: q₂ tūc ꝓ nihilo relinqueret̄. g̊ op₃ ꝙ sit aliqd p̄ter mām ⁊ formā: ⁊ sic compositū addit aliqd reale super mām ⁊ formā. ¶ Itē ex parte totalitatis est dubiū. Et est ratio ꝓpinqua huic p̄dicte. Compositū ex mā ⁊ forma est totū essentiale. mō querit̄ in quo fundet̄ ista totalitas: q₂ vel fundatur in mā vel in forma vel in vtroq₃ nō in mā: q₂ mā non est totū essentiale: nec ad se: nec ad formā. Silr nec fundat̄ in forma eadē ratiōe: q₂ mā nō est pars essentialis forme: nec forma māe: q₂ mā nihil itrinsece causat respectu forme. g̊ op₃ ꝙ in vtroq₃ sil̄: ita ꝙ simultas in composito sit superadditū sup materiā ⁊ forma₃ rōne cuius mā ⁊ forma fundant totalitatem. ¶ Item ex parte diuersitatis sic: si substātia composita nō adderet aliquid diuersu₃ super mām ⁊ formā nō esset alius modus diuersitatis compositi a mā q̄₃ modus diuersitatis forme: sed hoc est falsum: q₂ est aliᵒ modus diuersitatis hic ⁊ ibi: q₂ compositu₃ differt a materia rōne partis essentialis vt rōne forme: sed forma differt a mā pⁱmo ⁊ non rōne partis intrinsece: q₂ forme nō est pa: ⁊ sic est alius modus diuersitatis. ꝯñia p₃. postq̄₃ enim in composito non esset aliud realiter distinctum a

T.c.17 T.2.5.

partibus nō esset modus differēdi formā a mā ꝛ cōpositum a mā. Pōt.n.alio modo formari ista ratio. si cōposita sub̄a nō adderet aliquid reale super mām ꝛ formam: tunc sub̄a composita p̄mo differret a materia: ꝛ silr a forma: sed hoc est falsum fm eos qui dicunt ꝙ compositū est diuersuꝫ a parte p̄mo: qꝛ differt ratiōe alterius. cōsequentia pꝫ: qꝛ postq̄ꝫ nihil adderet super mām ꝛ formā: tūc nō differret a mā: nisi qꝛ forma: ꝛ forma differt p̄mo a mā: qꝛ nō per partē: cū careat parte. ḡ etiā compositū distinguit̄ p̄mo a mā: cum eundē modū distinctiōis habeat compositū a mā quē forma hꝫ. ¶ Itē ex parte modi terminādi generationē. si substātia composita nō adderet aliquid reale super mām ꝛ formā: tūc compositū terminaret generationē eodē modo: sicut forma: ꝛ etiā contra eos: qꝛ dicunt ꝙ compositū terminat generationem ratione partis vt forme: sed forma nō terminat generationē ratiōe partis: qꝛ forma nō hꝫ partem: ꝛ sic est alius modus terminandi generationē: qꝛ forma terminat seipsa generationē: ꝛ compositū terminat generationem ratiōe forme. cōsequentia pꝫ: qꝛ si compositū nihil adderet super materiā ꝛ formaꝫ: ꝛ materia nō generat̄: sed tm̄ forma: tūc compositū eodē modo terminaret generationē: qꝛ nihil addit super formam. ¶ Item ex parte ydentitatis. si compositū non adderet aliquid reale. vt dictū est: tunc materia ꝛ forma essent idem essentialiter ꝛ realiter: sed hoc est falsuꝫ: qꝛ materia ꝛ forma sunt diuersa p̄ncipia itrinseca realiter. p̄mo physicoꝝ. ꝯntia pꝫ: qꝛ quecūqꝫ vni ꝛ eidē in numero essentialiter sunt eadem: inter se sunt eadē essentialiter: istud est p̄ncipiū naturaliter intellectū: sed materia ꝛ forma sunt eadē essentialiter vni ꝛ eidē ī numero vt composito: qꝛ nihil realiter addit supra illud: sed mā ꝛ forma nō sunt ideꝫ essentialiter: cuꝫ materia remaneat post corruptionē forme: ꝛ ꝙ ista sit intētio Arist. pꝫ: qꝛ Arist. in. 7. distinguit substantiam in. 3. materiaꝫ formam ꝛ compositum: qđ non faceret nisi cōpositū aliquid reale adderet: qꝛ aliter non poneret in numerū. Sed dices: y⁹. quia compositū ponit in numerū: quia compositū differt a materia ratiōe forme: ꝛ ecōuerso. Illud nō valet: quia sic duo homīes cēnt 3. qꝛ duo homines differunt ab vno rōne alterius: ꝛ ecōuerso: ꝛ etiā poneret in numerum: qđ est falsum. ¶ Hoc idem arguit̄ auctoritate Cōmentatoris. 8. huius. illo capitulo. Opꝫ auteꝫ nō latere. vbi dicit: ꝙ forma est causa actus in composito: sed forma nō est causa actus qui est forma: quia nihil est causa suiipsius. ḡ opꝫ ꝙ alius actus sit in composito preter formaꝫ cum causa sit. Ideo oportet dici ad questionem p̄mo preintelligendo ꝙ quando dicit̄ ꝙ compositū addit aliquid reale preter entitateꝫ materie ꝛ forme potest itelligi dupliciter. vno modo ꝙ compositum addat aliquid super materiaꝫ ꝛ formaꝫ distinctā loco ꝛ subiecto: ita ꝙ illa entitas addita in composito sit distincta a materia ꝛ forma loco ꝛ subt̄o. Alio modo potest intelligi ꝙ illud additū in composito non sit distinctū a materia ꝛ forma loco ꝛ subiecto: tamen illud non est materia ꝛ forma: nec vtrūqꝫ: sed tertiū. s. realitas tertia realiter distincta ab entitate materie et forme: ꝛ hoc bene est rōnabile: ꝙ aliqua ex natura rei sint distincta realiter: ꝛ tamen includantur in eodem loco ꝛ subiecto vt superficies ꝛ albedo realiter sunt distincta: tñ includunt̄ in eodē loco ꝛ subiecto.

Margin: T.cō.18 — T.c.7. — Cōm.7.

p^a.ʒ **Hoc viso** possunt dici ad questionem due conclusiones. ¶ Prima est ꝙ substātia composita nō addit aliquid reale distinctuꝫ a materia ꝛ forma loco ꝛ subiecto. Et causa est. si compositum adderet aliquid distinctū loco ꝛ subiecto a materia ꝛ forma: tūc ex materia ꝛ forma nō constitueretur compositum vnū per se ꝛ simpliciter: sed hoc est falsum: qꝛ fm oēs ex materia ꝛ forma constituitur vnū per se ꝛ simpliciter. consequentia pꝫ: qꝛ qđ est distinctū ab aliquibus loco ꝛ subiecto non constituitur per se vnum ex illis. ¶ Item si hoc esset: tunc composito moto nō oporteret materiam moueri ꝛ formam: sed hoc est falsum: quia forte moto materia eius mouet̄ secum de loco ad locum: quia nō mouet̄ ad aliquem locum materia remanente immota in p̄mo loco. cōsequentia pꝫ: quia que sunt in diuersis locis: non opꝫ ꝙ si vnum mouet̄: ꝙ reliquum etiam moueat̄ vt si ego moueor: non oportet te moueri: quia es in alio loco.

2^a ʒ ¶ Secūda cōclusio. ꝙ substātia composita addit aliqd reale nō distinctū loco ꝛ subiecto a materia ꝛ forma: tamen distinctū realiter ex natura rei: quia est alia entitas preter entitatem materie ꝛ forme. Et probatur rationibus p̄us adductis: que propter breuitatem nō resumuntur. ¶ Notandū ꝙ si aliqs quereret quid est illud reale additum in composito super materiaꝫ ꝛ formam. Dicendū ꝙ est substantia composita: vel si vis aliter nominare: vocetur per se subsistentia actualis. vnde verū est ꝙ substantia composita per se subsistit actu: ꝛ illud non verificatur de materia: nec de forma: quia materia non subsistit per se in actu: nec forma: sed in composito: sed illa subsistētia per se ꝛ actualis in composito est illud additum causatuꝫ intrinsece a materia ꝛ forma: quia Commentator dicit. 8. physicoruꝫ: ꝙ forma est causa actus in cōposito: sed non est cā sui. ergo alterius actus quē compositum addit super actuꝫ forme. Et tu dicis: ꝙ illa subsistentia actualis cū sit accidens vbi erit vt in subiecto. Dicendum ꝙ illa subsistentia est aliquid de genere substantie ꝛ non est materia: nec forma. ergo est substantia composita: quia est causatuꝫ ex materia ꝛ forma. ¶ Notandum ꝙ hic sunt quedam dubia. Primū si substantia composita adderet aliquid reale super materiam ꝛ formam: tunc non erit idē modus quo forma prior est composito ꝛ materia: sed hoc est falsum: quia hoc vult Arist. expresse in isto septimo. ꝛ Commentator qui dicit. ꝙ forma p̄or est materia ꝛ composito ex materia ꝛ forma. patet consequentia: quia postq̄ꝫ compositum adderet aliquem actum super actum forme qui non est actus ꝛ forma partis: tunc forma prior est composito. Alio modo: quia compositū includit alium actuꝫ ꝛ alio modo prior erit mā. ¶ Item si forma causat aliquem actuꝫ aliuꝫ a se: tunc dubium erit vtrum ille actus sit perfectior forma vel imperfectior. nō potest dici ꝙ sit perfectior: quia hoc esset contra Commentatorem. 8. huius. illo capitulo. Oportet autem non ignorare. vbi dicit. Quando aliquod nomen dicitur de composito ꝛ forma non dicitur de illis vniuoce: vt quorum diffinitio est eadem: sed dicitur primo ꝛ principaliter de forma tanq̄ꝫ de digniori: ꝛ secundario de composito. vnde dicit sic. Nomen significat vtrūqꝫ: et cum dicitur de vtroqꝫ. verbi gratia. animal de composito ex materia ꝛ forma: ꝛ de forma tantū non dicitur: sicut dicuntur nomina vniuoca: quoruꝫ diffinitio est eadeꝫ: sed dicitur principaliter ꝛ secundario. Tunc paucis interpositis addit. hoc nomen animal p̄ncipaliter dicitur de forma et dicitur de congregato ex materia et forma secundario. Et assignat causam. nomen enim non significat rem: nisi secunduꝫ quod est in actu et causa actus in composito est forma: et cum duo fuerint: quoruꝫ alterum est causa reliqui: illud quod est causa dignius habebit nomen. illud enim nomen habet propter principium: et tunc declarat de calore: ꝛ patet. ꝛ sic actus compositi non est perfectior forma. Similiter

Margin: T.c.7. — Cōm.7.

non potest esse imperfectior. quia hoc non videtur ratio/nabile. ¶ Item aliud dubiũ. Si cõpositum diceret aliũ actum a forma: a quo produceretur ille actus non potest dici q̃ a materia. quia materia non est causa agẽs actus. nec forma. quia forma tantum habet se respectu compo/siti in ratione cause formalis. ergo relinqueretur q̃ a ge/nerante. sed hoc non videtur. q2 generans tantum ꝓdu/cit formã: ꝛ que necessario consequuntur formam.

Ad primum dubium. q̃ forma precedit cõposi/tum ꝛ materiam dupliciter. vno modo precedit eodem modo materiam ꝛ compositum: ꝛ hoc i generali: vt perfectius precedit minus perfecta. q2 forma perfectior est materia: ꝛ composito ex materia et forma. Sed si forma comparatur in speciali ad ista: tunc alio modo precedit vtrumq3. q2 forma precedit materiã: vt actus precedit purum subiectum in potentia. sed pre/cedit compositum: vt effectum in genere cause formalis: ꝛ sic non pcedit materiam: q2 forma non est causa formalis materie. modo Ar. ꝛ cõmentator intellexerunt q̃ forma precedit materiam ꝛ compositum eodem modo ẜm pri/mum modum: ꝛ non ẜm secũdum modum. ¶ Ad aliud. Dicendum q̃ actus compositi est imperfectior forma. vt patet per cõmentatorem in auctoritate preallegata: quã/do nomen dicitur de forma ꝛ composito ex materia ꝛ for/ma. primo nãq3 dicitur de forma. vt digniori. sed de com/posito dicitur secundario tanq̃ de minus perfecto. vn/de actus qui resultat ex anima cog^tiua^ ꝛ corpore est minus perfectus ꝛ notabilis q̃ actus anime cogi^tiue^: sicut causa/tum formalis cause est minus nobile ꝛ perfectum q̃ cau/sa formalis. quia actualis subsistentia per se est actus il/le quẽ causat forma in composito in genere cause forma/lis. vnde etiam hoc voluit dicere antiqua distinctio: q̃ duplex est forma. quedã partis: vt que perficit materiã: vt anima rationalis: sed alia est forma totius: vt est com/positum qd̃ est substratũ forme totalitatis. ¶ Ad aliud dubium. q̃ actus compositi producitur a generãte. q2 ge/nerans qd̃ generat formam ꝛ generat compositum. s3 ta/men differenter. q2 primo generat formã. secundario cõ/positum. q2 generans qd̃ largitur formã: largitur omnia accidentia consequentia formam non solum accidentia: imo compositũ prius q̃ accidentia. ¶ S3 si aliquis ad/huc instaret. q2 conuenienter dicitur q̃ totum non distin/guitur ab vna parte nisi ratione alterius partis: vt a ma/teria ratione forme distinguitur. ꝛ econuerso. sed hic di/citur oppositum cõmuni dicto. q2 compositum distingui/tur a parte ratione alterius partis: qd̃ est nulla partium. ¶ Ad hoc posset dici. q̃ illud cõmune dictum est sine ra/tione. ꝛ per consequens falsum. Uel aliter dicendum. q̃ totum distinguitur a parte ratione alterius partis. ꝛ hoc particulari differentia ꝛ distinctione. vt totum composi/tum differt a forma. q2 totum compositum est per se vnũ. ergo distinguuntur ab omnibus partibus totali differen/tia: que est nulla partium: sed qd̃dam totum: vt dictum ẽ.

Cõ. 7.

Ad rationes in oppositum. Ad primam. Totũ non est aliud. ꝛc̃. conceditur. nõ ẽ preter partes. i. q̃ sit aliud distinctũ loco ꝛ subiecto a par/tibus: sic intelligit Aristo. ꝛ cõmentator. sed bene est aliud quo ad entitatem tertiã: que non est entitas alicuius par/tis. ¶ Ad aliam rationẽ in oppositũ. totũ per se vnũ. ꝛc̃. Dicendum q̃ verũ est: q̃ est aliqd additum qd̃ non est en/titas alicuius partis. sed tamen non est distinctum loco ꝛ subiecto. Et hoc est de septimo libro.

¶ Incipit octauus metaphysice. Qõ I.

T.c.3. ¶ Sensibiles autem substantie. ꝛc̃.

QUeritur circa octauum huius. ꝛ q̃/ratur primo circa dictam partem. Utrum materia sit separabil' ẜm eẽ a forma. Et arguitur q̃ sic. Unumqd̃q3 pt̃ separi ab eo qd̃ non est sibi essentiale ꝛ propriũ. q2 res non pt̃ separari ab illo qd̃ est sibi essentiale ꝛ propriũ. sed pt̃ separa/rari ab illo qd̃ non est sibi essentiale ꝛ propriũ. q2 hoc non determinat sibi. sed nulla forma est essentialis ꝛ propria mãe: cum mã sit indifferens ad quãlibet formã. ergo ꝛc̃. ¶ Itẽ illud qd̃ est subale alicui non tollit̃ p accidentale. hec est manifesta. sed mã est suba essentialiter. ꝛ forma ac/cidit materie. ergo mã potest esse ꝛ separari a forma. g̃ ꝛc̃. ¶ Itẽ separata oĩ forma a materia vl' materia manet: vl' non. hec est manifesta per sufficientẽ diuisionẽ. sed si non manet: tũc est corruptibilis. qd̃ est 𝔷 Ar. p̊ phy. q2 dicit q̃ sit ingenita ꝛ incorruptibilis. ergo manet. ꝛ per ꝯñs sepa/rabilis a materia. T.c. 82

Oppositũ vl' Ar. in littera predicta. vbi dicit. mãm vero dico q̃ non hoc aliqd̃ ens actu. ¶ Ex hoc posset argui. Si materia esset separata vel separabilis a forma: tunc pos/set esse aliqd̃ ens hoc: sed hoc est falsum ẜm Ar. T.cõ.3.

Ad questionem dõm. p̊ q̃ mã ẜm esse existe/re non sepaĩ a forma subali oĩ: ita q̃ sub nulla stet. Et rõ ẽ. Oẽ qd̃ est p se: vel ẽ act^9: vl' habens actum. per sufficientem diuisionẽ. sed materia p̊/ma: neq3 est actus: neq3 habens actum. q2 non est act^9 cũ sit in pura potentia. nec habet actum qui sit de essen^a ei^9. vt vult cõmentator primo physi. ꝛ in de substantia orbis. ꝛ ita non potest esse circũscripta omni forma. ¶ Item si materia esset separabilis a forma ẜm esse: tunc post sepa/rationem vel esset in actu vel in potentia. ꝛ hec est mani/festa per diuisionem sufficientẽ. sed neutro modo potest dici. non est in actu. q2 non habet esse actuale: nec est ĩ po/tentia. q2 sublata omni forma a mã. mã nullam hab3 po/tentiam ad formam. q2 non esset mobilis ꝛ apta dispo/ni ad formas. q2 motus ꝛ dispositio non debetur nisi enti in actu. ꝛ sic tollitur potentia materie ad formas. ꝛ per ꝯñs eius natura: cum potentia sit proprium materie. Si ma/teria prima separaretur ab omni forma: tunc non esset in eodem loco cum generato: sed hoc est falsum per Ar. pri/mo de gñõne. q2 qd̃ gñãtur ꝛ materia ex qua generaĩ de/bent esse in eodem loco. ꝯñs p3. q2 nihil est i loco nisi ens in actu ꝛ dimensionatum terminatis dimensionibus. er/go dicit Ar. primo de generatione. q̃ materia non separa/tur a morpheis ꝛ passionibus. i. a formis. Et dicit cõmen/tator primo phy. ꝛ in de substantia orbis. q̃ materia nũq̃ denudatur ab omnibus formis. Et dicit cõmentator. q̃ nõ denudatur ab omnibus formis simul: sed semper stat sub aliqua. Unde si hoc esset. tũc materia simul ess3 actu ꝛ non actu. hoc est falsum. ꝯsequentia p3. q2 qd̃ per se stat ꝛ existit: hoc est actu vel actus. sed materia non est ĩ actu cum sit in potentia circũscriptis omnibus formis. ¶ Se/cundo dicendum. q̃ etiam non potest separari a forma q̃ ad perfectam rationem. Et causa est. Illud non perfecte cognoscitur ꝛ complete sine forma. quod est in pura potẽ/tia. q2 illud a quo intellectus mouetur debet esse in actu: cum intellectus sit in potentia passiua. ꝛ hoc patet: ex no/no huius. ꝛ tertio de anima. sed materia prima est huius/modi. q2 materia est in pura potentia. vnde licet intelle/ctus distinguere possit inter essentiam materie ꝛ forme. tamen complete ꝛ perfecte essentiam materie appreben/dere non potest sine forma. Et hec est intentio Aristote/lis primo physicorũ. vbi dicit. q̃ subiecta natura non est scibilis nisi in analogiam ad formam. Et hoc declarat

Cõ. 69. Ca. p̊. T.c. 25. ꝛ. 27. T.c. 29. Capi. p̊. T.c. 16. T.c. 5. T.c. 69.

Ca.p̄.
Cō.iz.

in artificialibus. ꝛ hoc idem vult cōmētator ibidē. ꝛ ī de substā orbis. ꝛ .8°.ph°. q2 trāsmutatio in substā fecit scire mām primā. sicut trāsmutatio ſm locū fecit scire mām localē: vnde per abiectionem ꝛ receptionem formarū substālium deuenim⁹ in cognitionē materie p̄e. q2 opꝫ aliqd subyci ꝛ manere in transmutatione ꝛ contrarijs. q2 concordia nō

T.c.62.

conducit discordiam. primo phy.

Ad rōnes. Ad primam. vnūquodq3 potest separari. ꝛc. cōceditur. ¶ Tu dicis. ꝙ forma substālis. ꝛc. Dōm ꝙ ista for° singulis non est essentialis ꝛ ꝓpa mā prime. Ideo pōt mā separari ab hac forma: vel illa successiue ꝛ diuisim. sed tn̄ sil ꝛ coniunctim non separatur a qualibet forma. q2 semper stat sub aliqua. vn̄ hoc est ꝓprium māe semper esse sub aliqua forma: lꝫ nō semꝑ stet sub ista forma. non tamen denudatur simul ab omnibus formis. q2 quādo abycit vnam formā: assumit aliā. ¶ Ad aliam. Illud qd̄ est substantiale alicui. ꝛc. conceditur. nisi dependeat ab eo in esse. Et tu dicis. ꝙ forma est accidētalis materie. conceditur. Et tn̄ q2 materia dependet in eē a forma: Ideo non separatur a qualibet forma. vnde ꝓprium est ei stare sub aliqua forma: sicut ꝛ potentia est ꝓprium accidens materie. Uel pōt aliter dici ad minorē. q2 forma non accidit materie: sicut accidens subiecto: sed dr̄ accidere. q2 est extra essentiam materie: sicut īdiuiduū accidit spēi: ꝛ species generi: sed hoc non obstante genus non separatur ab omnibus speciebus: nec spēs ab omnibus indiuiduis. q2 semper est in aliquo supposito. sic vult

Ca°de
suba.

Ar. in predicamentis. q2 sūt non existib⁹ primis substātijs impossibile est aliquod aliorum remanere. sic nō existentibus formis substantialibus īpossibile est remanere materiam. vn̄ bene volo ꝙ mā sit ingenita ꝛ incorruptibilis

p̄ phyſi.
T.c.82

ſm Ar. tamen si nulla for° substālis esset materia nō esset. quia nihil prohibet conditionalem eē veram: cuius antecedens est falsum ꝛ impossibile. ¶ Ad aliam. separata omni forma. ꝛc. Dōm ꝙ materia non remaneret. Et tu dicis. ꝙ falsum est. q2 est ingenita ꝛ incorruptibilis. cōceditur ſm naturam rei: inquantum semper stat sub aliqua forma: sed tamen si separaretur ab omni forma substātiali: materia non remaneret: nec quo ad esse: nec quo ad potentiam. vnde quando Ar. dicit ꝙ sit incorruptibilis nō intelligit quo ad separationem ab omni forma. sed est incorruptibilis semper stans sub aliqua forma. Qō II.

T.c.3.

Consequenter queritur circa eandē partem. vtrū forma naturalis sit separabilis a materia ſꝫ esse. Et arguitur primo ꝙ sic. Intellectus est forma naturalis ꝛ est sepabilis a mā ſm esse. ergo forma naturalis separatur a materia ſm esse. maior est manifesta. q2 nālis determinat de intellectu. vt patet 3°. d' anima. ꝛ hoc non esset nisi esset forma naturalis. minor patꝫ.

a.t.cō.p̄
vſq3 ad
t.cō.40
T.c.16.
t.17.

per Ar. iz. huius. vbi dicit. ꝙ nulla forma precedit cōpositum. sed simul incipit esse cū composito. tamen aliq̄ manet post compositum. sicut anima. sed non omnis anima. sed tantum itellectus. ꝛ sic itellectus separabilis est a mā ſm esse. ¶ Item qd̄ nō dependet ab alio in causalitate h̓ potest separari ab eo ſm esse. q2 qd̄ aliquid non potest separari ab aliquo ſm esse: hoc ideo est. q2 dependet ab eo ī causalitate. sed forma non dependet ab aliquo: vt a materia in causalitate. q2 forma non dependet ab ea: cuꝫ nullam habeat causalitaem super formā. ergo potest separari. Item quando aliquid debetur alicui p̄ ꝛ alijs debetur per illud. illud pōt cōuenire p̄°. remotis posterioribus: q2 caliditas primo debetur igni: ꝛ p ignem debetur alijs calidis. Et si caliditas remoueretur ab alijs calidis: adhuc remaneret in igne. sed esse primo debetur forme ꝛ alijs p formam. q2 forma est primo causa essendi: ergo forma ſꝫ esse potest separari a materia.

T.c.3.

Oppositum vult Ar. in predicta littera vbi dicit. ꝙ de numero formarum: alia ē separabilis: alia non separabilis. ita ꝙ Ar. vult ꝙ quedā forme sunt separabiles a materia ſꝫ esse: sicut forme ab'e. quedam autem non: sicut naturales forme: ꝛ materiales

Cō.vl°.

forme. vnde etiam cōmentator primo phy. dicit. ꝙ de numero substantiarum ꝛ formarum: quedam sunt materiales: sicut ille que non separantur a materia. ꝛ deducūtur de potentia materie. Alie sunt non materiales: sicut separabiles a materia.

Dicēdum est ad qōnem. primo ꝙ forma naturalis materialis non separatur materia ſm esse. Et causa est. Actus inherēs non separatur ab eo: cuius est actus. quia si actus inherens separaretur a materia: tunc idem esset inherens ꝛ non inherens: qd̄ est contradicere. ſꝫ forma materialis est actus inherens: cuꝫ perficiat materiam inherenter: ꝛ deducatur de potentia materie. ergo separari non potest. ¶ Item si forma materialis esset separabilis a materia: tunc posset remanere post corruptionem compositi. ſꝫ h̓ est falsum. q2 forma simul est ꝛ non est cū formato: vt vlt

T.c.16.
t.17.

Ar. iz. huius. consequentia patet. q2 si forma esset separabilis a materia: tunc quando separaretur: tūc compositū non esset. ꝛ tamen remaneret forma. ¶ Item illa forma que constituitur per materiam. ꝛ per subiectū īherenter non separatur a materia ſm esse: sed forme naturales et materiales constituuntur per materiam ꝛ subiectuꝫ. vn

Cō.79.
Capi.p̄°

Queritur circa hanc partẽ. Utrũ scientia ꝛ sensus sint mensure rerum. ❡ Et arguit̃ pmo ꝙ sic. Illud est mẽsura rerũ: p. r qd alia cognoscuntur: qꝛ mẽsura

ꝺꝫ eſſe p̄n^m cog̃ſcendi menſuratū: ſꝫ ꝑ ſciaꝫ ⁊ ſenſuꝫ alia cog̃ſcunt̃: qꝛ ꝑ ſenſum cog̃ſcunt̃ oia ſenſi^{lia}: ⁊ ꝑ inte^m oia intelligibilia. vt pꝫ. 3. de anĩa. g̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ. illud eſt mẽſura alioꝝ: qð eſt p̄ncipiū eoꝝ: qꝛ menſura eſt p̄ncipium ⁊ cauſa alioꝝ. vt p̄us viſuꝫ eſt: ſed intellectus ⁊ ſcientia eſt p̄ncipiū oium alioꝝ: qꝛ ſcientia: ⁊ intellect⁹ diuinus ſunt p̄ncipia oiuꝫ nãliū: ⁊ ſciẽtia ⁊ intellectus humanus ſunt p̄ncipia oium artificialiū. g̃ intellectus eſt mẽſura rerū. ¶ Itẽ veritas p̄mo eſt in intellectu. p̄mo peryarmẽias. ⁊. 6. huius. g̃ intellectus eſt menſura oium reruꝫ: qꝛ ſicut aliquid ſe hꝫ ad eſſe veruꝫ: ita ad eſſe: quia ens ⁊ verum cõuertuntur. modo in quo aliquid habet p̄mo eſſe illud eſt cauſa eius. ⁊ per ꝯñs menſura.

T. c. 37. *T. cõ. 8*

Oppoſitum vult Ariſto. in littera. vbi reprobat opiniones alioꝝ q̃ voluerūt ꝙ ſcientie ⁊ ſenſus eſſent mẽſure rerū. ⁊ idẽ vult Cõmẽtator. *T. c. 5.*

Dicendum eſt ad queſtionẽ: ꝙ ſcientie ⁊ ſenſus nõ ſunt mẽſure rerum: ſed res ſunt mẽſure ſciẽtie ⁊ ſenſus. Et hoc ꝓbat̃ per rationẽ Ariſt. Illud eſt menſura alterius: qð eſt p̄ncipiuꝫ cognoſcendi ipſuꝫ. iſta eſt manifeſta ex dictis: ſed res ſunt p̄ncipiū cognoſcendi intellectū ⁊ ſenſuꝫ verū vel falſuꝫ: quia dicit Ariſto. ꝙ ꝓpter nos exiſtimare te eſſe albuꝫ nõ ꝑꝑ hoc tu es albus: ſed propter hoc ꝙ tu es albus exiſtimatio ⁊ ſciẽtia eſt vera qua extimamus ⁊ ſcimus te eſſe albū. vñ dicit Ariſto. ꝙ nobis accidit: ſicut ſi aliquis ſe mẽſuret per cubitū: tũc cognoſcimus quãti ſumus: ⁊ tunc nos putamus cognitionẽ noſtrã eſſe mẽſuraꝫ huius: ſed hoc nõ eſt verū: ſed mẽſura eſt quãtitas cubitalis: ⁊ hoc per addicere ad tm̃ noſtri. i. ꝙ cubitus applicetur ad nos: ſicut nos cognoſcimus alia entia per ſciẽtiã putamus eẽ cauſam ⁊ mẽſuraꝫ alioꝝ: ſed hoc nõ eſt: qꝛ ſcibilia plus menſurant ſciẽtiã: qꝛ ſciẽtia cauſat̃ a ſcibilibus ⁊ ſenſus menſurat̃ a ſenſibilibus. ¶ Itẽ ⁊ eſt ratio Cõmentatoris. ſi ſciẽtia ⁊ ſenſus eſſent menſure rerū: tunc res extra aiam dependerẽt a rebus in anĩa: qð eſt falſum. ꝯñtia pꝫ: qꝛ dicit Cõmentator. ſi non eſſet dignius vt entia menſurent ſcientiã ⁊ ſenſum q̃ꝫ vt iſta mẽſurent entia. nõ. n. eſt menſura niſi ſint entia: tũc ſequeret̃ ꝙ illud qð eſt extra animã dependeret in eſſe ab eo qð eſt in anĩa. ¶ Notandū diligenter: ꝙ metrū p̄mo ⁊ p̄ncipaliter eſt in diſcretis vt vnitas numeralis ꝓpꝛiſſime eſt menſura: ſed ſm̃ ſimilitudinẽ metruꝫ eſt diminutū ad alia ab vnitate numerali: qꝛ mẽſura p̄mo ⁊ ꝓpꝛie dicta dꝫ habere tres conditiones. Primo ꝙ ſit indiuiſibilis ſimplr̃: qꝛ ꝓpter hoc maxime dicit̃ eſſe certa. Scðo requirit̃ ꝙ per eius replicationẽ aliquotiẽs reddat totū: qꝛ ſi per replicationẽ eius nõ redderet totū: tunc nõ eſſet menſura: qꝛ dicit Ariſto. 4. phyſicoꝝ: ꝙ metrū nihil videt̃ eſſe extra menſuratū: ſed aut plura metra totū. 3º requirit̃ ad menſuraꝫ ꝓp̄e dictã ꝙ dꝫ notificare menſuratū. modo oẽs iſte tres cõditiones debentur vnitati numerali: vt pꝫ ex dictis: ſed aliq̃ꝫ ſimilitudineꝫ transferuntur ad alia. ergo opꝫ ꝙ ſit aliqua ſimilitudo inter vnitatẽ numeralẽ ⁊ alias mẽſuras. vñ quelibet aliarū menſurarū opꝫ ad minus vnam 3^m cõditionuꝫ habere. modo aliqua menſura eſt que per replicationẽ eius aliquotiens reddit totū: lꝫ nõ ſit ſimpliciter indiuiſibilis: vt vncia que eſt mẽſura ponderū. ſimiliter generaliſſimū dicit̃ eſſe menſura alioꝝ in predicamento: nõ ꝙ per eius replicationẽ reddat alia inferiora: ſed quia eſt p̄ncipiū cognoſcendi alia: ⁊ ſic de alijs. ¶ Nota tamen ꝙ ſcientia ⁊ ſenſus dr̃ menſurari a ſcibili nõ menſura quantitatiua: ſed menſura perfectiõis: qꝛ in veritate quãto ſcibile eſt nobilius ⁊ perfectius tanto ſcientia nobilior ⁊ perfectior.

9º me^{te}. T. cõ. 21 *Cõmẽ. 5.* *T. c. 119.*

Ad rationes. ¶ Ad p̄mã. Illud eſt mẽſura ⁊c̃. Dicẽduꝫ ꝙ aliquid cognoſci per aliud dicit̃: aut tãq̃ꝫ per potentiã cog̃ſcitiuã ⁊ tale nõ eſt menſura: ſed plus ecõuerſo cognituꝫ eſt menſura cognoſcẽtis. Alio modo aliqd cognoſcit̃ per aliud tãq̃ꝫ per p̄ncipiū ⁊ cauſaꝫ cognitõis ⁊ tale eſt menſura. mõ p̄mo mõ res cognoſcit̃ per ſenſum ⁊ intellcm̃: ſed ſcðo mõ intellectus ⁊ ſenſus cognoſcunt̃ per res. ¶ Ad aliaꝫ. Illud eſt menſura alioꝝ ⁊c̃. Concedit̃. Tu dicis: ꝙ intellectus ⁊c̃. Dõm ꝙ intellectus diuinus eſt cauſa oium rerū nãliū: ſed plus ecõuerſo. g̃ nõ eſt menſura nãliū. ¶ Ad aliam. veritas p̄mo eſt in ĩtellectu. Dõꝫ ꝙ veritas equiuocat̃: qꝛ vno mõ accipit̃ ꝓ entitate manifeſtatiua ſui apud intellectū: qꝛ nõ eſt actu manifeſtans ſe apud intellectuꝫ: ſed tm̃ hꝫ habitudinẽ. vñ etiaꝫ Cõmentator dicit in 2º phyſicoꝝ: ꝙ nullū ens naturaliter incognitū eſt: ⁊ ſic verum eſt in rebus extra animaꝫ: qꝛ aptitudo manifeſtandi rem eſt in re ⁊ nõ in intellectu: ⁊ ſic verū conuertit̃ cũ ente. Alio modo dr̃ veritas a qua aliquis dicitur verus: q̃uis. n. res nata ſit manifeſtari apud intellcm̃: nõ tamẽ aliquis eſt verus ſm̃ eam: niſi ſit ꝯformitas intellectus ad rem ſm̃ compoſitionẽ vel diuiſioneꝫ conceptuum: ⁊ hoc modo verum non eſt formaliter niſi in ĩtellectu: lꝫ in re ſit extra effectiue. Qõ. V.

T. c. 47

¶ Quod quidem in omni genere vnū eſt ⁊c̃. *T. cõ. 7.*

Queritur circa hãc partẽ: qꝛ infra ſubdit. querendū ipſuꝫ ꝙ vnum ſic ⁊ in ſuba ſubam vnã ipſiꝫ vnū. Utrū prima cauſa: ſicut deus ſit mẽſura oium in genere ſube. ¶ Et arguit̃ p̄mo ꝙ nõ. Mẽſura dꝫ eſſe notior menſurato: qꝛ menſura notificat menſuratū: ſed p̄ma cauſa nõ eſt notior ſubſtãtÿs. 2º. hui⁹: qꝛ ſubſtantie ab^{te} minime nobis ſunt note: qꝛ ſicut ibi dicit̃. ſicut ſe hꝫ oculus noctue ad lumen ſolis: ita ſe hꝫ intellectus nr̃ ad mãifeſtiſſima in natura. i. ad ſubas ab^{tas}. g̃ ⁊c̃. ¶ Itẽ menſura aliquotiens replicata reddit totū: ſed p̄ma cauſa aliquotiens replicata nõ reddit totū: qꝛ deus replicatus nullã ſubam reddit: cū ſit oĩno abſtractus.

T. cõ. ꝑ.

Oppoſitum vult Ariſt. in predicta littera. vbi vult ꝙ in genere ſubſtantie ſit dare ſubſtantiam vnam: que eſt menſura omnium: ⁊ dicit Cõmentator: ꝙ h̃ eſt p̄ma cauſa. *T. cõ. 7.* *Cõm. 7.*

Dicendum eſt ad queſtionẽ: ꝙ p̄ma cauſa non eſt mẽſura ĩtrinſeca et ꝓpꝛie dicta. Et cauſa eſt. Ad menſurã intrinſecã ⁊ ꝓpꝛie dictã reqrūtur tres ꝯditiões. Primo reqritur ꝙ ſit indiuiſibile ſimpliciter: qꝛ ꝓpter hoc mẽſura dꝫ eſſe maxime certa. Secũdo reqrit̃: ꝙ per eius replicationẽ aliquotiẽs reddat totū: qꝛ aliter nõ eſt mẽſura: qꝛ dicit Ariſto. 4. phyſico. ꝙ metrū nihil aliud vr̃ extra menſuratuꝫ: ſed aut plura metra totū. 3º requirit̃: ꝙ notificet menſuratū. vt p̄us viſum eſt. ¶ Ex hoc arguit̃. Illud nõ eſt menſura ꝓpꝛie dicta ⁊ intrinſeca qð nõ hꝫ cõditiões requiſitas ad menſurã: ⁊ h̃ eſt manifeſta: ſed p̄ma cauſa nõ hꝫ oẽs conditiones reqſitas ad mẽſurã: qꝛ ille ſunt. 3. vt iã viſum eſt. Et p̄ma cã nõ hꝫ: qꝛ ꝑ eius replicationẽ nullã ſubaꝫ reddit: que tñ eſt vna conditionū. vñ mẽſura ꝓp̄e ſic tm̃ debet̃ vnitati nũerali: ⁊ ab ipſa tranſlata eſt ad alia ſm̃ aliquã ſilitudinẽ reptã. Etiã p̄ma cauſa eſt ab^{ta} ab oĩbus ſubſtãtÿs. g̃ nõ eſt mẽſura intrinſeca. ¶ 2º dõm: ꝙ eſt mẽſura extrinſeca ⁊ ſm̃ ſilitudinẽ. Et cauſa eſt. Illud eſt menſura ſaltẽ extrinſeca ⁊ aliquo mõ qð hꝫ aliq̃ꝫ ꝯditionẽ mẽſure. iſta eſt manifeſta: ſꝫ p̄ma cã hꝫ aliq̃ꝫ ꝯditionẽ mẽſure: qꝛ p̄ª cã eſt ſimpli^{ma} cū ſit ſimplr̃ idiuiſibilis: ⁊ extra

T. c. 119.

Cõm.7.

oẽm magnitudinẽ. vñ dicit Cõmentator in p̄dicta littera: q̄ cū ꝯiūctuȝ fuerit huic q̄ p̄ᵒ causa est simplicissima q̄ declaratū est in physicis p̄mū motorẽ eẽ eternū ꝛ abstractū ab omni mā. Et cuȝ declarauit post in isto.iz.q̄ hoc nō soluȝ est p̄nciᵐ tāq̄ȝ motor: sed tāq̄ȝ forma ꝛ finis: declarabit̄ q̄ illud est veꝝ ꝛ vnū de quo declaratū fuit: q̄ est p̄nᵐ subẽ: sicut declatū est in isto. supple in isto. iz. q̄ est actus vlis: cui nō admiscet̄ poᵃ omnino. ꝛ sic vult Cõmentator: q̄ p̄ma causa sit mẽsura oīum subarū cum sit p̄nciᵐ oīum subarū. ꝛ dȝ itelligi: sicut p̄us dcm̄ est: q̄ est mẽsura extrinseca. ⸿ Nōdū est q̄ sanctus Thomas inuehit̄ ꝯtra Cõmentatorẽ in hoc: q̄ dicit p̄mū motorem esse metrū oīum subarū: ꝛ dicit q̄ Cõmentator p̄mo nō bñ dicit: q̄ metrū s̄m Aristo. est ꝯiunctū ꝛ nō separatū: sed p̄mus motor est separatus a rebꝰ. ḡ nō est metrū substantiarū. zᵒ. dicit: q̄ sequeret̄ s̄m Cõmentatorẽ: q̄ primus motor eẽt in p̄dicam̄to subẽ: q̄ metꝝ est vnigeneū: ꝛ in eodẽ p̄dicamẽto cū mensurato: sȝ deus nō est in aliquo predicamẽto. ⸿ Dōm q̄ deus est mensura ꝛ metrū oīum subarū: imo etiā oīum entiū eo mō quo dcm̄ ē: ꝛ p̄ma rō nō ꝯcludit. vñ Aristo. vult q̄ metrū nō dȝ esse separatū per se subsistẽs vt ydea: sicut voluit plato: sȝ non negat qn metrū possit esse separatū ꝛ abᵗᵘᵐ ab omni materia. ⸿ Ad aliā. Dōm q̄ nō opȝ q̄ metrū cuȝ mẽsurato sit in eodẽ genere per se ꝛ directe: sed sufficit q̄ per reductionẽ vt p̄nᵐ efficiẽs extrīsecū: sicut mā ꝛ forma sunt in predicamẽto subẽ p̱ reductōeȝ vt p̄nᵃ intrinseca.

Ad rationes. ⸿ Ad p̄mā. Mensura dȝ esse notior ꝛc̄. Cõcedit̄. si est mẽsura intrinseca: tūc dȝ esse notior mẽsurato nō solū nāliter: sȝ ēt quo ad nos: sȝ si est mẽsura extrīseca sufficit q̄ sit notior nāliter. Et tu dicis: q̄ p̄ma cā ꝛc̄. Dōm q̄ verū est nō est notior quo ad nos: tñ est notior nāliter. vnde si p̄cederemus cognitiōe nāli: tunc per eius cognitionẽ oīa alia cognoscerent̄: cū ipsa sit p̄ma lux ꝛ p̄mum speculū oīum: sicut dicit Lynconiesi. p̄ᵒ. poste. ꝛ hoc sufficit ad mensuraȝ extrinsecā. ⸿ Ad aliā. pȝ: q̄ nō opȝ q̄ mensura extrinseca ꝛ s̄m similitudinẽ dicta hẽat oẽs ꝯditiōes mensure: sed sufficit q̄ habeat aliq̄ȝ ꝛc̄. Qõ. VI.

T.cõ.9.

⸿ Opponuntur aũt vnum ꝛ multa ꝛc̄.

Queritur circa hoc capl'ȝ. Utrū vnū ꝛ multa opponant̄. ⸿ Argr̄ p̄ q̄ nō. Unū oppositoꝝ nō predicat̄ d̄ reliquo affirmatiue: sȝ plus interimit ipsuȝ: sȝ vnum predicat̄ de multitudine: q̄ aliq̄ multitudo est vna. ḡ nō opponunt̄. ⸿ Itẽ vnum tm̄ opponit̄ vni in isto. io. ꝛ p̄mo p̱yarme. sȝ multū opponit̄ pauco. vt in. io. huiꝰ. ḡ nō opponit̄ vni. ⸿ Itẽ. illud qȯ ꝯstituit alterū: et est p̱s eius nō opponit̄ sibi: q̄ totū ꝛ pars sunt eiusdem spẽi. ꝛ per ꝯn̄s nō opponunt̄: sed vnū ꝯstituit multa ꝛ est pars eiꝰ: q̄ multitudo ꝯstituit̄ vnitatibꝰ tāq̄ȝ ex p̱tibꝰ.

T.c.14. ꝛ.t.c.17. T.c.20.

T.c.9.

Oppositũ vult Aristo. in littera: q̄ dicit q̄ vnū ꝛ multa opponunt̄ multis modis: et hoc idem vult Cõmentator.

Notandum ad itellcm̄ qōnis: q̄ vnū duplr̄ potest ꝯsiderari. vno mō s̄m formā ꝛ spẽm p̱priā ꝛ s̄m ꝯpletionẽ ꝛ perfectōeȝ eius. Alioᵒ capitur vnū non s̄m speciẽ ꝛ formā p̱priā: sȝ s̄m q̄ est pars: ꝛ icludit̄ in multo: ꝛ nō s̄m q̄ vnū hȝ p̱fectōeȝ: sȝ s̄m q̄ est in poᵃ: sicut ēt dr̄ de corpore q̄ vnuȝ accipit̄ s̄m formā ꝛ p̱priā speciẽ vt opponit̄ aīato ꝛ nō est in poᵃ ad vlteriorẽȝ p̱fectionẽ: sicut corpus qȯ est lapis hȝ formā p̱priā ꝛ p̱fectōeȝ per se: ꝛ sic nō ꝯstituit aīatū. Alio mō capit̄ nō s̄m perfectionẽ ꝛ formaȝ p̱priam; sed inquantū est pars aīati ꝛ est in poᵃ ad vlteriorẽ perfectionẽ: ꝛ sic nō opponit̄ animato: sed cõstituit ipsuȝ.

Hoc viso dōm est ad qōneȝ p̄mo q̄ capiẽdo vnuȝ p̄mo mō opponit̄ multo. Et cā est. Illa opponunt̄ que hñt ratiōes oppositas et maxime distāt: q̄ que maxime distāt ꝛ hñt ratōes oppositas illa sunt opposita: ꝛ hoc pȝ ex diffōne ꝯ̄riorꝝ: sȝ vnū ꝛ multa sunt hꝰ: q̄ vnū capiẽdo p̄ᵒ mō hȝ rōnẽ oppositā ad multa ꝛ maxīe distat ab ipso: ꝛ hoc in genere discretoꝝ: q̄ vnū iquātuȝ dicit mihi nām subiectā idiuisibilitati ꝛ multitudo dicit nāȝ subiectā diuisibilitati: ꝛ ista maxīe dr̄nt: ꝛ vt sic nō p̄nt se ꝯpati in eodẽ. ⸿ zᵒ dōm: q̄ sic opponit̄ ei ꝯ̄rie. Et cā est: q̄ iā p̱batū est q̄ vnū ꝛ multa sunt opposita vl' ḡ ꝯ̄dictorie vel relatiue vel p̄uatiue vel cõtrarie. p̱ sufficiẽtẽ diuisionẽ: q̄ nō sūt p̱les spẽs oppōnis: sȝ nō p̄nt dici q̄ opponant̄ ꝯ̄dictorie: q̄ horū semp̱ vnū est ens aliud nō ens: sȝ ista ambo sunt entia. silr̄ nō opponunt̄ relatiue: q̄ relatiue opponunt̄ vt forᵉ respᵗᵉ ꝛ nō forᵉ abᵗᵉ: sȝ iste sūt forᵉ abᵗᵉ. ḡ opponunt̄ ꝯ̄rie vel p̄uatiue: sed nō p̄uatiue: q̄ vnū illoꝝ est ens. alterū v̇o nō ens saltẽ s̄m qd. vñ nullā nāȝ ponit p̄uatio. ḡ opponūt̄ ꝯ̄rie. ⸿ Sȝ tu posses istare: q̄ Cõmentator vult. cõ. 9. q̄ opponant̄ p̄uatiue: q̄ dicit: q̄ vnū ꝛ multa sunt ꝯ̄ria. ꝛ ꝯ̄rietas s̄m quā sunt ꝯ̄ria sunt p̄uatio ꝛ habitus. Et addit Cõmentator q̄ Arꝫ. vocat p̄uōnẽ ꝛ habitū ꝯ̄ria: q̄ ꝯ̄ria v̇a reducunt̄ ad hoc genus: ꝛ sic vult Cõmẽtator: q̄ vnū ꝛ multa opponant̄ p̄uatiue. ⸿ Ad hoc dōm est q̄ vnū pōt duplr̄ ꝯsiderari. vno mō quo ad nām subiectā indiuisiōi: ꝛ illa nā sig̃tur noīe simplr̄: ꝛ sic dicit nāȝ positiuā: ꝛ sic opponit̄ multo ꝯ̄rie quo ad formā ꝛ p̱fectōeȝ eius. Alioᵒ ꝯsiderat̄ vnuȝ quo ad indiuisionẽ: ꝛ sic dicit p̄uationẽ q̄ p̄uatio nō sig̃tur p̄ncipalr̄ noīe vnius: sȝ ꝯnotat̄ ꝛ sic opponit̄ multo p̄uatiue. ⸿ zᵒ pōt argui p̱ zᵃ ꝯ̄ne. Illa sunt opposita ꝯ̄rie que sunt spẽs aliċᵒ generis ex opposito distincte: ꝛ h̄ est manifesta. ex. io. hᵒ. t.c.i3. z.i4. q̄ dr̄ q̄ ꝯ̄rietas est dr̄ia s̄m spẽm: sȝ vnū ꝛ multa sunt hꝰ: q̄ ens diuidit̄ in ista. s. vnum ꝛ multa: sicut in spẽs aliqualiter que sunt diuerse q̄ditates. vt pȝ. 5. hᵒ. ꝛ ioᵒ. q̄ nō veliȝ dr̄e q̄ ens sit genus vniuocū ad ista: sȝ analogū. ⸿ Nōndū tñ q̄ aliq dr̄t q̄ vnū ꝛ mlta diuersimode ꝯsiderata opponunt̄ s̄m oẽs spẽs oppositiōis: q̄ dr̄t q̄ vnū inquātū est ꝯuertibile cuȝ ente opponit̄ multo ꝯ̄dictorie: q̄ multitudo est nō ens: ꝛ ens ꝛ nō ens ꝯ̄dicūt. In veritate illud nō est bñ cautuȝ: q̄ multitudo nō est nō ens: lȝ. n. non sit vnū ens: tñ est multa entia: q̄ multas vnitates includit. vñ nō est vera ꝯ̄dictio inter vnuȝ ꝛ multa. Secūdo dicunt q̄ si vnum considerat̄ vt mensura sic opponuntur relatiue: quia mensura refertur ad mẽsuratū. Hoc ēt vdetur esse de itentione Aristo. postea: q̄ dr̄ q̄ vnū opponit̄ mlto aliqualr̄. s. relatiue: q̄ est metrū ꝛ mẽsura numeri: ꝛ hoc nō est ꝯ̄ p̄maȝ ꝯnem: q̄ abᵗᵉ acceptū ꝯ̄riat̄ multo: qūo aūt vnuȝ ꝛ multa opponant̄ p̄uatiue vel ꝯ̄rie ex dictis pȝ q̄ñ dicebat̄ ad dcm̄ Cõmentatoris. ⸿ 3ᵒ dōm: q̄ capiẽdo vnū zᵒ. mō nō opponit̄ multo. Et causa est tacta p̄us. Illud qȯ est p̱s alteriꝰ ꝛ ipsuȝ ꝯstituit nō opponitur sibi ꝛ visa est prius.

Ad rationes .s. p̄maȝ ꝛ 3ᵃᵐ pȝ ex dictis: q̄ p̱bant q̄ vnū scd̄o mō acceptū nō opponit̄ multo: ꝛ hoc est ꝯcessuȝ. ⸿ Ad zᵃᵐ vnū nō opponit̄ nisi vni. Concedit̄. in vno genere

Sed ista rñsio doctoris ē mihi suspecta. vr̄. n. sȝ p̄ncipia Auerr. q̄ vnū p̄ncipalr̄ sig̃t p̄uōnẽ diuisibilitatis. vnū. n. nō dicit aliquaȝ dispōnẽ additaȝ essentie. sicut opinatus est Auicẽna ꝯ̄ quem inuehit Cõmẽtator. 4. metaph. ꝯ. 3. ꝛ in. io. hᵒ. cõ. 8. Et q̄ oppositio inter aliqua attẽdit̄ penes suum p̄ncipale sig̃tuȝ. iō Cõmentator. iuxta sua p̄ncipia dixit q̄ vnū ꝛ multa opponūtur p̄uatiue. ꝛ iō expositus per oppōnem ꝯ̄riaȝ oppōneȝ s̄m habitum ꝛ p̄uationẽ. q̄re glosa doctoris destruit intẽtionẽ cõmẽtatoris. sic videt̄.

oppōnis ꝛ eodē mō. Tu dicis: ꝙ multū opponitur pauco. Dōz ꝙ multitudo pōt dupl'r ꝯsiderari. vno° vt dicit excessuz respcū alterius: ꝛ hoc mō multitudo opponiť pauco: qꝛ multitudo est quedā pluralitas cū excessu: ſʒ paucitas est multitudo sine excessu. Alio mō pōt ꝯsiderari ſm se ꝛ abſolute: ꝛ sic opponitur vni ꝛ nō pauco: qꝛ sic etiā paucitas est q̄dā multitudo: sicut dualitas. Et h̄ de qōne. Qō. VII.

T.c.9. ¶ Diciť aūt ex contrario ꝛ ostenditur ꝛc̄.

Queritur circa hanc partē. Utrū vnū sit p̄us multitudine. ¶ Et arguitur p̄mo ꝙ nō. Priuatio est posterior habitu. vt pꝫ per Arist. in lr̄a: ſʒ vnū hꝫ se ad multum: sicut p̄uatio ad habitū: qꝛ vnū dicit idiuiſionē: ſʒ multū dicit diuiſionē: ſʒ idiuiſio est p̄uatio diuiſiōis. g̃ ꝛc̄. ¶ Itē. illud est posterius altero qđ notificať per alteꝝ: qꝛ notificans p̄us est notificato: ſʒ vnū notificať per mltitudinē cū in diffōne vnius ponať multitudo: qꝛ vnū est nā indiuiſa ꝛ nō multa.

T.c.9. **Oppositum** vult Ar.x.o. vnū nāl'r esse p̄us multitudine: ſʒ sensu sit posteri⁹.

Ad qōnem dōm: ꝙ vnum nāliter est p̄us multo. Et cā est. simplex p̄us est ꝯposito: qꝛ precedit ꝯpositū: sicut pars totū: sed vnū est simplex respcū multi: cū vnitas sit nā indiuiſa ꝛ simplex. g̃ ꝛc̄. ¶ Item. illud qđ dependet ab alio in eē ꝛ ꝑticipat ipsuz est posteri⁹ nāliter: qꝛ qđ depēdet ab alio posteri⁹ est eo: sicut effectus posterior est cā: ꝛ ēt p̄us nō ꝑticipat posterius: sed eꝯ magis: ſʒ multitudo depēdet ab vnitate in esse ꝛ ꝑticipat eā: qꝛ multitudo causať ex vnitatib⁹ ꝛ participat eas. vn̄ multitudo non est nisi multe vnitates. ¶ Itē qđ est metꝝ alterius hoc est p̄us eo nāliter: ꝛ h̄ est manifesta ex dictis: ſʒ vnitas est metrū multitudis. vt visuz est p̄us. g̃ ꝛc̄. ¶ 2° dōm: ꝙ vnū posteri⁹ est multo quo ad nr̄az cognē. Et cā est. Illud est p̄us cogne quo ad nos qđ est magis sensibile: qꝛ

T.cō.p̄. oīs nr̄a cognitio icipit a sensatis. vt dř p̄mo poster. ſʒ multitudo est magis sensibilis vno. vt pꝫ ex lr̄a:

T.cō.9. qꝛ dicit Arist. ꝙ plr̄itas est magis sensibilis q̄ꝫ vnū: ꝛ diuisibile magis est sensibile q̄ꝫ indiuisibile: ꝛ sic plr̄itas p̄or est vno rōne ꝑꝑ sensuz. i. notitia sensibi-

Cōm.9. litatis. ꝛ dicit Cōmētator. cā in h̄ est: qꝛ diuisibile est mai⁹ idiuisibili: ꝛ maius māifestius est minori. ¶ Sꝫ forte aliq̄s diceret ꝙ vnū quo ad nos ꝛ ſm sensuz est p̄us multo: cū sit metrū multoꝝ. ¶ Dōz ꝙ duplex est cognitio sensitiua quo ad nos: quedā est ꝯfusa: ꝛ tali cogne sensitiua ꝯfusa multitudo est p̄or vno: qꝛ p̄us occurrūt multa q̄ꝫ vnū: sicut qn̄ aliq̄s audit ꝛ videt mlta ex remotis cogne ꝯfusa p̄us occurrūt sibi multa q̄ꝫ vnū. Alia est cognitio perfecta ꝛ tali forte vnum est p̄us multo. ¶ Nōndū ꝙ vnū diffiniť multitudine: ꝛ eꝯ: nō tn̄ est diffō circularis: qꝛ hoc est diuersimode. vn̄ in multitudie est duo ꝯsiderare. diuiſionē ꝛ mltitudinē. Nō si multitudo ꝯsiderať quo ad diuiſionē: sic vnuz diffiniť ꝑ multitudinē: qꝛ ꝑ negnē diuiſionis: ſʒ si ꝯsiderať quo ad multitudinē: tūc multitudo diffiniť ꝑ vnū: qꝛ multitudo est aggregata ex vni⁹: ꝛ nō sunt aliq̄ multa: nisi cuilꝫ parti corrńdeat vnū. ¶ Nōnduz vlteri⁹: ꝙ diuiſio q̄ opponiť vni vt ꝯuertiť cū ente: ꝛ diuiſio que opponiť vni vt est p̄n̄m numeri nō est eadē: qꝛ diuiſio q̄ opponiť vni vt ꝯuertiť cum ente

cāt ꝯdictoria ſm ꝙ dř hoc est hoc: ꝛ hoc nō est hoc: ꝛ hoc debes itelligere nō quo ad nām subiectā indiuiſioni: qꝛ illa opponiť multo ꝯrie. vt p̄us visum est: ſʒ hoc est intelligendū quo ad indiuiſionē: que est quedā p̄uatio ꝛ aliq̄ negatio: ꝛ sic rō vnius accipiť ab indiuiſione: que opponiť diuiſioni inter ꝯdictoria: sed ratio vnius vt est p̄ncipiū numeri opponiť diuiſiōi quātitatiue. Et ex hoc aliq̄ ꝯcludunt ordinē intelligendi: qꝛ p̄us intelligiť ens aliquod nō vna intellectiōe ſm ꝙ subā vel accidēs intelligiť. Secūdo intelligiť nō ens. Tertio intelligiť diuiſio inter ꝯria vt diuiſio entis a nō ente: vt ꝙ subā est diuiſa a quātitate: qꝛ illa sunt diuiſa: quoꝝ vnū nō est alteruz: ꝛ h̄ est diuiſio cōtradictionis. postea intelligiť vnū qđ priuat diuiſionez. Ultimo intelligiť multitudo que est aggregata ex vnitatibus.

Ad rationes ¶ Ad p̄mā pꝫ: qꝛ vnū quo ad indiuiſionē posteri⁹ est multo: qꝛ ꝑ diuiſionē cognosciť indiuiſio. ꝛ hoc est ꝯcessuz. ¶ Et sic ēt pꝫ ad 2ᵃᵐ: qꝛ vnū notificať per multitudinē rōne diuiſionis: ſʒ mltitudo notificať ꝑ vnū rōne: quod est multitudo aggregata ex vnitatibus. Qō. VIII.

T.cō.12. ¶ Quare palā ꝙ diuersuz ꝛ dissimile ꝛc̄.

Queritur circa hanc ꝑtez. Utrū omne ens ꝯparatū oī enti sit idez vel diuersuz. ¶ Arguiť p̄mo ꝙ non. Nō ens pōt ꝯparari ad ens: ꝛ tn̄ nō ens nec est idem nec diuersuz ab ente. p̄⁹ nō est idē: qꝛ ens ꝛ non ens opponunť cōtradictorie: ꝛ per ꝯn̄s maxima oppositiōe. quoꝝ vnū est remotiuū alterius: nec ens ꝛ nō ens sūt diuersa: qꝛ differēs in aliquo differt: sed nō entis nō est differentia. g̃ ꝛc̄. ¶ Itē vna qualitas pōt comparari alteri qualitati ꝛ vna quātitas alteri: ꝛ h̄ est manifesta: qꝛ alb⁹ pōt comparari albo ꝛ tricubitus tricubito: sed duo albi nō dicunť idē: sed similes magis: sed duo tricubiti equales ex predicamētis. ꝛ. 5. huius. g̃ ꝛc̄. ¶ Item idē ꝛ diuersum sunt dr̄ie subē. ex. 5. huius: qꝛ vnitas in substātia est ydētitas: sed alietas est diuersitas: ſʒ vnitas in qualitate est similitudo. vnitas in quātitate est equalitas ꝛ diuersitas inequalitas. ergo substātia alteri cōparata substantie diciť esse eadem vel diuersa: quia nihil comparatur per differētias subē: nisi que sunt subē.

Capi⁹ de q̄ntitate. T.c.18. ꝛ.20. T.c.20.

Oppositum vult Arist. in predicta littera: ꝛ postea subiungit: ꝑpter qđ omne ad omne: aut est idem: aut aliud.

Notandum ꝙ vna est cōparatio ꝑp̄e dicta de qua dicit Aristo. 7. physicoꝝ: ꝙ solum mō fit in sp̄ē athoma: ꝛ de tali non loquiť ad p̄sens. Alia est cōparatio cōmuniter dicta: que est collatio reꝝ similiū vel dissimiliū vel rerū eiusdē generis vel diuersoꝝ generū: ꝛ de hac procedit questio.

T.cō.12. T.cō.31.

Hoc viso dōm est ad qōnem: ꝙ omne ꝯparatū oī aut est idē: aut diuersuz. Et cā est. In oī cōparatiōe: aut subā ꝯpať subē: aut subā ꝯpať accn̄ti: aut accn̄s accn̄ti. per sufficientē diuiſionē: ſʒ in oī tali ꝯpōne ꝯpatū alteri vel est idē vel diuersuz. ꝑbō: qꝛ si due subē ꝯpanť ad seiuicē sunt diuerse. qꝛ sunt actu diuise: ꝛ q̄ sūt actu diuiſa sunt diuersa: nisi sint duo noīa sinoīa: qꝛ si talia ꝯparenť ad seiuicē: tūc subā nō eēt diuiſa: ſʒ eadē. verūz est ꝙ ydētitas ꝛ diuersitas in subā variať: qꝛ alique substātie sunt eedē genere: alique diuerse. Alique eedez sp̄ē alique diuerse. Alique eedez numero alique diuerse ꝛ applica. Sed si fiat cōparatio accn̄tis ad substantiaz: aut illud accidēs erit in illa subā vel in alia. si accidens cōpareť ad subam in qua est sic accidēs ꝛ subā ſm subm

⁊ subiectiue sunt eedem. tñ sunt diuersa ſm eẽntiã. Sʒ si accidens cõparetur ad aliã subaʒ ĩ qua non est. tũc sũt diuersa simplr̃. Sʒ si accidens cõparatur ad accidens: tunc illa accidentia vel sunt in eodẽ subo vel non. Si sint ĩ eodem subo: tunc sunt eadẽ subiiue: sed sunt diuersa ſʒ eẽntiam. Sed si non sunt in eodẽ subo: tũc sunt simplr̃ diuersa. ergo omne comparatum ad oẽ: aut est idem: aut diuersum. vnde dicit Ar̃. Diuersum gdeʒ igitur: aut idem pp̃ hoc oẽ ad oẽ dr̃ quecũqʒ dicunt̃ vnicum ⁊ ens. vult dicere Arist. Ista cõparatio tñ est inter illa que sunt entia. qꝛ idẽ ⁊ diuersum nõ sunt ↄdictoria. vñ cõpatio vnius ⁊ diuersi tñ est in entibus: ⁊ nõ opʒ ꝙ sit ĩ nõ entibus. vñ nõ opʒ ꝙ ens non enti sit idẽ vel diuersuʒ: sed si idẽ ⁊ diuersum essent ↄdictoria: tunc haberet veritatem ꝙ vnũ esſʒ ens: aliud non ens. vnde opponunt̃ cõtrarie. quoꝝ vtrũqʒ est ens. vnde ista cõparatio habet veritatem tantum ĩ entibus. ⁊ Ar̃. assignat causam in littera. qꝛ vnuʒ ⁊ ens cõparata vt vnum ens alterius. vel est aptuʒ natum eẽ vnũ cum eo: ⁊ sic est idem: vel non est aptum natum esse vnũ: ⁊ sic est diuersum. vñ sic idem ⁊ diuersuʒ opponunt̃ ↄrie.

Notandum ꝙ hic est dubiũ. Tu dicis. ꝙ omne ens comparatum alteri: vel est ideʒ sibi vel diuersum. modo capiatur diuersitas numeralis: vt hic homo est diuersus ab alio homine per diuersitatẽ. ⁊ ecõuerso. alter ab isto ẽ diuersus per diuersitatẽ. modo tunc vna diuersitas comparatur alteri: vel ẽ eadem sibi vel diuersa: non est eadẽ. qꝛ mea diuersitas non est tua diuersitas: nec est diuersa: ⁊ nihil predicatur de seipso denominatiue. ¶ Item si esset diuersa ista diuersitas hoc esſʒ per diuersitatem. ⁊ ecõuerso. alia esset diuersa per aliã diuersitatẽ: tunc queratur vel alia diuersitas: vel est eadeʒ: vel diuersa. nõ potest esse eadem nec diuersa per aliaʒ diuersitatem. qꝛ sic procederetur in infinitum. qḋ est falsũ. ¶ Dicendum ꝙ omne cõparatum ad omne: vel est ideʒ vel diuersum vel est quo aliqd est diuersum. qꝛ aliter iret̃ in infinitum. vnde per hoc patet solutio rõnis. qꝛ diuersitas mea comparata alteri non est diuersa: sed quo aliqd est diuersum: ⁊ hoc sufficit. vtrum aũt in diuinis paternitas ⁊ filiatio sint idem vel diuersum. qꝛ aliqui ponunt formalitates hoc habent videre theologi.

Ad rõnes. Ad primam patet ex dictis. qꝛ illa comparatio tantuʒ intelligitur in entibus. ¶ Ad aliam. vna qualitas ⁊ quãtitas ⁊c̃. conceditur. Et tu dicis. ꝙ non est idẽtitas ⁊c̃. Dicendum ꝙ similitudo ⁊ equalitas est quedã idẽtitas. qꝛ idẽtitas non est nisi quedam vnitas. propter hoc sicut in omni genere est reperire vnitatẽ: ita idẽtitatem. ¶ Ad aliã. Idem ⁊ diuersũ. ⁊c̃. Dicendum ꝙ sunt differentie sube. primo ⁊ principaliter tamen denominatiue sunt ad alia genera ⁊ substãtia. vñ cum idẽtitas sit quedam vnitas primo reperitur in substãtia: sʒ ex genere sube trãsfert̃ ad alia genera. vnde licʒ idem ⁊ diuersum sint drĩe substantie principaliter. tamẽ per deriuationẽ pñt repiri in aliqs gñib᷒. ⁊ ħ ẽ. Qõ. IX.

Ista fuit glo. subtil Sco. i. S. sue meta. oẽ ens oĩ enti cõpatũ. aut est idẽ: aut diuersũ. aut ẽ idẽtitas aut diuersitas.

¶ Quoniam autem differre contingit.

T. c. xi. — T. c. iz. — T. ↄ. iz.

Queritur circa hoc capitulũ. Utrũ cõtrarietas sit maxima distantia. Et arguitur primo ꝙ non. Contrarietas ẽ differẽtia in eodem genere. qꝛ contraria sunt eiusdẽ generis ex predicamẽtis ⁊ in hoc decimo. sed maxima distantia non est in eodẽ genere: cũ ea ꝗ sunt in diuersis generib᷒ magis distent illis que sunt ĩ eodẽ genere. ergo ↄrietas non est maxima distantia. ¶ Itẽ album ⁊ nigrũ sunt ↄtraria. ex lſa. sed inter albũ ⁊ nigruʒ nõ est maxima distantia. qꝛ maior distãtia est inter albissimũ ⁊ nigerrimũ. qꝛ dicitur 3° topico. Sicut se habet simpliciter ad simpliciter. ⁊ magis ad magis: ⁊ maxie ad maxime. ergo si distantia est inter album ⁊ nigrum qḋ habet se simpliciter: maior erit distantia inter albius ⁊ nigrius: ⁊ maxima inter albissimũ ⁊ nigerrimũ. ergo non est maxima contrarietas. ¶ Itẽ si contrarietas esset maxima distantia: tunc non posset fieri motus a medio ad extremũ: sed hoc est falsum: falsitas consequẽtis apparet. qꝛ videmus ꝙ motus fit a rubeo in album ⁊ nigrum. vt patet 5° phy. cõsequentia probatur. qꝛ motus est inter maxime distantia contraria. sed mediũ non maxime distat ab extremo. qꝛ magis distat extremũ ab extremo.

T. cõ. 6. i9. ⁊. 5z.

Oppositum vult Ar̃. in predicto ca° dicẽs. ↄrietatẽ esse maximã distantiã. T. c. iz.

Dicendum est ad questionem. ꝙ cõtrarietas est maxima distantia. Et potest probari ratione Ar̃. Ex quibus fiũt transmutatiões: ⁊ gnãtões: ⁊ in quibus est alteratio: inter illa est maxima distan°. qꝛ transmutationes fiũt inter maxime distantia. Et hoc dʒ intelligi de illis que maxie distãt ↄferibilr̃ ⁊ cõpabiliter. sed transmutatiões ⁊ gnõnes fiunt inter contraria. sic patet quinto phy. ⁊ ista ratio est Ar̃. ¶ Item sicut est in distantia locali: ita est in distantia cõtrarioꝝ. per cõmentatorẽ dicẽtem. Que qdem illa que sunt distãtia prima in loco sunt illa quoꝝ distantia est maxima. Et addit cõmẽtator. ꝙ tu debes scire ꝙ ista est diffõ ↄrioꝝ propter contrarietatem que est in loco. vnde distantia in loco est causa in cõtrarietate subiectoꝝ cor᷑ propriorum istis locis. ꝗ sicut est in distantia locali: sic est in distantia contrariorum. sed prima distantia in loco est maxima. per cõmentatorẽ. qꝛ dicit ꝙ illa que sunt distantia prima in loco sũt illa quorum distantia est maxima. Et dicit. ꝙ maxima distantia ĩ loco est circũferentie ad centrum: saltem virtute: licʒ non q̃ntitatiue. Et dicit cõmentator 8° huius. Quoniam oppositio prima ⁊ essentialiter est primo ĩ eis q̃ sunt in loco. i. contrarietas. vt exponit cõmentator. Ideo accepta est distantia ĩ diffõne contrariorum cum dr̃. ꝙ cõtraria sunt que maxime differũt. ¶ Notandũ hic ꝙ dʒ itelligi de contrariis ſm perfectã rõnem. qꝛ etiam mediũ cõtrariatur extremo inquantum participat naturam alterius extremi. Et tamen non maxime distat extremuʒ ab extremo q̃ʒ me᷑ ab extremo. sʒ de ħ plus videbit̃ postea.

T. c. i8. ⁊. i9. — Cõ iz. — Cõ. iz. — Cõ. 4.

Ad rationes. Ad primam. Contrarietas est differentia. ⁊c̃. conceditur. Tu dicis. ꝙ maior est distantia in diuersis generibus. Ar̃. soluit ħ in littera. qꝛ dicit. que non cõueniunt in genere non differunt ſm magis ⁊ minus: ⁊ maxime: sed magis distant incõferibiliter. i. incõparabiliter. qꝛ non possunt comparari. sed dicuntur magis distare incõparabiliter. ergo nõ ẽ maxima distantia inter diuersa genera comparabiliter. ¶ Ad aliam. album ⁊ nigrum. ⁊c̃. conceditur. Tu dicis. ꝙ non est maxima. nego. Ad probationem. Maior est distantia inter album ⁊ nigrum. Dicẽdum ꝙ verũ est quãtum ad excessum. sed tamen non quo ad essentiam. qꝛ albissimũ ⁊ nigerrimũ non differunt maxime. qꝛ pticipent albedinẽ ⁊ nigredineʒ. vñ dʒ esse iter contraria distantia ab᷑. non ſm excessuʒ cõpatiue. qꝛ ħ accidit ↄrijs. ¶ Ad probationem. Sicut se habet simpliciter. concedit̃. Ista ,ppõ dʒ itelligi ĩ predicatis per se ⁊ vniformiter accepti. modo maxime distare non respicit positiuuʒ ⁊ superlatiuum vniformiter: ⁊ eodem modo. qꝛ albissimum ⁊ nigerrimum non maxime distant distantia formali ⁊ essentiali nisi per albedinem ⁊ nigredinem inquantum pticipant albedinẽ ⁊ nigredinem. vnde ,ppe ↄria sunt abstracta q̃

Quõ intelligat̃ auctas.

ꝯstant in essentia idiuisibili: vt albedo ⁊ nigredo cũ sint species per se in genere: ſm ꝙ intenduntur ⁊ remittũtur ſm excessum intra terminum: vel in termino. hoc est ex parte subiecti magis vl minus dispositi ad illam formã. ¶ Ad aliam patet. qꝛ non ab[re] reperitur contrarietas inter medium ⁊ extremũ ſm perfectam rõnẽ ꝯrietatis: ſm quã sit maxima distantia. tñ adhuc motus põt fieri a medio ad extremum inquantuz in se includit nãm alterius extremi. qꝛ dicit Ar. 5. phy. ꝙ mediũ comparatũ ad vnuz extremoꝝ hꝫ rõnẽ alteri[us]. ꝫ rõ nõ ꝯ[tra]. Mõ X.

T.c.6.

¶ His autem entibus. ⁊c̃.

T.c.14 T.c.7. ⁊ inde.

Circa hanc ꝑtem queritur. vtrum vnũ sit contrariũ vni. Arguĩ ꝙ non. motus est a ꝯrio in contrarium. 5. phy. sed motus est a duobus in idẽ. qꝛ motus est a nigro ĩ albũ ⁊ a medio ĩ albũ. ergo duo sunt ꝯria vni. ¶ Itẽ plura ꝑñt contradicere vni: qꝛ huic ꝓpõni. oĩs homo currit. cõtradicit ista. qdã hõ non currit: ⁊ non oĩs hõ currit. ꝫ plura sunt contraria vni. qꝛ ꝯdictio est prima ⁊ maxima oppõ. si ꝫ duo pñt vni ꝯdicere: multo magis pñt duo contrariari vni. ¶ Item vtuti morali contrariantur duo mala. qꝛ liberalitati contrariatur prodigalitas ⁊ auaritia. ꝫ plura ꝯrianĩ vni. qꝛ ista sunt ꝯria virtus moralis ⁊ extrema in moralibus. ergo vnũ non contrariatur vni. ¶ Itẽ equali contrariatur paruũ ⁊ magnũ: ⁊ hoc apparet ex lrã. qꝛ equale ⁊ non equale ꝯriantur: ⁊ non equale consistit in magno ⁊ paruo. qꝛ qñ querimus de his dicimus ꝭ est eq̃le vel minus: vel magis. ꝯria pꝫ de se. ¶ Itez plures sunt ꝯplexiones ꝯriorum ꝗ̃ due. ex 2° topi. qꝛ dĩ ꝙ sex sunt cõplexiones ꝯrioꝝ: ⁊ due sunt cõplexiões non facientes cõtraria. sicut qñ vtrũqꝫ ꝯrioꝝ cõplectitur aliud: vt amicis bñfacere: ⁊ inimicis malefacere. vel eꝯ. inimicis benefacere: ⁊ amicis male. vñ ista non sunt contraria. qꝛ vtraqꝫ eligenda sunt eiusdẽ moris. Alio mõ accipiunĩ cõplões ꝯrioꝝ. qñ ambo ꝯria dicunĩ de eodez. ⁊ hoc dĩ. vt amicis bñfacere: ⁊ amicis malefacere: ⁊ inimicis bñfacere: ⁊ inimicis malefacere: aut vnuz dĩ de vtrisqꝫ. ⁊ hoc duplr: aut amicis bñfacere. ⁊ inimicis bñfacere. ⁊ amicis malefacere: ⁊ inimicis male. ⁊ sic pꝫ ꝙ quattuor sunt ꝯria ſm quattuor cõplexiones. ergo vni plura sunt ꝯria. qꝛ ista ꝯria plura sunt. ergo plura vni contrariantur.

T.c.14 Cõ.14

Oppositum vult Ar. in predicta lrã. vbi dicit. ꝙ his predictis existentib[us] ꝙ ꝯrietas est maxima dĩa ⁊ ꝑfecta: tunc seqtur ꝙ tñ vnuz vni est contrarium. ⁊ hoc idem vult cõmẽtator.

Notandum ad intellectũ qõnis. ꝙ duplex ẽ cõtrarietas. qdã est cõplexoruꝫ: vt oĩs hõ est iustus: nullus hõ est iustus. qdã incõplexoꝝ: sicͭ caliditas ⁊ frigiditas: sꝫ qõ tantuz q̃rit de ꝯrijs incõplexis: ¶ Itẽ ꝯrietas incõplexoꝝ vera est duplex. Quedã est ꝑfecta. ⁊ q̃dã diminuta. ꝑfecta est sicͭ caliditas ⁊ frigiditas in vltima perfectiõe. Sꝫ diminuta ꝯrietas fit triplr. vno mõ qñ ꝑ actionẽ ⁊ passionẽ remittunĩ excellentie extremoꝝ ⁊ hñt esse remissum: vt in tepido hꝫ esse frigidum et calidũ. qꝛ extrema actu manent ĩ medio. lꝫ non ſm eẽ vltimũ. tñ ſm esse remissum. ¶ 2° mõ est ꝯrietas diminuta ex debilitate entitatis subĩ. ⁊ sic ꝯrietas est inter formas subales. qꝛ subm eaꝝ est ens in po[tentia]. cũ tñ ꝯria requirant ꝑ subo ens in actu. ¶ 3° est ꝯrietas diminuta ex debilitate actiuitatis ⁊ passiuitatis: sicut spẽs ꝯrioꝝ in aĩa. ⁊ sic albedo ⁊ nigredo sunt ꝯria diminuta: qꝛ hñt debilẽ actiuitatẽ ⁊ passiuitatẽ.

Ex hoc tũc pñt dici tria ad qõnẽ. Primo ꝙ loquẽdo de ꝯrijs complexis. licꝫ non sit de proposito principali. ꝙ vnũ vni contrariatur formaliter ⁊ per se. Et causa est. Tot modis aliqua cõtrariantur cõplexe: quot modis idem predicatũ põt negari de subiecto de quo prius affirmabatur. per Ar. ꝑ ꝑhiermenias. qꝛ oppõ est eiusdem predicati de eodez subiecto affirmatio ⁊ negatio. ergo quot modis in genere oppõnis contrariorum idẽ predicatũ põt negari de eodez subo de quo prius affirmabatur: tot modis fit contrarietas: sed ꝑ se ⁊ formaliter: hoc fit tñ vno modo. qꝛ in eodem genere oppositionis per se ⁊ formaliter idem predicatum nõ põt negari de eodem subo de quo prius fuit affirmatum nisi vno modo sicut omnis hõ est iustus: nullius hõ ẽ iustus. ⁊ dico per se ⁊ formaliter. qꝛ vni pñt contrariari plures ꝑpositiones: vna formaliter: alia eq̃pollenter: ⁊ ꝑ accñs. sicͭ huic. omnis hõ est iustus. cõtrarianĩ due. vna formaliter. alia eq̃pollenter. vt nullus homo est iustus: oĩs hõ non ẽ iustus. ¶ 2° dõm ꝙ loquendo de ꝯrijs incõplexis q̃ sunt contraria ſm perfectã rõnem ⁊ non diminutam vnũ vni est cõtrarium. Et ratio est. In perfecta contrarietate icõplexorũ est maxima distantia ex predicta qõne. qꝛ cõtrarietas est maxima distãtia: sed illa tñ est inter duo. qꝛ inter duo extrema ⁊ vltima. ꝫ vnũ vni contrariatur. qꝛ illa tñ sunt duo. qꝛ vltimo non est aliqd vlteri[us]. Et confirmatur. qõ per superabundantiam dĩ vni soli conuenit. ex 5° topi. sed in perfecta contrarietate incõplexorum vnũ distat ab altero per superabundantiam. qꝛ maxime distare est distare per superbabundantiam. ergo illa distantia tãtum est vnius ad vnum. ¶ 2° dõm. ꝙ loquẽdo de cõtrarietate incõplexorum diminuta saltez quo ad primos duos modos plura possunt vni contrariari. Et causa est. In medio extrema sunt actu ſm esse refractum. ex primo de generatione. et per cõmentatorẽ ꝑ ⁊ 3° phy. qꝛ in palido ⁊ rubeo est albũ ⁊ nigrum actu. saltem ſm esse refractuꝫ. ꝫ plura vni sunt contraria. qꝛ medium contrariatur extremis cõtrarietate diminuta. ergo dixit Ar. 5° phy. ꝙ medium comparatum ad vltimũ extremorum habet rationem alterius extremi. Similiter patet de formis substãtialib[us]. qꝛ plures species sunt sub vno genere que sunt cõtrarie. de hoc plus postea videbitur: ⁊ prius etiam visum est in 8° huius. ꝙ forme subales elementorum sũt ꝯrie.

T.c.90. Cõ.56. Cõ.6.19 ⁊.52. T.c.6.

Ad rões. Ad primã. Motus est de cõtrario. ⁊c̃. conceditur. si est motus stricte accept[us] tunc est tantũ de vno contrario extremo ĩ aliud. Et tu dicis. ꝙ motus est de duobus in 3[m].

Dicendum ꝙ si accipitur mot[us] large ⁊ per aliõ. tamen potest esse de medio in extremum. ⁊ hoc quantum in medio saluatur natura alterius extremi. qꝛ non fit motus de palido ad album nisi ĩquãtum in palido saluatur nã nigri. ¶ Ad aliã: plura possunt contradicere. ⁊c̃. Dicendum ꝙ per se ⁊ formaliter vnum tantum contradicit vni. ¶ Ad probationez. huic. omnis homo. ⁊c̃. Dicẽdum ꝙ per se ⁊ formaliter huic contradicit ista: quidam homo non est iustus. sed ista contradicit ei equipollenter: non omnis homo est iustus. ⁊ sic rõ non concludit. ¶ Ad aliam. virtuti morali. ⁊c̃. potest dici. ꝙ contrarietas extremorum ad medium est diminuta. ⁊ sic plura vni possunt contrariari. vnde prodigalitas ⁊ auaritia ꝯriantur perfecte. ⁊ sic vnuz extremũ vni ꝯriatur: sed ꝯriantur liberalitati inquantuꝫ liberalitas est medium. ⁊ sic plura vni possunt contraria esse. Uel potest dici. ꝙ licet extrema q̃ ꝯrianĩ medio sint plã. tñ non cõtrariantur sibi vt plura: sed inquantũ habent rõnẽ vnius. s. rõne mali. ¶ Ad aliam. Equali contrariatur paruum. ⁊c̃. Dicendũ ꝙ non perfecte equale ꝯtrariatur magno ⁊ paruo. sed

opponitur sibi priuatiue. vnde est medium inter maius ₇ minus. ergo mediū p abnegationē pōt esse iter duo extrema: sicut lapis dicit̄ non iustus: q₂ neq₃ est iustus: neq₃ iniustus. ₇ sic non est perfecta contrarietas. ¶ Ad aliā. plures cōplexiones. ₇c. Dōȝ q̄ Ar. loquitur ibi de cōtrarijs cōplexorum. que possunt accipi ſm diuersitatē subiectoꝝ vel predicatorum: ₇ non ſm identitatē predicati et subi. q₂ non sunt vere ₇ proprie ꝯ̄ria: sed aliquo modo inquantū hn̄t contraria. vnde ista non sunt cōtraria amicis benefacere: ₇ amicis malefacere: cū non negetur idē predicatum de eodē subiecto: qd̄ prius fuit affirmatū. sȝ dicuntur ꝯ̄rie ex pte ꝯ̄rioꝝ incōplexorū: sicut bn̄facere ₇ malefacere. de h̄ plus hȝ videri alibi. Qō XI.

¶ Et que in eodem susceptibili.

T.c.14

Queritur circa hanc ptem. vtrum contraria habeant fieri circa idē. Et arguitur primo q̄ nō. sicut se hn̄t forme ad māȝ. sic se habent contraria ad subm. q₂ ꝯ̄traria differūt formaliter: ₇ sunt diuerse forme. ergo sicut diuerse forme hn̄t se ad materiam: ita contraria ad subm: sed diuerse forme requirunt diuersas materias. q₂ alia ₇ alia forma est in alia ₇ alia mā. q₂ actus actiuorū sunt in patiente disposito. ergo ꝯ̄traria non sunt circa idē subm. ¶ Item album ₇ nigrū sunt contraria. ex littera: sȝ non habent fieri circa idē subȝ. q₂ album hȝ fieri circa niuem: circa quā non habet fieri nigredo. ḡ non habēt fieri circa idē subiectum. ¶ Item calidū ₇ frigidum non hn̄t fieri circa idē subȝ. q₂ calidū hȝ fieri circa ignē: circa quē nō hȝ fieri frigidū. sed ista sunt ꝯ̄ria. imo perfectissime cōtraria. Similiter posset argui de scia ₇ ignorantia que sūt ꝯ̄ria. ₇ tn̄ ignorātia nō hȝ fieri circa subas ab[tas]. ḡ ₇c.

T.c.14 **Oppositum** vult Arist. in littera. q₂ dicit. q̄ ꝯ̄ria sunt pl̄u[m] differentia in eodem susceptibili. ₇ idē vult cōmentator.

Dicendum est ad q̄ōnem. q̄ contraria nata sunt fieri circa idem subm. Et cā est. Illa que maxime distant distantia ꝯ̄tinua hn̄t fieri circa idem subm: q₂ que distant maxime distantia continua hn̄t fieri circa idem subm. vnde nihil differt ab alio maxima distātia nisi habeant idē subiectum. vnde forte ī numeris non est contrarietas cū non distent: vt ꝯ̄tinua. sed ꝯ̄ria maxie distant distātia ꝯ̄tinua: sicut albedo ₇ nigredo: q₂ ista extenduntur extensione ₇ ꝯ̄tinuatione subi. vnde dr̄ ī postpredicamentis. Quāta fuerit superficies tn̄ albū esse dicas. Et forte tantum probat de contrarijs corporalib[us] vbi est continuitas. q₂ si aliqua contraria sunt ī intellectu nō sunt continua ꝯ̄tinuitate quantitatiua. ¶ Itē illa cōicāt ₇ habent fieri circa idem subm: inter que fiunt transmutationes ₇ gn̄ōnes. q₂ que non cōicant ī mā ₇ subiecto nō transmutantur adinuicē. vnde Ar. dixit. primo de generatione. oīum trāsmutabilium est eadeȝ materia. sed hec sunt contraria. q₂ q̄nto phy. transmutatio ₇ motus fit inter contraria. q₂ ex albo fit nigrum. Et propter hoc in diffinitione ꝯ̄rioꝝ ponitur q̄ sint eiusdeȝ generis ₇ subi. Et dȝ intelligi q̄ contraria habent fieri circa idem subiectū nisi subiectū determinet sibi a natura alterū contrarioꝝ. sicut nix determinat sibi albedinem ₇ ignis caliditateȝ. sicut dicit Ar. in postpredicamentis. ¶ Secūdo dōȝ. q̄ tn̄ illud subm est aliter ₇ aliter dispositū stans sub istis cōtrarijs. Et cā est. Sicut se hn̄t forme ad mām: ita ꝯ̄ria ad subm. p ꝯ̄uenientē silitudinē. q₂ ꝯ̄traria differunt formaliter: sed diuerse forme reqrunt mām aliter ₇ aliter dispositā. q₂ dicit cōmentator p̊ de aīa. q̄ mēbra leonis non differunt a mēbris cerui: nisi q₂ aīa differt ab anima. Et hoc

T.c.43
T.c.7.
Cō. 53.

est etiā qd̄ dr̄ q̄ omnes forme materiales conueniunt in mā prima: ₇ sunt in ea. tn̄ hn̄t alias ₇ alias materias propinquas. ḡ ēt ꝯ̄ria reqrunt subm. aliter ₇ aliter dispositū.

Ad rationes. Ad p̊mā pȝ. q₂ sicut forme diuerse sunt in mā p̊[a] tāq̄ȝ in subo: sed hn̄t mām aliter ₇ aliter dispositā: sic ꝯ̄ria hn̄t fieri circa idem subm. tn̄ aliter ₇ aliter dispositū. ¶ Ad alias rōnes pȝ. q₂ ista substantia determinant sibi a natura vnū contrariorum. vt visum est. Qō XII.

¶ Prima ergo contrarietas habitus. ₇c.

T.c.15.

Queritur circa hanc ptem. q₂ postea dicit. si ita gn̄ōnes ipi māe ex cōtrarijs. vtrū p̊ma contrarietas sit p̊uatio ₇ habitus. Arguitur p̊ q̄ non. Qn̄ aliqua ex opposito diuidunt aliqd̄ genus: vnum illoꝝ nō p̊dicatur de reliquo. q₂ dr̄ie ₇ spēs vnius generis nō predicant̄ de seinuicē. vt hō non predicatur de asino: sed oppō ꝯ̄ria ₇ priuatiua ex opposito diuidunt hoc genus. qd̄ est oppō: q₂ oppō diuiditur in quattuor spēs. sic ī opposita ꝯ̄dictorie ꝯ̄rie. ₇c. ḡ ꝯ̄rietas non est priuatio ₇ habit[us]. ¶ Iteȝ nō ens nō predicat̄ de ente: nec eꝯ̄. ₇ hec est manifesta per se: sed ambo ꝯ̄ria sunt entia. q₂ ponūt aliquam nāȝ: sed vnū priuatiue oppositorū est non ens. q₂ priuat nām: sicut cecitas licet derelinquat aptitudinem in subiecto. ergo contrarietas non est habitus ₇ priuatio.

T.c.15.

Oppositū vult Ar. in predicta littera. q₂ ostēdit q̄ prima ꝯ̄rietas est p̊uatio ₇ habitus. ₇ idem vult cōmentator.

Ad intellectum q̄ōnis dōm. q̄ priuatio vno mō pōt capi p dispōne q̄ dic̄ negationē ₇ carentiā forme ī subo simplr̄. ₇ sic inter p̊uationē ₇ formā est ꝯ̄dictio: sicut nō videt ₇ videt. Alio mō priuatio dicit carentiā forme ₇ perfectionis in subo apto nato: sicut cecitas dicit p̊uationē visus in oculo: ₇ inter illaȝ p̊uationem ₇ habitū est oppō priuatiua. tertio mō pōt capi priuatio vt cōsequitur aliquā formā positiuā. q₂ respectu alteri[us] dicit p̊uationē ₇ iperfectionē: sicut nigredo ₇ q̄libȝ vnū ꝯ̄rioꝝ dicit nām positiuā. tn̄ inquātū est priuatio alteri[us] nāe. q₂ nigredo est priua[tio] albedinis. q₂ dicit nām imperfectiorē. ₇ sic vnū ꝯ̄rioꝝ significat̄ p modum habit[us]: aliud p modū p̊uatiōis. Et ēt silr̄ vna dr̄iaꝝ cuiuscūq₃ gn̄is hȝ se ad aliā dr̄iam: sic p̊ua[tio] ad hitū: sic irrōnale hȝ se ad rōnale. vn̄ irrōnale hn̄ ponit aliqd. tn̄ dic̄ p̊uationē rōnalis: cū sit iperfect[um]. ₇ sic intelligas de alijs.

His visis dōe sunt ad q̄ōnem due ꝯ̄nes. Prima ē. q̄ ꝯ̄rietas p̊ma nō ē priuatio ₇ habitus p̊ ₇ 2° mō. Et cā est. vna spēs distincta ab alia non est alia: nec predicatur de ipsa. q₂ hō non predicatur de equo: sed priua[tio] p̊ ₇ 2° mō accepta facit distictas spēs a ꝯ̄rietate. q₂ oppō ꝯ̄dictoria ₇ priuatiua sunt spēs distincte a ꝯ̄rietate. ₇ p̊uatio p̊ mō accepta facit ꝯ̄dictionē. sed priuatio 2° mō facit oppōnē priuatiuā. ergo ꝯ̄rietas prima non est priuatio ₇ habitus. ¶ 2° dōm est. q̄ p̊ma ꝯ̄rietas bn̄ est p̊uatio ₇ habitus: capiendo p̊uationē ₇ habitum tertio modo. Et cā est. gn̄ātiones ₇ trāsmutationes fiūt in mā de ꝯ̄rijs ad ꝯ̄ria. ex 5° physi. q₂ omnis motus ₇ transmutatio fit ex cōtrario in contrarium. sed generationes fiunt ex habitu ₇ priuatione tertio mō accepta. vt ex non albo qd̄ est nigrū fit album. ergo omnis contrarietas erit priuatio hoc modo: sed non omnis priuatio erit contrarietas. q₂ priuatio dicitur multis modis. vt determinatur in littera. Et ad hanc intentionem dixit Ar. hic ₇ primo physi. q̄ in vnoquoq₃ genere est dare primam contrarietatē. s. ſm priuationem ₇ habitum. ₇ etiam dicit. q̄ ōis ꝯ̄trarietas aliorū

T.c.7.
T.c.15.
T.c.50,
₇ 55.

pdicamētorum reducitur ad pmā ↄ̄rietatē q̄ est i genere sube.i.ad priuationē ꝛ habitū. Et dꝫ intelligi hoc 3° modo accipiendo puationem. Et ēt dicit priuatio radix omnis contrarietatis. Rōnes procedunt vijs suis. qꝛ bene probant ꝙ ↄ̄rietas non est priuatio: capiēdo puationem pᵒ et secūdo mō. ꝛ sic sunt spēs ex opposito distincte. Et etiā sic priuatio non fundat̃ super formam positiuam. sed dic̃ carentiam forme: vel in subō simpliciter: vel in subiecto nato: sed contrarietas bene est priuatio tertio mō: qꝛ sic nō sunt spēs opposite: nec sic priuatio dicit negationem forᵉ. sed fundatur in forma positiua. licet dicat negationē forme opposite. vt visum est. Qō XIII.

T.c.17. ¶ Quoniā aūt vnuꝫ vni contrariū est. ꝛc̃.

Queritur circa hanc ptem. vtrū equale contrarietur paruo ꝛ magno. Arguitur primo ꝙ sic. Illa sunt cōtraria que plurimū distāt ꝛ nunq̄ compatiuntur se in eodem subō. per diffōnem contrarioꝝ. qꝛ contraria plurimū distant: ꝛ non cōpatiuntur se simul in eodem subiecto: sed equale ꝛ magnū ꝛ paruuꝫ sunt hō. qꝛ nihil est paruum magnū ꝛ equale. qꝛ equale neqꝫ est magis: neqꝫ minus. ¶ Itē illa videntur esse contraria: in quibus vtimur hac dictione vtrum. qꝛ tali dictione non vtimur nisi inter illa que non ↄ̄tingit esse simul: ꝛ hoc p naturam oppōnis ꝛ contrarietatis. sed i istis vtimur hac dictione vtrum: vt vtrū hoc sit magis vel minus: aut equale. ita ꝙ ex vna parte. vtrū querit īter magis ꝛ minus ex alia parte inter equale.

T.c.17. Oppositum vult Ar. in littera. vult eniꝫ ꝙ eq̄le non contrariatur magno ꝛ paruo: sed plus opponat̃ sibi priuatiue. ꝛ idem vult cōmentator.

Dicendum est ad q̄ōnem. ꝙ equale opponit̃ magno ꝛ paruo priuatiue. Et hoc pbat Ar. in littera. Equale opponitur magno ꝛ paruo: ꝛ hoc patet. qꝛ querimus per vtrum inter ista: ꝛ non queritur vtꝫ per se nisi inter opposita. qꝛ si vtimur vtrum in alijs. hoc non est nisi inquantū sunt aliqualiter ꝛ per accidens opposita. ¶ Ex hoc tunc arguitur. Aut ergo ista sunt opposita contrarie aut relatiue: aut contradictorie: aut priuatiue: sed non opponuntur primis tribus modis. primo non contrarie. qꝛ si hoc esset tunc vnuꝫ contrariaretur pluribus. sed hoc est falsum. qꝛ vnum non contrariatur pluribus contrarietate perfecta. cōsequentia patet. qꝛ magnū ꝛ paruum sunt duo. Nec etiam opponūtur relatiue cum vnum non dependeat ad aliud. ꝛ hēat respectuꝫ ad ipsū: nec contradictorie. qꝛ non opponuntur ↄ̄tradictorie: q̄rū negatio non est indifferenter in quolibet subiecto. sed est in subiecto apto nato. qꝛ hec est differentia inter negationem contradictoriam ꝛ priuationē. qꝛ negatio contradictoria non determinat sibi ens. qꝛ habet etiam fieri i non ente: nec determinat sibi aliquod subiectū. qꝛ vniuersaliter habet fieri in omni subiecto. qꝛ omne quod est: videt vel non videt. Similiter qō non est videt vel non videt. Sed priuatio determinat sibi subiectū cum semper sit in subiecto apto nato. qꝛ lapis nō dicitur videre nec esse cecum. Similiter determinat sibi tempus. qꝛ catulus ante nouem dies: nec est vidēs: nec est cecus. Similiter determinat sibi locū. qꝛ aliquis non solum ex carentia virtutis naturalis. nec dicitur bonus nec malus: sed etiam ex carentia loci: sicut hr̃ a cōmentatore h: ꝙ heremita: nec bonus nec malus dicitur pollitice. qꝛ non est in loco determinato vbi ē bonitas ꝛ malitia pollitica. Similiter determinat sibi partem. qꝛ in manu aliquis: nec dicitur cecus nec videns. Nō procedendū est ad minoreꝫ. qꝛ eq̄le non est nisi in subiecto apto nato: qꝛ non omne qō ē nec magnum nec paruum dicitur equale: sed tantum quod ē quantum: ꝛ non est magis vel minus. qꝛ equalitas ꝛ inequalitas sunt passiones quantitatis. ¶ Item aliter potest pbari. ꝙ ista non sint contradictoria. qꝛ si essent contradictoria: tunc omne comparatum alteri esset magis vel minus vel equale. sed hoc est falsum. qꝛ qō non est quantuꝫ: nec est magis minus nec equale. consequētia patet. qꝛ de quolibet affirmatio ꝛ negaᵒ ꝛ de nullo simul vere vel false. ergo relinquitur ꝙ equale opponatur magno ꝛ paruo. idest maiori ꝛ minori priuatiue. ¶ Notandum tamē ꝙ posset dici ꝙ magnū ꝛ paruū contrariarent̃ equali. ꝛ ecōuerso contrarietate imperfecta. sicut mediū cōtrariatur extremis. qꝛ equale aliquid ponit. qꝛ quantitatem q̄ nec maior est nec minor. Et sic vnum pōt cōtrariari pluribꝰ: sicut rubeum albo ꝛ nigro. ꝛ tamen opponitur ſm diuersas ratiōes priuatiue ꝛ cōtrarie. qꝛ contrarie opponit̃ inquantum dicit aliquam naturam positiuam: ꝛ non compatitur se simul cum magno ꝛ paruo in eodeꝫ subiecto. sꝫ priuatiue opponitur magno ꝛ paruo inquantū dicit negationem ꝛ priuationem vtriusqꝫ.

Ad rōnes in oppositum. Ad primā. Illa sunt cōtraria q̄ plurimū. ꝛc̃. cōceditur. si maxime distant: tunc sunt contraria perfecta contrarietate: ꝛ si dicunt naturam positiuaꝫ. ¶ Tu dicis. ꝙ equale. Dicenduꝫ ꝙ non maxime ꝛ plurimū distāt. qꝛ extremū magis differt ab extremo q̄ a medio. ergo sunt priuatiue opposita: vel saltē contraria contrarietate iperfecta. ¶ Ad aliam. Illa vidētur esse contraria. ꝛc̃. Dicendum ꝙ nō solum vtimur hac dictione vtrū in contrarijs. imo etiaꝫ in oībus oppositis: vt vult Ar. in lr̃a. ergo hoc argᵐ hn̄ pbat ꝙ sint opposita. sꝫ nō p̄cise probat ꝙ sint ↄ̄rie opposita. sic visum est. q̄re rō non concludit. Qō XIIII.

¶ Similiter aūt de vno ꝛ multis. ꝛc̃. T.c.20

Queritur circa hāc ptem. qꝛ postea d ic̃. vnū aūt est minus aliquo: puta duobus. vtrū vnū sit paucū. Arguitur pmo ꝙ sic. Multuꝫ contrariatur vni ꝛ pauco. ergo vnū est paucū. añs patet ex dictis. consequentia pꝫ. qꝛ vnū ↄ̄trariatur tantum vni. si ergo multū cōtrariatur vni ꝛ pauco: opꝫ ꝙ vnū sit paucū: aliter vnum contrariaretur pluribus. ¶ Item duo sunt multa: ꝛ nō sunt multa nisi respectu vnius. ergo vnū est paucū. maior ē nota. qꝛ duplex ē multiplex. ergo duo sunt multa. minor patet. qꝛ multuꝫ non dicitur nisi respectu pauci. ergo si duo sunt multa: ꝛ nō sunt multa nisi respectu vnius. ergo vnū est paucum. ¶ Iteꝫ illud qō est minus aliquo: hoc ē paucum respectu ipsius: sed vnuꝫ est minus duobus. ergo ē paucum respectu duorum. maior patet. qꝛ qō est minꝰ respectu alicuius: hoc est paucum respectu sui. minor pꝫ. qꝛ vnum est minus duobus. quia non est maius neqꝫ equale. ergo minus.

T.c.20 Oppositum vult Ar. i littera predicta. vnde dicit. ꝙ vnum ē minꝰ aliquo. s. duobus. Et hoc nihil probat. nec sequitur ꝙ si aliqd sit minus duobus. ꝛ tamen non est paucum: ꝛ i vno nō ↄ̄sistit paucū. idem vult cōmentator.

Dicendum est ad questionem. ꝙ vnum non est paucum. Et causa est. Sicut se habꝫ longitudo ad productuꝫ ꝛ breue. sic pluralitas ad multū ꝛ paucū. sed productū ꝛ breue sunt longum quoddam. ergo etiam multū ꝛ paucum sunt plura. maior est manifesta. per conuenientem similitudinem. qꝛ sicut longitudo cōparatur ad productum ꝛ breue tāq̄ ad suas passiōes: ita pluralitas cōparatur ad multū ꝛ paucū tāq̄ ad suas pas-

Cō.16.

sitiones.minor patet.qꝛ esse breue est quoddam longuz:qꝛ breue est passio longitudinis.⁊ similiter productuz. ergo breue est longum saltem excessum.ergo omne paucum ē quoddam multum:cuz sit passio multitudinis ⁊ pluralitatis.¶ Ex hoc tunc vlterius:paucuz est quoddam multum:sed vnum non est multum:vt de se patet: ergo vnuz non est paucum.¶ Item duo sunt primuz paucum.sicut vult Ar.sed vnum non est duo.ergo vnum non est ꝑmū paucum.⁊ per consequens multum paucuz.qꝛ magis videretur qꝺ esset primum paucum.¶ Notandum ꝙ multitudo potest considerari dupliciter. Uno modo. vt dicit pluralitatem excedentem: ⁊ sic opponitur paucitati inquantum dicit pluralitatis excessum. Alio modo consideratur multitudo:vt dicit pluralitatē absolute ⁊ simpliciter:⁊ sic opponitur vni:qꝛ vnū non est multitudo excessa. Ideo vnum non potest dici paucum.

Ad rōnes. Ad primā.patz ex isto notabili. Tu dicis.ꝙ multum contrariatur vni ⁊ pauco.conceditur.non eodē modo.sed diuersimode consideratum.vt visum est.ergo etiam non sequitur ꝙ vnum sit paucum.qꝛ vnū bene potest opponi pluribus diuersimode:⁊ ſm diuersas rationes.⁊ sic ratio non ꝯcludit. ¶ Ad aliam.duo sunt multa. Dicendum ꝙ si multa important multitudinem simpliciter ⁊ absolute:tunc duo sunt multa respectu vnius.qꝛ dualitas est prima multitudo:sed si multa important multitudinem excedentem : tunc duo non sunt multa:sed sunt primum paucum. ergo vnuz nō est paucum.¶ Ad aliam. Illud quod est minus.⁊c̄.Dicēdum ꝙ non omne minus est paucum. licet omne paucū sit minus:non tamen omne minus est paucum.qꝛ non oē minus est multum excessum. Qō XV.

¶ Multitudo autem quasi genus.⁊c̄.

T.c.21. **Queritur** circa hanc partem. vtrū multitudo sit in plus q̃ numerus. Arguitur primo ꝙ non. Cuius diffinitio conuertitur cū multitudine illō non est i plus. qꝛ diffinitio ⁊ diffinitum conuertuntur:⁊ neutrum est in plus altero.ergo cum quo conuertit̄ diffinitio:⁊ diffinitum.sed diffinitio numeri conuertitur cum multitudine.qꝛ diffinitio numeri est multitudo mēsurata ꝑ vnū. modo omnis multitudo est mensurata per vnū. ⁊ sic multitudo ⁊ diffinitio numeri cōuertuntur. ergo non in plus se habet.¶ Item quorum sunt eedem species ⁊ passiōes vnum non est in plus altero. qꝛ magis cōis ⁊ minus non sunt eedem passiones nec species:sicut animalis ⁊ hominis.qꝛ animalis species sunt asinus ⁊ equus:⁊ nō species hominis.sed eedem species ⁊ passiōes sunt numeri ⁊ multitudinis.qꝛ quecunqꝫ sunt species numeri: ⁊ multitudinis ⁊ ecōuerso.sicut denarius binarius ⁊ trinarius. Et ēt par ⁊ impar que sunt passiones numeri:etiam sunt passiones multitudinis.qꝛ omnis multitudo est par vl̄ impar. ergo.⁊c̄.¶ Itē vbi sunt entia multa diuisa.ibi est numerus.qꝛ numerus non est nisi multitudo discretorum ⁊ diuisorum per vnum.ergo vbi sunt multa entia diuisa per vnum:ibi est numerus:sed in omni multitudine sunt entia multa diuisa per vnum.sicut patet inducendo in multitudine substantiarum ab^{rū}: ibi sunt multa entia diuisa per vnum.ergo ⁊c̄.

T.c.21. **Oppositum** vult Ar.in predicta littera.vbi dicit.ꝙ mltitudo est quasi genus numeri supple quantitati.⁊ idem vult cōmentator.

Dicendum est ad questionem. ꝙ multitudo est in plus q̃ numerus.⁊ ē quasi genus numeri. Et causa est. Sicut se habet vnum absolute acceptum ad vnum quod est principium numeri:sic multitudo absolute accepta ad mltitudinez:q̄ est numerus:per conuenientē similitudinē.qꝛ sicut se habet principium ad principiū: sic principiatum ad principiatuz.sed vnū absolute est principiū multitudis absolute:⁊ vnū qꝺ est principium nuī ē multitudinis numeralis principium: sed vnum absolute acceptū est in plus q̃ vnum:qꝺ est principiuz numeri.qꝛ vnum absolute acceptuz circuit omne predicamētū.sed vnū qꝺ est principiū numeri est in determinato ꝑdicamento saltē reductiue. qꝛ i genere quantitatis.ergo ⁊c̄.¶ Item illud est in plus quod reperit̄ i sensibilib⁹ ⁊ extra sensibilia:q̃ illud qꝺ tātū reperit̄ in sensibilibus. qꝛ qꝺ reperitur in pluribus:hoc est magis cōmune illo qꝺ reperitur in paucioribus.sed multitudo absolute accepta reperitur tā in sensibilib⁹ q̃ extra sensibilia. qꝛ multitudo reperitur in sensibilibus.vt in canibus ⁊ bobus:⁊ extra sensibilia.qꝛ in substantijs ab^{ris}:⁊ numerus inuenitur in sensibilibus.qꝛ numerus est ens mathematicum : ⁊ entia matematica sunt ꝯiuncta sensibilib⁹ ſm esse licet sint absoluta ſm rationem. sicut pz ex dictis.¶ Notandum ꝙ Ar.dicit.ꝙ multitudo est quasi genus numeri:⁊ non dicit simpliciter. qꝛ non est genus proprie ⁊ vniuoce dictū. qꝛ multitudo reperitur in oībus predicamentis.sicut ens.mō nihil est genus vniuocū ad decem predicamenta. qꝛ ens non est genus.vt visum est in 4.° qꝛ ens dicitur multipliciter ⁊ non vniuoce.ergo multitudo non est genus proprie ⁊ vniuoce dictum ad numeruz.vñ vbicūqꝫ est numerus:ibi est multitudo.⁊ non econuerso.qꝛ etiam aliqua multitudo est essentiarum:vnde quādo Ar.in 12° huius inuestigauit numerū intelligentiarū:non intellexit de numero quātitatiuo. sꝫ de numero essentiarū.⁊ ille est in omni predicamento.¶ Notandū ꝙ sanctus Tho.dicit.ꝙ vnum pōt dupl'r considerari.vno mō vt est ens indiuisibile. ⁊ sic ꝯuertit̄ cū ente.⁊ nō est i determinato ꝑdicamēto.Alio modo capitur.vt habet rationem mensure: ⁊ sic vnum est in gn̄e quantitatis reductiue.sic multitudo.vno modo consideratur vt dicit diuisionez entiū.⁊ sic est trāscendens : ⁊ non est in determinato ꝑdicamento.qꝛ pōt esse multitudo vel sub̄arum: vel qualitatum:vel quantitatū.Alio modo capitur multitudo:vt est mensurata.⁊ sic est in predicamento quātitatis. qꝛ qꝺ hꝫ rōnez mensurati hoc est i genere q̄titatis. Illud dcm̄ est difficile tenere quo ad vltimū.qꝛ ꝯsiderādo vnū ⁊ multa iquātū hn̄t rōnē mensure ⁊ mēsurati sūt i gn̄e relōnis. qꝛ dr̄ia ꝯhens aliqd dꝫ eē i illo gn̄e cū illo qꝺ ꝯhit.sic rōnale ē i genere in q̄ est aial. sꝫ mēsura ⁊ mēsuratū ē in gn̄e relationis.qꝛ sic vnū ⁊ multa inquātū hꝫ rōnē mēsure ⁊ mēsurabilis sunt i ꝑdicamēto relōnis. vñ hn̄ veruz ē ꝙ rō mēsure aliq̄l'r circūscribit dr̄iam vni⁹.ꝑ quā vnum ponit̄ i ꝑn^{cio} quātitatis. sꝫ tñ nō reponit ipsuz in genere q̄titatis.qꝛ dr̄ia alterius generis vt relōnis nō reponit aliqd in gn̄e q̄titatis.sic ēt esse mēsuratū circūscribit aliq̄l'r differētiā ꝑ quā multitudo ponit̄ i gn̄e q̄titatis:sed tñ ipsaz non reponit in gn̄e quantitatis:vt dictum ē.

Ad rationes. Ad primaz.cuius diffō.⁊c̄.cōceditur.Tu dicis.ꝙ diffō numeri. nego. qꝛ numerus est multitudo mēsurabil' ꝑ vnū qꝺ est ꝑn^{m} numeri. sed multitudo mēsurat̄ nō solum per vnum quod est ꝑn^{m} nuī: sꝫ etiam ꝑ vnum

T.c.44.⁊ ide.

Thome dcm̄ i ꝑsenti loco.

Pro defensione sancti doctoris pt dici. ꝙ ſmo suus dꝫ itelli q̄ ad mālē c q̄ ad fūdamētale. ⁊ nō q̄ ad formale. vñ ex qnto metaphy .t.c.23. tot modis dr̄ idꝫ tū quot modis dr̄ causa. sensus igit̄ Thome ē iste. ꝙ multitudo vt mēsurata.i. sumēdo mltitudinez ꝑ eo cui aduenit respectus mēsurati: sic ē i ꝑdicamēto q̄titatis.hn̄ verū ē ꝙ mltitudo inq̄tuz mēsurata formaliter sub h̄ respectu cōsiderata. vt sic ē i ꝑdicamēto relōis. sic i illi forte pt ē i ꝑdicamēto subē q̄ ad mālē. sꝫ q̄ ad formale ē i ꝑdicamēto relatiōis.sicut dicit Boe.i ꝑdicamēt.

qō circuit omne predicamentum. ℭ Ad aliā. quorum sunt eedem passiones ꝛ species. ꝛc. conceditur. Tu dicis. ꝙ eedem sunt species. ꝛc. nego. qꝛ numeri sunt species tantum ꝛ passiones de genere quantitatis. sed multitudinis absolute accepte: non solū sunt species de genere quantitatis. imo etiam spēs de gn̄e cuiuslibet p̄dicamenti. qꝛ multitudo subarū qualitatum quantitatum. ꝛc. ℭ Ad aliam. vbi sunt entia multa. ꝛc. conceditur. si sunt multa entia diuisa per vnum qō est principium numeri: tunc est numerus: sed si sint entia multa diuisa per vnuꝫ ꝙ cōuertitur cum ente: tunc non est numerus: sed multitudo. ℭ Tu dicis. ꝙ in omni multitudine. ꝛc. Dicēdum ꝙ verū est entia distincta per vnū qō est principium numeri. si est multitudo numeralis vel distīcta per vnum qō conuertitur cū ente si est multitudo ab^{te} accepta. ꝛ sic rō non ꝯ^{tr}.

Qō XVI

T.c.22. ℭ Qm̄ aūt cōtrariorum ꝯtingit mediū ꝛc.

Queritur circa hoc capitulum. qꝛ postea subiungit. omnia nāqꝫ media in eodeꝫ sunt genere: ꝛ quorum sunt media. vtrū media sint in eodē genere cum extremis. Arguit̄ primo ꝙ non. virtus moralis est medium inter duo extrema vicia. sicut patet. 2.° ethicorum. vbi diffinitur virt^{9}: (Cap. 5.) qꝛ dicit Ar. ꝙ virtus ē habit^{9} electiu^{9} i medie^{te} existens. sed virtus moralis non est in eodeꝫ genere cū extremis. qꝛ extrema sunt in genere mali: ꝛ virtus i genere boni: ꝛ bonum ꝛ malum nō sunt i genere. sūt tamen genera aliorum. vt patet ex postpredicamentis. ergo medium ꝛ extrema non sunt in eodem predicamento. ℭ Item equale est mediū inter magnū ꝛ paruum. sicut patet ex littera. sed equale pertinet ad genus relationis. magnū ꝛ paruū ad genus quātitatis. ergo medium nō est in eodem genere cū extremis. ℭ Item illa que sunt diuersarum rationuꝫ generaliū non sunt in eodem genere. qꝛ illa que sūt in eodem genere sunt eiusdē rōnis: saltem s̄m gen^{9}: vt omnia que sunt in genere animalis sunt eiusdem rationis inquantum animal. vt patet ex predicamētis. que eniꝫ non sunt eiusdem ratiōis generalis nō sunt in eodē genere: sed medium ꝛ extrema sunt diuersarum rationū generalium. qꝛ extrema habent principium. medio aūt repugnat ratio principij. ergo ista differunt s̄ꝫ rationes generales. ergo mediū cum extremis non est in eodem genere. ℭ Iteꝫ heremita est medium inter bonuꝫ ꝛ malum ciuile: vt vult cōmentator. (Cō. 16. huius.) sed heremita non est in eodem genere cum extremis: cuꝫ heremita sit in genere substātie. sed bonū ꝛ malū in genere qualitatis. ℭ Itē inter album ꝛ nigrum medium est intelligentia: qꝛ nec est alba nec nigra: sed intelligentia nō est i eodē genere cum albo ꝛ nigro: cum intelligentia sit i predicamento substantie: saltem reductiue: sed album ꝛ nigrū in genere qualitatis. ℭ Item s̄m cōmentatorem primo phy. (Cō. 78. ꝛ 79.) materia prima est medium inter formam ꝛ priuationem. sed materia non est i eodē genere cū priuatione. qꝛ priuatio est non ens. g̊ ꝛc.

T.c.22. **Oppositum** vult Ar. in p̄dicta littera. vbi dicit. ꝙ media s̄m formā sunt in eodem genere illis quorum sunt media: ꝛ idem vult cōmentator exponens Ar.

Ad questionem dicendum. ꝙ duplex ē medium. nā quoddaꝫ est medium s̄m formam: quod fit ex extremis cōmixtis. Et hoc est mediuꝫ in qō necesse est prius transmutari qō transmutatur. Aliud est medium priuatiuū qō non fit p̄ cōmixtionem extremorum in qō nō necesse est transmutari illud qō transmutatur. (De medio.) ℭ Tunc dicendum est ad q̄stionem. Primo ꝙ medium posi^{m} in qō necesse est prius transmutari quod transmutatur est in eodem genere cuꝫ extremis. Et causa est. Illa sunt in eodem genere a q̄ vna permutatio fit in aliud. ex littera. qꝛ dicit Ar. ꝙ non ē p̄mutari ab alio genere in aliud genus: nisi s̄ꝫ accidens: vt si permutatio fit ex coloribus in figuram. hoc accidit inquantum figura coniūgitur alicui colori: inquantū fit p̄mutatio per se: sed a medijs fit trāsmutatio in extremū: qō declarat Ar. in littera. qꝛ media dicimus hec: in quecunqꝫ necesse ē p̄us permutari qō permutatur. qꝛ ex si albo aliquid fiat nigrum: prius venit ad puniceū ꝛ rubeuꝫ: ꝛ si non venit ad omnia media. tamen ad aliq̄. qꝛ nō oportet ꝙ illud quod transmutatur ab vno extremo in aliud veniat per omnia media: sed sufficit per aliqua media. ergo necesse est media. ꝛ quorum sunt media esse in eodem genere: ꝛ non solum esse in eodem genere predicabili: sed etiam subijcibili. qꝛ transmutatio aliquorum non fit abinuicem nisi conueniant in aliquo vno subiecto. ergo ꝛc. ℭ Secundo dicendum. ꝙ medium priuatiuuꝫ in qō nō necesse est prius transmutari qō transmutatur non est in eodem genere simpliciter cum extremis ꝛ per se. Et causa est. qꝛ priuatio non est in eodem genere per se cum ente. sed medium priuatiuum habet se vt priuatio ad extrema: vt per se patet. ergo non est in eodeꝫ genere per se cū extremis. ℭ Item prima cōclusio potest probari alia ratione. Illud est in eodem genere cuꝫ extremis qō comparatum vni extremorum habet rationem alterius. qꝛ participat naturam vtriusqꝫ. licet media s̄m formā ꝛ cōmixtionem sunt huiusmodi. per Aristo. quinto physicorum. (T.c.6.) vbi vult. ꝙ medium per cōmixtionem comparatuꝫ vni extremorum habet rationem alterius. sicut palidum cōparatum ad nigrum habet rationem albi ꝛ eꝯ.

Notandum ꝙ hic est dubium. Equale est mediū s̄m priuationem inter magnuꝫ ꝛ paruum. ꝛ tamen est in eodem genere cuꝫ magno ꝛ paruo. ergo secunda conclusio non videtur vera. ℭ Ad hoc dicit̄ cōmuniter. ꝙ si magnum ꝛ paruum accipiantur vt dicūt quantitatem absolute: sic non habet medium vt equale. ꝛ sic sunt de genere quantitatis. sed si sic habent medium hoc simpliciter est priuatio quantitatis: qꝛ quod non est quantum nec magnum nec paruum nec equale: sicut intelligentia. ꝛ sic medium non est in genere quantitatis. Alio modo accipitur magnum ꝛ paruum: vt dicunt quantitatem excedentem ꝛ excessam. vt pro maiori ꝛ minori: ꝛ sic sunt in genere relationis. sicut quo ad rationem excedentis ꝛ excessi. ꝛ sic equale est medium. ꝛ est etiaꝫ i genere relationis. licet materialiter sint in predicamento quantitatis. vnde equale non dicit puram priuationem: licet non sit magis ꝛ minus. tamen aliqualiter participat naturam vtriusqꝫ. qꝛ comparatū ad maius habet rationem minoris: ꝛ comparatum ad minus habet rationem maioris. vnde etiam non fit trāsmutatio a maiori ad minus nisi prius perueniatur ad equale. ꝛ sic non est mediū simpl'r p̄ p̄uationē. ꝛ sic est in eodē genere cum extremis.

Ad rōnes. Ad primam. virtus est medium ꝛc. cōceditur. ℭ Tu dicis. ꝙ non est i eodeꝫ genere. Dicendum ꝙ imo. qꝛ extrema vicia ꝛ virtus sunt in genere qualitatis. ℭ Et tu dicis. ꝙ ar. dicit. ꝙ extrema sunt in genere mali: ꝛ virtus in genere boni: ꝛ bonum ꝛ maluꝫ non sunt in genere: sed sunt gnā. Dōm ꝙ ar. logt̄

ibi fm opinionē pithagoricorū: q posuerunt duo genera. vnum boni. aliud mali: ⁊ in genere boni posuerūt omnia bona. ⁊ in genere mali omnia mala. tamē fm veritatem bonum ⁊ malum licet sint genera subalterna nō sunt generalissima. qꝛ sunt in genere qualitatis. ¶ Ad aliaʒ de equali patet ex solutione dubij. ¶ Ad aliā. illa q̄ sunt diuersarꝫ rōnū ⁊c̄. ꝯcedit̄. si sūt diuersarꝫ rōnū gn̄alissimarꝫ: tunc sunt in diuerso genere: sed si sunt diuersarum rationum subalternarum: tūc possunt esse in eodeʒ predicamēto. ¶ Tu. d. ꝙ mediuʒ ⁊ extrema. ⁊c̄. Dicēdum ꝙ loquēdo de medio positiuo non differt ab extremis ratione generis generalissimi. vel etiā subalterni: licet media priuatiua differant ab extremis. vt visuʒ est. Et tu ꝓbas. ꝙ extrema habent se in ratiōe principij. Dicēdū ꝙ ratio principij ⁊ principiati non diuersificant rationē generis: sicut animal ⁊ homo. vtrum aūt aliqua media respectu alicuiꝰ extremi habent se in ratione principij: de hoc ingrendaʒ est. qꝛ forte media ꝑ cōmixtionem non habēt se in ratione principij respectu alterius extremi cū cōmiscentur ex vtroqꝫ: sed forte media in linea predicamentali vt subalterna habent se in ratione principij: faltem formaliter respectu extremi vnius vt speⁱⁿ. ¶ Ad aliam patet. ꝙ heremita non dicitur medium inter bonuʒ ⁊ malū tāq̄ʒ illud in quod prius fit permutatio q̄ʒ in extrema. ¶ Ad aliaʒ. Similiter intelligentia est mediū ꝑ abnegationem īter album ⁊ nigrum. ¶ Ad aliā. Dicendum ꝙ materia non dicitur mediū per cōmixtionem: nec etiā per abnegationem ꝙ sit non ens: sed dicit̄ mediū fm similitudinem. qꝛ forma est actus. ⁊ priuatio simpliciter est non ens. materia autem nec simpliciter ens: nec simpl'r nō ens. qꝛ est in potentia. vnde etiam ad materiā non est permutatio: sed magis in ipsa fit ꝑmutaᵒ. Et h̄ est.

Qō XVII.

T. c. 22. ¶ At vero sunt media oppositorum. ⁊c̄.

Queritur circa hanc partem. vtrū oīuʒ oppositorum sint media. Et arguitur primo ꝙ sic. Primo ꝙ īter contradictoria. Illud qō nec stat sub esse: nec sub nō eē est mediū inter contradictoria. qꝛ esse ⁊ nō eē sunt contradictoria. ergo si aliqd stat nec sub esse: nec sub non esse: illud ē medium inter contradictoria: sed illō qō transmutatur nec stat sub esse: nec sub non esse: nō sub eē. qꝛ nōdum est: nec sub non esse: qꝛ qō nō est non mouetur. ergo est medium. ¶ Item illa sunt simul quorꝫ non ē medium: ⁊ que non sunt simul illorꝫ est medium. ⁊ hec ē vā. qꝛ quorum est mediū illa non sunt simul. ergo per oppositum: quorum nō est medium illa sunt simul. sed opposita non sunt simul in eodem subiecto: vt pꝫ ex diffinitiōe oppositionis. ergo inter opposita est mediū. ¶ Item in que est transmutatio. est mediū. qꝛ transmutatio fit ab extremo ad extremū: ⁊ non peruenit ad extremum: nisi prius peruenit ad mediū. qꝛ medium est in qō prius necesse est transmutari qō transmutat̄. sꝫ inter opposita est transmutatio. qꝛ transmutatio est inter opposita. ex 5ᵒ phyꝭ.

T. c. 7. T. c. 22. ⁊ 23. Oppositum vult Ar. ꝙ nullorum oppositorū sit medium fm formā nisi contrariorū. Et idem vult cōmentator ⁊ expositores.

Dicendum est ad questionem. ꝙ nullorū oppositorum respectu proprij subi ⁊ in determinato tempore ⁊ loco ē mediū per se nisi cōtrariorū. Et causa est. Illorum est mediū fm formā. quorū est permutatio adinuicē ex diffinitiōe medij: qꝛ medium est in qō transmutans prius trāsmutat q̄ʒ in aliud. sed oppositorum est trāsmutatio. qꝛ non est iter non opposita. sicut pꝫ ex littera. ⁊ ex phiᶜᵒ. Ex hoc tunc vlterius. Si media sūt inter opposita: vel sunt inter contradictoria: vel ꝑuatiua: vel relatiue opposita: vel ꝯrie. sꝫ non sunt inter contradictoria. qꝛ inter esse ⁊ non esse non cadit mediū: ⁊ hoc ē verum: accipiendo esse ⁊ non esse vniformiter: vt esse ī actu: ⁊ non esse in actu: ⁊ esse in potētia: ⁊ non esse in potentia. ⁊ esse simpliciter: ⁊ non esse simpliciter. vn̄ ista non habent medium: qꝛ ista sunt cōtradictoria. vnde de quolibet esse vel non esse: ⁊ affirmatio vel negatio: de nullo simul vere vel false. sed accipiendo esse ⁊ non esse difformiter. sicͭ nō esse simpliciter: ⁊ esse ī actu: sic bene habent mediū. qꝛ eē in potentia. ⁊ sic non sunt contradictoria: sicut innuit cōmentator 12ᵒ huius. Similiter medium non cadit inter relatiue oppꝭᵃ ꝑ se: ⁊ h̄ ꝓbat Ar. de relatiuis fm dici. qꝛ illa non sunt in eodem genere: vt scientia ⁊ scibile. qꝛ scientia est qualitas: sed scibile potest esse substantia vel quātitas. Silr̄ potest probari de relatiuis fm esse. qꝛ inter illa non cadunt media: inter que non est transmutatio per se nisi gratia rerum: super quas fundātur. sicut patet quito phyꝭ. Et sic tantum media sunt inter illa: inter que est transmutatio. Et etiam sunt de eodē genere cū extremis. ergo īter relatiue opposita non cadūt media. Similiter media per se non cadunt inter opposita priuatiue: ⁊ hec comparata ad subiectū aptum natū ⁊ determinato tēpore ⁊ loco. qꝛ omne animal aptum natum ad videndum: ⁊ in tempore quo aptū natum est. est videns vel cecum. Et similiter requiritur determinatus locus. qꝛ aliq̄s non solum ex carentia virtutis naturalis neqꝫ dicitur bonꝰ neqꝫ malus. sed etiā ex carentia loci d̄terminati sicut dictū fuit ꝑus. vnde bene inter priuatiue opposita est medium quādo non comparātur ad subiectum aptum natum. sicͭ lapis neqꝫ dicitur videns: neqꝫ cecus. qꝛ nō est aptus natus videre. ⁊ sic intelligendum ē de alijs. vnde hoc non ē proprie esse medium ⁊ per se: cū medium debeat comparari ad idē subiectuʒ. ad qō extrema. ergo patet per sufficientem diuisionem: ꝙ media tantū sunt inter contrarie opposita. ¶ Secūdo dicēdum. ꝙ non omnium contrariorum est medium fm formā. Et causa est. Illa cōtraria non habent medium fm formam que non possunt refracta cōmisceri. qꝛ media fm formā causantur ex cōmixtione extremorū refractorum: sed aliqua contraria sunt hꝰ. qꝛ multa sunt contraria que non possunt cōmisceri per refractionem. sicut sanū ⁊ egrum ⁊ consimilia: vnde etiam dicuntur contraria īmediata fm Ar. in postpredicamētis. vnde bene verū est ꝙ comparādo sanum ⁊ egrum ad subiectum non propriū: vt ad lapidē: tunc habet mediuʒ per abnegationē. qꝛ lapis nec dicitur sanus nec eger. Et h̄ non dicitur proprie habere mediū. vt visum est prius. tamen aliqui addunt: ꝙ priuatiue opposita habent mediū inquantum in eis saluatur natura ꝯtrarietatis. qꝛ prima contrarietas ē priuatio ⁊ habitus. vt visum est prius. ⁊ sic priuatiue opposita per se non habent mediū: sꝫ ꝑ accñs.

Cō. 8. ⁊ 11.

T. c. 10.

Ad rationes. Ad primam. Illud qō nec stat sub eē: nec sub non esse ⁊c̄. conceditur. Illud est medium si accipit̄ esse ⁊ nō esse vniformiter. qꝛ sic sunt contradictoria. vt visum est. ¶ Et tu dicis. Illud quod transmutatur. ⁊c̄. Dicēdum ꝙ accipiendo esse quo ad terminū ad quē: tunc habet non esse. qꝛ stat sub non eē toto tempore precedēti. Et in vltimo instanti stabit sub non esse. ⁊ hoc si est generatio mixtorum. Sed tamē prius illud stetit sub aliquo esse. qꝛ materia non stat nuda. ēt materia habꝫ esse in poᵒ. qꝛ ex homine generatur asinus. tunc in toto tempore precedenti materia stetit sub nō eē asini. tamen stetit sub alio esse. vt hominis: ⁊ ī vltimo instanti introducitur forma hominis. Si auteʒ est motus: generaliter accipiendo motum: etiam pro generatione

elementorum: tunc quādiu mouetur: tunc non stat sub eē perfecto termi ad quez: tñ stat sub esse iperfecto: qꝛ semper pars acquiritur post partez donec totum perficiatur. Unde quando ex aqua fit ignis: tunc cōtinue abiicit vna pars frigiditatis post aliam: ꝛ etiam vna pars forme substantialis post aliam continue. qꝛ quantū amisit aqua de frigiditate tantum de forma substantiali: ꝛ semper acquiritur vna pars caliditatis post aliam: donec totum perficiatur. qꝛ quantum ignis acquirit de caliditate: tantum de forma substantiali. vt vult cōmentator tertio celi. Et tunc in vltimo instanti perficitur forma ignis. Et hec est intentio cōmentatoris in de substātia orbis. ꝛ tertio celi.

Cō. 67.

Capi. 3° cō. 67.

Sed qui tenent aliam viam ꝙ forme elementorum non suscipiant magis ꝛ minus: dicunt ꝙ ista intensio ꝛ remissio est non ex parte formarum substantialium. qꝛ sunt indiuisibiles: sed est ex parte dispositionum adiunctarum: sicut qualitatum. qđ tamen est contra cōmentatorez: ꝛ de hoc visum est. ¶ Ad aliam. Illa sunt simul. ꝛc̄. Dicendū ꝙ ista est falsa. qꝛ non habere medium est in plus ꝗ̄ eē simul in eodem subiecto: qꝛ multa non habent medium: ꝛ tamen non sunt simul: sicut contraria imedia. ꝛ multa alia. Unde ista sunt simul: que sunt in eodem tempore ꝛ loco: ꝛ non habent medium. ¶ Ad aliam. Inter que est transmutatio. ꝛc̄. Dicendum ꝙ non oportet nisi termini transmutationis habeant mediū. vnde termini generationis mixtorum non habent medium. ergo transmutatio fit de vno extremo ad aliud: sine hoc ꝙ perueniatur ad medium. sed bene verum est ꝙ per motum precedentez disponitur materia ad formā introducendaz: que dispōnes non sunt medium proprie inter esse ꝛ non esse. Similiter intelligendum de aliis transmutationibus que fiunt inter terminos qui non habent medium: vnde bene veruz est ꝙ transmutatio non fit de extremo in extremum qui non ꝑueniat ad mediū: ꝛ hoc vbi est mediuz. sed vbi non est medium non opz: ꝛ hoc est.

T.c.23.

¶ Prime autem differentie disgregatiuuz. ꝛc̄.

Queritur circa hanc partem. vtruz media ꝺm formā. vt palidū ꝛ rubeuz componantur ex extremis. Arguitur primo ꝙ non. due species non ꝯcurrunt ad ꝯstitutionez tertie speciei ꝺm porphyriū. in hoc spēs differt a dria: sed extrema sunt due species: sicut albedo ꝛ nigredo. ergo non constituunt medium: vt palidu ꝛ vel rubeū. ¶ Item ex duobus entibus in actu non fit 3m. 7. hꝰ. ꝛ 8°. sed duo extrema sunt actu: vt calidum ꝛ frigiduz. ergo nō constituunt medium. ¶ Item ex illis non fit aliquod 3m que non compatiūtur se simul in eodē: hec est manifesta: sed duo extrema nō compatiuntur se simu. in eodē subo. vt albedo ꝛ nigredo cum sint contraria.

In cōitatibus

T.c.49

T.c.15.

T.c.23.

Oppositum vult Ar. in littera. qꝛ vult ꝙ media ꝺm formam componantur ex extremis. ꝛ idem vult cōmentator.

Dimissis opinionibus dicendum. ꝙ media ꝺm formam cōponuntur actu ex extremis. Et causa est multiplex ꝺm Ar. Prima est. Illa que sunt simplicia in quolibet genere sunt causa compositorum vł cōpositiua aliorum. qꝛ illa que sunt in eodē: vel sunt composita vel simplicia: ꝛ simplicia sunt cōpositiua aliorū. sed extrema sunt simplicia. qꝛ albedo ꝛ nigredo sūt extrema in genere colorū: ꝛ sunt maxime simplicia. ergo sunt principia aliorum. vt mediorū. ¶ Secūda causa Ar. Illud est compositum ex extremis in qđ prius trāsmutans trāsmutat. qꝛ illud in qđ prius transmutans transmutat ꝗ̄ in extremū illud est cōpositū ex extremis. qꝛ aliter nō priꝰ transmutatio fieret in ipsum: sed medium est hmōi. ex lra. ¶ 3ª causa eiusdem est. Illud qđ habet se ad duo extrema: ita ꝙ vnius est minus alterius magis: illud est compositum ex illis. hec est manifesta. sed qđlibet medium ꝺm formaz sic se hz ad extrema: ꝙ vnius est magis. ꝛ alterius est minꝰ. ꝛ hoc patet in omnibus inducendo. qꝛ nullum medium equaliter habet se ad extrema: vt dicit cōmētator. ꝙ impossibile est ꝙ in composito ex contrariis sint due partes equales. sed altera debet esse dominās: cui attribuitur forma. Et addit cōmentator. ꝙ hoc demonstrat impossibile esse inuenire mediam complexionē in extremis cōtrariis. vt dixit Galienus possibile esse. Tunc hoc probat cōmētator. qꝛ si esset possibile inuenire mediam cōplexionem. tunc essz possibile inuenire cōpositum ex ipsis extremis absqꝫ eo ꝙ accideret eis transmutatio: aut diminutio: ita ꝙ cōmētator vult dicere. ꝙ si esset complexio media. tunc res cōposita nunꝗ̄ corrumpetur ab intrinseco: qꝛ non essz dare causam quare vnum plus ageret ꝗ̄ aliud. Sed bene posset ab extrinseco. s. a continente transmutari. qꝛ continēs posset ipsum calefacere magis vel minus: ꝛ hoc cōcordat cum dicto cōmentatoris. pmo celi. ꝙ non est dare mixtū in quo elemēta equaliter dominentur. qꝛ si hoc esset: tūc non esset motus. qꝛ qua ratione moueretur sursum: ꝛ deorsum. silr non esset dare locum. qꝛ qua ratione esset sursuz: ꝛ deorsuz. Et addit cōmentator postea: ꝙ partes in composito ꝛ mixto sunt in potentia: non i actu. ꝛ ideo ꝯpositū est vnum in actu ꝛ forma. qꝛ per partē dominātē. i. per formam que principalius respicit ptez dominantē. ¶ 4ª cā. Ex illis componunť media que sunt priora pnª in eodez. qꝛ inferiora ꝛ posteriora cōponuntur ex primis: sed extrema sunt prima principia respectu medioꝝ in eodē genere. qꝛ albedo ꝛ nigredo sūt pora respectu coloꝝ mediorū. Et sic pz. ꝙ extrema actu sūt in medio: sicut elemēta actu sunt in mixto: vt visum est in 5°. Et ad hanc intentionē dicit cōmentator p pby. ꝙ differētia est inter materiam primam ꝛ mediū. qꝛ materia prima est in pura potētia susceptiua omniū formaꝝ ꝛ forme sunt in materia prima i pura potentia: sed extrema sunt in medio actu. ¶ 2° dicendum. ꝙ media nō componuntur ex extremis ꝺm suas vltimas perfectiones ꝛ excellētias: sed ꝺm ꝙ refranguntur ꝛ remittuntur in suis excellentiis. Et causa est. media cōponuntur ex extremis actu: vt iam probatum est. vel ergo componuntur ex eis. vt sunt in vltimis ꝑfectionibꝰ ꝛ excellentiis: vł sub esse refracto ꝛ remisso. per sufficientē diuisionem. sed non cōponuntur ex eis ꝺm suas perfectiones vltimas. qꝛ sic non cōpatiunť se in eodē subo: vt calidū ꝛ frigidū in sūmo. ergo componuntur ex eis ꝺm eē refractum ꝛ remissum. Et ex hoc patet error quorūdam dicentium ꝙ media non componuntur ex extremis ꝺm rē ꝛ formā: sed solum quantum ad cognitionem. ¶ Itē male dicunt ꝙ media componantur ex extremis nō actu. sz ꝺm virtutem. vnde ista sunt cōtra intentionē Ar.

T.c.2.

Cō.23.

Cō.23.

cō.7.

Cō.56.

Ad rōnes. Ad primā. due spēs. ꝛc̄. cōceditur. due spēs manentes sub vltimis perfectionibus: ꝛ que non ordinantur ad 3m ens non concurrunt ad constitutionem tertii. Et sic intellexit Porphyrius. sz nihil prohibet duas species sub esse refracto ꝛ remisso cōcurrere ad cōstitutionē tertii. Et que ad hoc ordinantur: ꝛ sic est in proposito. qꝛ extrema non componunt mediuz ꝺm suas vltimas perfectiones: sed sub esse refracto ꝛ remisso. ¶ Ad aliam patet ex dictis. Ex duobus entibus in actu remanentibus sub esse puro non fit 3m. sed bene ex duobus in actu fit 3m sub esse remisso ꝛ refracto. vnde iste partes sunt in potentia respectu forme. que tamē magis attribuitur pti dominātī. vt vult cōmētator. ¶ Ad aliā.

Cō.23

Ex illis que nõ se compatiunt ⁊c. Conceditur. Tu dicis: ꝙ extrema ⁊c. Dicendum ꝙ extrema secundũ vltimas suas perfectiones nõ compatiuntur se: sed tamen secundũ esse refractum ⁊ remissum bene se compatiuntur. Et hec de questione. Qõ. XIX.

t.c.24.

¶ Diuersum aũt specie alicuius ⁊c.

Queritur circa hoc capl'm: quia postea subiungit. cõtrarietates igitur erunt he. Utrum cõtrarietas sit inter species alicui⁹ generis: ita ꝙ diuerse species sint contrarie. ¶ Arguit̃ pͥmo ꝙ non. Quia si diuersitas in specie esset cõtrarietas: tunc omnes species eẽnt contrarie: hoc est falsum. falsitas cõsequẽtis apparet: qꝛ species in predicamẽto sub̃e nõ sunt cõtrarie: quia sub̃e nihil est cõtrariũ. ex predicamentis. ⁊. 5. physicoꝝ. consequentia pꝫ: qꝛ in predicamẽto sub̃e ẽt sunt spẽs. ¶ Item contraria nata sunt fieri ⁊ esse in eodẽ susceptiuo: ſꝫ oẽs diuerse species nõ sunt in subiecto: quia species sub̃e nõ sunt in subiecto ⁊ propriũ est sub̃e in subiecto nõ esse. ex predicamẽtis. ergo diuerse species non sunt contrarie. ¶ Itẽ. si spẽs sub̃e essent contrarie: tunc etiã differẽtie constituẽtes species essent contrarie: sed hoc est falsum: qꝛ differẽtie sub̃e opponunt̃ ꝓuatiue: sicut rõnale ⁊ irrationale. cõsequentia pꝫ: qꝛ diuersitas in spẽ nõ est nisi ex differẽtijs ꝯstituẽtibus spẽs: ⁊ sic dr̃ie eẽnt ꝯtrarie.

T.c.10. Cap͛ de sub̃a. t.c.24

Oppositũ vult Aristo. in predicta littera: quia vult ꝙ cõtrarietas sit differẽtia ſm speciẽ: ⁊ idem vult Cõmentator.

Ad istam questionẽ dicit̃ cõmuniter: ꝙ omnis diuersitas secundũ speciem nõ est contrarietas vera: sicut diuersitas in specie in ꝑdicamẽto sub̃e non est vera contrarietas: nisi acci^{do} contrarietatẽ pro perfecto ⁊ imperfecto ⁊ ꝓuatiõe ⁊ habitu: sicut est inter omnes species: imo etiã in predicamento substãtie: et ħ est priuatio ⁊ habitus: qꝛ ꝓuatio ⁊ habitus est radix oĩs cõtrarietatis. vnde in predicamẽto substantie nõ est vera contrarietas inter species: ⁊ hoc ꝓbant dictis rationibus: quia substãtie nihil est cõtrariũ: ⁊ resumant̃ rõnes: quia causa breuitatis omittunt̃: sed dr̃t tamen ꝙ bene est cõtrarietas large capiẽdo pro perfecto ⁊ imperfecto ⁊ ꝓuatione ⁊ habitu: quia vna species est perfectior alia ⁊ vna dicit etiã ꝓuationem alterius. ¶ Notandũ: ꝙ lꝫ dicat̃ cõmuniter: hoc tamẽ videt̃ esse contra intentionẽ Aristo. ⁊ veritatẽ: quia Aristo. vult ꝙ contrarietas est dr̃ntia secundũ speciẽ: ita ꝙ q̃libet due spẽs diuidentes genus sint cõtrarie vera contrarietate: quia contrarietas est differẽtia perfecta: ⁊ perfecta differentia est inter species generis.

Unde dr̃m est aliter ad questionẽ: ꝙ vera cõtrarietas est inter spẽs cuiuslibet generis. Et hoc probatur duabus ratiõibus Aristo. positis in littera. ¶ Prima est. Illa sunt cõtraria quibus diuidit̃ genus: ⁊ hoc ꝓbatur ab Aristotile: qꝛ illa quibus genus diuidit̃ sunt opposita hoc ponit Arist. tũc vlteri⁹ opꝫ resoluere: aut sunt opposita ꝯtradictorie: aut relatiue vel ꝓuatiue: aut ꝯ̃rie per sufficientẽ diuisionẽ: sed due spẽs generis vniuoce nõ sunt opposite cõtradictorie: quia vnũ cõtradictoriorum est per se nõ ens ⁊ nõ ens: nec est spẽs: nec quiditas alicuius: nec genus. Similiter non sunt opposita ꝓuatiue: quia ꝓuatio nullius est spẽs. Similr̃ nec opponũtur relatiue: qꝛ multa sunt genera ab^{ta}: que nõ diuidunt̃ per relatiua. ergo debẽt esse contraria: sed diuersa secundũ speciẽ sunt illa quibus diuidit̃ genus: qꝛ genus diuidit̃ per species. ¶ Item. illa diuersitas est cõtrarietas vera

t.c.24.

que habet cõditiones requisitas ad veram contrarietatem: hec est manifesta: sed diuersitas secundũ spẽs generis vniuoci habet cõditiones requisitas ad veram contrarietatẽ: quia vna est cõditio ꝙ contrarietas est perfecta differẽtia: ⁊ diuersitas secundũ speciem est perfecta differẽtia ⁊ cõtraria sunt eiusdẽ generis. Similr̃ species eiusdẽ generis nõ differunt genere. Similiter cõtraria nõ compatiunt̃ se simul in eodẽ subiecto. Similr̃ spẽs: lꝫ cõueniant in genere: tamẽ nõ conueniunt in ydentitate specifica: ⁊ sic intelligat̃ de alijs. ¶ Notãdũ: ꝙ lꝫ species cuiuslibet generis sint cõtrarie vera contrarietate: tamẽ ꝯtrarietas ista est duplex. Quedã est perfecta que est formarũ maxime distantium secundũ suas vltimas perfectiões actiuarũ ⁊ passiuarum in eodem subiecto: qd̃ est ens in actu: sicut est caliditas ⁊ frigiditas. Alia est contrarietas vera: tamen diminuta ⁊ illa diminutio causat̃ ex tribus. Uno mõ ex parte subiecti: ⁊ sic est diminutio cõtrarietatis inter formas substãtiales: qꝛ cõtraria perfecta requirunt subiectũ positiuũ ⁊ in actu: sed forme substantiales habẽt subiectum: qd̃ est in potẽtia. ergo nõ põt esse perfecta cõtrarietas inter ea: lꝫ tamẽ sit vera cõtrarietas. Secũdo mõ ꝓuenit diminutio contrarietatis ex remissiõe ⁊ refractiõe extremoꝝ: ⁊ sic extrema que sunt in medijs ⁊ mixtis acta secundum formas remissas ⁊ refractas nõ possunt perfecte cõtrariari: ⁊ sic contrarietas est in medijs: sicut in rubeo ⁊ pallido in quo est album ⁊ nigrũ refractum ⁊ remissum. Tertio modo prouenit diminutio cõtrarietatis ex negatione ⁊ diminutione actiuitatis ⁊ passiuitatis adinuicẽ: que nõ agunt ⁊ patiuntur inter se: nec corrumpunt̃ adinuicẽ: ⁊ sic scientie contrarioꝝ sunt cõtrarie adinuicẽ: quia non agunt ⁊ patiuntur adinuicẽ: tamẽ posset dici ꝙ spẽs generis extra animam sunt cõtrarie: sed in anima spẽs nõ sunt cõtrarie: qꝛ dicit Cõmentator: ꝙ opposita extra animam in anima nõ sunt opposita: sicut spẽs albedinis ⁊ nigredinis: ⁊ tũc poneretur exemplũ de ista cõtrarietate diminuta albedo ⁊ nigredo: quia albũ approximatũ nigro non agit ⁊ patitur. ¶ Notandũ hic dubiũ: ex cuius solutiõe pꝫ solutio prime ratiõis. homo ⁊ asinus sunt species: ⁊ tamen nõ sunt cõtraria: quia sunt substãtie ⁊ in substãtia nõ est contrarietas ex predicamẽtis. ⁊. 5. physicorum. ¶ Dicendũ ꝙ omnis spẽs alicuius generis vniuoci sunt cõtrarie vera contrarietate vt distinguit̃ ab alijs spẽbus oppositiõis ⁊ sunt cõtrarie secundũ formas substãtiales. Et quãdo dicit̃ ex predicamẽtis ꝙ in substãtia nõ est ꝯtrariũ. Conceditur. ratiõe materie: qꝛ contraria nata sunt esse in eodẽ subiecto: sed materia non est in subiecto: sed ratione forme substantialis in substãtia bñ est cõtrarium: ⁊ hoc nõ negauit Aristo. in predicamẽtis. vñ dicit Cõmentator. ꝑmo physicoꝝ. Qꝛ nihil ꝓhibet ꝙ sub̃e sint contrarie secundũ formas: nõ aũt sunt cõtrarie secundũ subiectum: ⁊ sicut dicere ꝙ substãtia nõ est cõtraria substãtie. verũ est ſm subiectũ ⁊ materiam: substantia aũt contraria est sub̃e ſm formã illud est verum. Et hoc voluit Alexan. dicere. vt dicit Cõmentator cum dixit: ꝙ in substantijs simplicibus põt esse cõtrarietas nõ in compositis: ⁊ addit Cõmentator: ꝙ Alexand. intellexit hoc qd̃ Aristo. dixit in predicamẽtis ꝙ propriũ substãtie est nõ hẽre contrariũ de cõpositis substãtijs dixit. de simplicib⁹ Arist. dicit in libro de generatione. corpora simplicia sunt ꝯ̃ria. ¶ Ad auctoritatẽ Aristo. 5. physi. dr̃m. ¶ Ad cui⁹ intellectũ notandũ contraria esse in eodem subiecto distinguunt̃ secundũ distinctionẽ ydentitatis subiecti: qꝛ contraria esse in eodem subiecto põt dupliciter intelligi. Uno mõ secundũ ydentitatẽ numeralem ꝓuatiue: qꝛ mã

Cap͛ de sub̃a. T.cõ.10

Cõ.52. d ꝯ̃rie^{te} sub̃e.

Cõ.eod

est vna numero per priuationem formarum: ⁊ non per aliquod positiuū. Alio mõ potest intelligi de ydentitate numerali subiecti positiue. mõ in substãtia nõ est cõtrarietas: ita ꝙ cõtraria sint in eodẽ subiecto numero positiue: sicut est in accidẽtibus: sed est in eodẽ subiecto numero ꝑuatiue vt in materia: ⁊ sic est verū qđ dixit Arist. in .5. physicoꝝ: ꝙ in substantia nõ est contrarietas tanꝗ̃ cõtraria sint in subiecto eodẽ positiue per finalẽ formã ⁊ vltimã. sed bene est cõtrarietas ꝑmo mõ in substãtia. vnde etiã in substantia nõ est motus secundū vnam acceptionẽ motus: qui requirit vnū subiectū numero positiue. vt dictū est ꝑus. vnde etiã sequit̃ necessario: ꝙ ꝑus est cõtrarietas in substãtia ꝗ̃ in accidentibus: qꝛ contrarietas nõ esset in accidẽtibus: nisi ꝑus esset in substãtia. vñ etiã dicit Cõmentator .5. physicoꝝ: ꝙ demſ̃ratio qua ꝓbat Aristo. ꝙ in substãtia non est motus fundat̃ super hoc: ꝙ substãtia nõ h̔z contrariū: ⁊ dicit Cõmentator: ꝙ ista ꝓbatio est famosa. Et addit ꝙ illa ꝓpositio: sup quã sustentat̃ est: quã ꝑdixit ꝙ transmutatio in substãtia est generatio ⁊ corruptio: ⁊ illi non sunt motus: quia sunt in subiecto: qđ est in potẽtia ⁊ nõ in actu. Et addit Cõmentator: ꝙ Alexan. dicit de generatiõe in sua expositione: ꝙ predictū est ꝙ substãtia habet cõtrariū: sed ꝙ nos diximus de nobis ꝙ eẽntia secundū formas nõ sunt cõtraria: sꝫ secundū qualitates locuti sumus nõ ſm veritatẽ in hoc loco. ¶ Et sic pꝫ ex istis solonib' duab' auctoritatis Aristo. solutio ⁊ respõsio ad ꝑmã ⁊ secundã rationẽ. ¶ Ad tertiã etiã patet: quia dr̃ntie sunt ꝯtrarie: quia lꝫ circũloquamur eas nominibus ꝑuatiuis vt irrationale inanimatum: tamẽ dicunt diuersas formas contrarias positiuas: quomodo autem in contrarijs sit priuatio dictum est prius. Questio. XX.

[T.cõ.io — Cõ.io.]

[t.c.24.] ¶ Quare palã: qꝛ ad illud qđ vocat̃ ⁊c̃.

Queritur circa hanc partẽ. Utrum genus ⁊ species generis sint eadẽ vel diuersa specie: ⁊ posset specificari ad genus generalissimū ⁊ speciē spe^{m}. ¶ Et arguitur ꝑmo ꝙ sint eiusdẽ speciei. Illa que important eandem vel vnã essentiã sunt eiusdē speciei: qꝛ diuerse species nõ possunt importare eandẽ essentiã: sed genus ⁊ species important vnã essentiam ⁊ quiditatem: quia cõmuniter dicit̃ ꝙ genus ⁊ species important eandem naturã ⁊ formam. ergo ⁊c̃. ¶ Itē genus ⁊ species sunt eadẽ: qđ probat̃. Quia omne comparatū omni: aut est idem secū: aut diuersum: sicut Aristo. vult in littera: sed species comparata generi nõ est diuersa: quia si eẽt diuersa: tũc genus nõ predicaret̃ de specie: qđ est falsū. ergo species est eadẽ cum genere: vel ergo est eadẽ genere vel specie vel numero. per sufficientẽ diuisionem: sed nõ est eadẽ genere: qꝛ tunc genus haberet actu differentiã: per quã differret a specie: sed hoc est falsum. Nec eadem numero: qꝛ si essent eadẽ numero: vel hoc esset diffinitiõe: ita ꝙ genus ⁊ spẽs differrẽt: sicut diffinitio ⁊ diffinitū vel nomine. vt Marcus Tullius. vel ꝓprio vt homo ⁊ risibile. vel accñte: sicut sort. ⁊ albedo: ⁊ hec est manifesta per sufficientẽ diuisionẽ: qꝛ illa que sunt eadẽ numero vel habẽt se vt sinonima: vel sicut diffõ ⁊ diffinitū: vel sicut prop^{m} ⁊ subm: vel sicut accñs ⁊ subm: sed nullo istoꝝ modoꝝ h̔z se spẽs ad genus nõ sicut diffõ ⁊ diffinitū: qꝛ genus nõ est diffõ spẽi: nec hñt se vt sinonima: nec vt ꝓp^{m} ⁊ subm: nec vt accñs ⁊ subm: vt per se pꝫ. ergo relinquitur ꝙ sint eadem specie.

[T.cõ.lz t.24.]

[t.c.24] Oppositum vult Aristo. in predicta littera: ꝙ genus ⁊ spẽs: nec sunt eadẽ specie: nec diuersa. ⁊ idẽ vult Cõmentator: sed aliqui accipiunt titulū qõnis. vtrum genus ⁊ spẽs sint eadem vel diuersa genere: sed illud plus videt̃ concordare cū littera: qꝛ Aristo. accipit de specie.

Tunc dđm ad questionẽ: ꝙ species generis et genus: nec sunt eadẽ specie: nec diuersa specie. Et posset addi ꝙ nec sunt eadẽ genere: nec diuersa. Et causa est. Illa nec sunt eadẽ specie: nec diuersa: quoꝝum vnū habet differentiã actu: aliud nõ: qꝛ quecunqꝫ debent esse eadem spẽ: oportet ꝙ cõueniant in vna differentia actu que constituat spẽm: sicut sort. ⁊ plato. similiter que differunt spẽ: oportet hoc iterū esse per differentiã ⁊ formam: sicut homo ⁊ equus habent diuersas differentias per quas differunt spẽ. ergo quoꝝ vnū habet actu differẽtiã: ⁊ aliud non: nec sunt diuersa spẽ: nec eadē: sed species ⁊ genus sunt hꝰ: quia accipiat̃ homo ⁊ substãtia: tunc homo h̔z differentiã actu: substantia aũt non actu habet differẽtiam: sed potestate tm̃: quia dicit Porphyri^{us}: ꝙ genus h̔z potestate differẽtias. actu vero nullã. ergo genus ⁊ species: nec sunt eadē specie: nec diuersa. ¶ Item ⁊ est ratio Aristot. sicut se h̔z materia ad formã: ita genus ad speciẽ. per conuenientē similitudinem: qꝛ genus assimilat̃ mãe: quia sicut materia nullã formã includit essentialiter: sed est in potẽtia ad omnes: sic etiã genus nullam differentiã diuisam includit actu: sed tm̃ in potẽtia. ergo est similitudo conueniẽs: sed materia nec est eadẽ specie cū forma: nec diuersa a forma. ꝑmo nõ eadem: qꝛ materia nõ est forma: nec includit formam per quã cõueniat in specie cū forma: nec est diuersa specie: quia nõ includit in essentia formã per quam sit diuersa a forma: sꝫ materia simpliciter negatiõe formarum ostẽdit̃. ergo similiter genus nec est idē cū specie: nec diuersum spẽ. ¶ Notandū ꝙ Aristot. loquit̃ de generatiõe: nõ vt est multitudo descendẽs ab vno ꝑncipio vt heraclitoꝝ dicunt̃ genus: quia descẽdunt ab vno ꝑncipio vt heraclito: sꝫ Aristot. loquit̃ de genere in nã rei: qđ est vniuocū. modo si illud genus comparat̃ ad spẽm: nec est idem: nec est diuersum spẽ: quia eadẽ specie sunt: que habẽt eandẽ differentiã: sed genus cum spẽ non habet eandẽ differentiã actu: quia sic genus esset spẽs. Similiter nec est diuersū spẽ: quia illa diuersitas esset per differentiã actualẽ: quā nõ h̔z genus. ¶ Notandū ꝙ ex hoc pꝫ euidenter: ꝙ alia est forma generis ⁊ diuersa realiter a forma specifica: quia si haberent eandẽ formã species ⁊ genus: tunc essent idē specie: qđ negat Aristo. ¶ Notandū vlterius: ꝙ genus ⁊ spẽs bene sunt diuersa specie in aliquo sig̃to. sicut illa sunt diuersa que important diuersas eẽntias ⁊ qditates in vno ꝑdi^{to}: sꝫ nõ sunt diuersa spẽ vt spẽs finales alicui' generis.

[t.T.24]

Ad rationes. ¶ Ad ꝑmam. Illi qui tenent ꝙ genus ⁊ spẽs important vnã naturam dicunt ꝙ ydentitas essentie non sufficit ad ydentitatē specificã: sed plus requirit̃: quia oportet ꝙ vtrunqꝫ actum includat: imo actu includat differentiã: ⁊ hoc deficit in genere: quia genus nõ includit actu differentias. ¶ Tũc posset aliter dici ꝯcedẽdo maiorẽ: sed minor negat̃: quia genus dicit aliam formã ⁊ diuersam realiter a forma specifica. ergo ratio nõ cõcludit. ¶ Ad aliam. genus ⁊ spẽs vel sunt eadẽ vel diuersa. Dicendū ꝙ sunt diuersa capiẽdo genus ꝓ forma generali: ⁊ sic in recto non predicat̃ de spẽ. vt ꝑus visū est. Et tu dicis. ergo sunt diuersa specie. Dicendū ꝙ nec sunt diuersa spẽ: nec eadē: quia est mediū inter ista. Et tu dicis. omne comparatū alteri vel est idẽ vel diuersum. Conceditur. sed tamẽ non oportet ꝙ sit idẽ vel diuersum specie: qꝛ idē ⁊ diuersū

est in plus q̄ idem vel diuersū spē. vnde Aristo. noluit dicere q̄ omne comparatū alteri sit idē specie vel diuersum: quia genus ꝛ spēs nō sunt idem nec diuersa specie: quia nō sunt apta nata ad ista: cum genus non includat actu differentiā. vt visum est. vn̄ hʒ semꝑ abnegationē ad idē ꝛ diuersū: vt visū est. Qō. XXI.

T.c.25. ¶ Dubitabit autem aliquis ꝛc̄.

Queritur circa hanc partem. Utrum omnis cōtrarietas faciat diuersitatē in spē. ¶ Arguitur p̄mo q̄ nō. Masculinum ꝛ femininū sunt cōtraria: ꝛ h̄ est nota ex littera: ꝛ tamē nō differunt spē: quia masculinū ꝛ femininū sunt in eadē specie passiue ꝛ actiue: quia idem agens naturale vt masculus vel sperma viri producit masculū ex calore fortiori: ꝛ feminā ex calore debiliori. ergo ꝛc̄. ¶ Item albedo ꝛ nigredo sunt cōtraria: ꝛ tamē non diuersificant speciē: quia albedo ꝛ nigredo sunt simul in eadem specie ꝛ successiue in indiuiduo einsdem speciei: ꝛ sic omnis contrarietas nō facit diuersitatem in specie.

T.c.24 Oppositum arguitur. Omnis diuersitas in specie facit cōtrarietatē. per Aristo. in littera. g̊ omnis contrarietas facit diuersitatē in spē. per conuenientē similitudinē: quia sicut omnis diuersitas in spē facit cōtrarietatē: ita omnis cōtrarietas facit diuersitatē in spē.

Ad intellectum questionis. ¶ Notandū q̄ duplex est cōtrarietas. Quedam est que se tenet ex parte forme substātialis: alia est que se tenet ex parte materie .i. ex parte forme accidentalis: que plus respicit materiā indiuiduorum: nō q̄ aliqua cōtrarietas precise respiciat materiā: quia materia indifferens est ad omnes formas: sed bn̄ respicit dispositiones mātes indiuiduoꝝ: sicut mascul^m ꝛ femi^m.

Et tunc ad questionē dicēdū: q̄ omnis contrarietas: que attendiť ex parte forme substātialis facit differentiā in spē. Et causa est. Illa contrarietas facit diuersitatē in specie: que attendiť ex parte diuersaꝝ quiditatū ꝛ essentiarū: quia diuerse essentie faciunt diuersitatē in spē. ergo contrarietas que attenditur ex parte diuersarū quiditatū ꝛ essentiarū facit differentiam in spē: sed contrarietas ex parte forme substantialis est hꝰ: q̄ accipit diuersas quiditates: quia forme essentiales ꝛ substātiales diuerse dicunt diuersas quiditates ꝛ essentias: cū forma sit tota quiditas rei. vt p̄us visum est. vn̄ contrarietas que est ex parte forme substantialis hominis ꝛ equi facit differentiā in spē cum sint diuerse essentie. Similiter contrarietas ex parte albedinis ꝛ nigredinis faciunt differentiā in spē: cuꝫ sint diuerse essentie. ¶ Dicendū secūdo: q̄ contrarietas que attēditur ex parte materie ꝛ dispositionū materialiū non facit differentiā in spē. Et causa est. Illa cōtrarietas nō facit differentiā in specie: que fit ex eodē agēte ꝛ patiente eiusdē spēi: quia diuersitas effectus in spē nō fit ex eodē agente ꝛ patiēte in spē: sicut pʒ ex .8. huius. Sed contrarietas que est ex parte materie ꝛ dispositionuꝫ materialium est hꝰ: quia idē sperma ꝛ mēstruū fit masculus ꝛ femina secundū q̄ patiť diuersimode a calore: quia si patitur a calore forti: ita q̄ virtutē formatiuā sufficientē habeat ad fortiter agendū depellendo oppositas dispositiones passiuas: tunc erit masculus: sꝫ si patitur a calore debili: ita q̄ deficiat in spermate sufficiēs ꝛ fortis virtus formatiua ad agenduꝫ sufficienter: tunc fit femina: quia femina non est aliud: nisi vir occasionatus ex defectu virtutis formatiue: ꝛ sic sunt differētie accidētales: quia fiunt in eadem materia: vt est passa diuersimode a calore maiore vel minore eiusdē agentis in spē: qō nō diuersificat speciē: sed tn̄ facit diuersitatē accidentalem.

T. cō. xi ꝛ .iz.

¶ Notandū q̄ masculinū ꝛ femininū sunt ꝓprie passiones animalis: nō tamē sunt de numero differentiaruꝫ ꝛ formarū substantialiū: quia nō consequunť formaꝫ substantialē ꝛ substantiā: sed plus sunt in materia ꝛ corpore .i. sunt forme accidētales que consequunť indiuiduum ꝯpositū: cuiꝰ pars est mā. g̊ nō diuersificāt spēm.

Ad rationes. ¶ Ad p̄mā. Masculinū ꝛ femininum sunt cōtraria ꝛc̄. Dicēduꝫ q̄ sunt cōtraria nō ex parte forme substātialis. vnde diuersificant spēm generis: quia sunt diuerse spēs coloris. Et tū dicis: q̄ non diuersificant spēm. ¶ Dicendum q̄ imo diuersificant spēm generis ꝓprie: lꝫ nō diuersificēt speciem subiecti ꝛ alterius generis. vnde hoc non requiriť ad cōtrarietatē q̄ diuersificet speciem subiecti: quia contraria nata sunt fieri in eodem subiecto numero. vt p̄us visum est. ¶ Ad ratiōes que fiunt in oppositū. Differentia secundū speciem est contrarietas. Cōcediť antecedens: sed nego cōsequentiā: quia contrarietas est in plusq̄ differentia secundū spēm. vnde est fallacia consequentis: q̄ ꝓcediť a magis cōmuni ad minus cōmune affirmatiue: sicut si diceret. homo est animal. g̊ anial est homo. Et h̄ de qōne. Qō. XXII.

¶ Quō ꝓo contraria diuersa specie ꝛc̄. T.c.26.

Queritur circa hoc capitulū. Utrū corruptibile ꝛ icorruptibile differant genere. ¶ Arguiť p̄mo q̄ nō. Contraria sunt in eodem genere. ex littera: sed corruptibile ꝛ incorruptibile sunt contraria: quia corruptibile dicit potentiā ad corruptionē: sed incorruptibile dicit p̄uationē illius potētie: ꝛ maior etiā habeť ex predicamētis vbi diciť. si vnum contrarioꝛuꝫ fuerit quale: ꝛ reliquū. ergo nō differunt genere. ¶ Iteꝫ qō nō facit differre spē: etiā non facit differre genere: quia si illud qō magis videtur inesse ꝛ nō inest: nec illud qō minus. modo magis videť q̄ corruptibile ꝛ incorruptibile faciant differre spē q̄ genere: quia que differunt genere: etiam differunt spē: ꝛ non ecōuerso: sed corruptibile ꝛ incorruptibile non faciunt differre spē: sicut homo ꝛ indiuiduū hominis nō differunt specie: ꝛ tamen homo est incorruptibilis: sicut alie spēs ꝛ idiuidua sunt corruptibilia. ¶ Itē. si corruptibile ꝛ incorruptibile differrent genere: tunc etiā homo ꝛ asinus differrēt genere etiā: sꝫ hoc est falsum: q̄ homo ꝛ asinus sunt eiusdē generis. tenet cōsequētia: quia quoꝝ principia differunt genere: ꝛ principiata: sed anima intellectiua est p̄ncipium hominis: ꝛ anima alia: que est corruptibilis: est p̄ncipium asini: ꝛ intellectus est incorruptibilis. ergo si ista differunt genere: ꝛ etiā homo ꝛ asinus.

T.c.iz. ꝛ .26.

Oppositum vult Aristo. in littera: quia dicit q̄ corruptibile ꝛ icorruptibile differunt genere: ꝛ que sunt diuersa genere plus differunt q̄ que spē: ꝛ idē vult Cōmentator.

T.c.26.

Ad istaꝫ qōnem diciť cōmuniter cum distinctione: q̄ duplex est genus. Quoddā est genus naturale. Qōdā logicū. Genus naturale diciť: qō est cōmune multis que cōueniunt in materia. vnde omnia habētia materiā conueniunt in genere naturali: ꝛ que differunt materia differunt genere naturali. Sed genus logicū est qō hꝫ vnū modū predicandi cōmunē vniuocū de multis speciebus. Et illa cōueniūt in genere logico: que cōueniunt in vno modo ꝑdicandi

vniuoco. Et illa differunt in genere logico que nō cōue-
niunt in vno mō predicandi vniuoco gnāli.

Tunc dicunt ad questionez: φ corruptibile ⁊ incorruptibile differunt genere
naturali. Et causa est. Illa differūt genere naturali. quo
rum vnū habet materiā: aliud nō: ⁊ hoc pꝫ ex iam dictis:
sed incorruptibile nō habet materiā. vt de se pꝫ: ⁊ corru
ptibile hꝫ. ergo differunt genere naturali. ¶ Secundo
dicunt: φ nō differunt genere logico: sed conueniunt. Et
appeterentur i ifiᵐ.qꝛ terminarētur:ita φ non per
aliḋ. Alio modo potest itelligi φ diuitie appetant̄
i ifiᵐ iten fine.φ semp magis ꝛ magis appetant̄.ꝛ sic
non est verum.quia est deuenire ad vltimum ter
minum. ¶ Tu dicis.deus est finis.ꝛc̄. verum ē.er
go deus in infinitum appetitur primo mō. qꝛ appe
titus non terminat̄ p aliqd aliud q̄ꝫ p deū. q est fi
nis:ꝛ finis non terminat̄ p aliud.ſꝫ tn̄ non sic appe

titur in infi^m intensiue: ꝙ semper magis τ magis: vt dcm est. ⁋ Ad aliam. Cuicunqȝ τc̃. Dōm ꝙ infinitas vigoris repugnat ꝑ enti: si esset infinitus in vigore: tunc moueret in non tpe. ⁋ Tu dicis. de rōne entis non est finitas. Dicendū ꝙ imo finitas intensiue est passio eius: τ de ratiōe eius. qꝛ vnum cū ente ꝯuertitur. ex 4.° huius. sed de rōne vnitis est: ꝙ in se sit indiuisum. τ a quocūqȝ alio diuisum: τ ita inquantū vnū est τ ens diuisum τ distinctū ē ab alio: sed si ꝑ^o esset infi^m in vigore: tunc non esset indiuisum i se: τ indistinctum ab alio. qꝛ infinitum est indistictū. ⁋ Ad aliā. Si ꝑ^m mouens esset finitum. τc̃. negatur ꝯn̄a. Ad ꝓbationem finitū est hn̄s finem: veꝝ est in rebus mālibus τ corporalibus. qꝛ finitum est hn̄s finē. τ est cōpositum: sȝ in separatis a mā finitū non hȝ finem. ita ꝙ sit aliud: sed illud est finitū seipso τ per se: non ꝑ finem qui est supadditus subē. sed est idem finitū τ finis.

T.c.3.

Ad primā rōnem in oppo^m. Mouens mouet per tps infinitum. aīs conceditur. sed cōsequentia negatur. Ad probationem. maior virtus reqritur. τc̃. Dōm ꝙ h est verum. in virtutibus in magnitudine: vt prius visum. sed non est verū in virtutib^9 extra magnitudinē. qꝛ eadē virtus mouet ꝑ tps infinitū: τ ꝑ diem. Ista est determinatio Ar. τ cōmentatoris eius ꝗ loquuntur nālr: τ inquantū pōt ꝯuinci ex sensatis. ⁋ Uñ aliter dōm est ad qōnem fm fidem τ veritatē determinatiue: ꝙ ꝑ^m ꝑn^m qȝ est deus gloriosus est infinite virtutis in vigore intensiue: τ inquantū est de se pōt velocitare motuȝ in infi^m. Silr i instanti pōt mouere inquātū ē de se. vnde virtus ei^9 non est limitata ad aliquā determinatā actionem. Et hoc est veꝝ simplr: τ nullus pōt ꝯdicere huic veritati. vnde hn̄ veꝝ est. ꝙ Ar. τ cōmentator hoc nō viderunt. qꝛ nihil posuerunt nisi qȝ pōt ꝯuinci ex sensatis. sed illud nō pōt demōstrari naturaliter: nec ꝯuinci ex sensatis. qꝛ est super nām τ opa eius. qꝛ deus pōt facere hoc ꝙ nā non est nata itelligere τ cape: cum sua opera distent in infi^m super opa nature. vnde hoc est simplr sine oi demōstratione nālr credendum τ firmiter tenēdū ex informatione vere τ sancte fidei sacre ecclesie doctoribus in hoc reuerenter assentiendo. qꝛ ex hoc qȝ credimus sine rōnibus hītibus ortū a sensatis habemus meritū. vñ nullus effectus est sensibilis: ꝑ quē hoc possit ꝯuinci.

Ad rationes in opp^9. Oēs tres. Si hoc eēt de^9 mouet in non tpe. τc̃. Dōm ꝙ de^9 ꝗtū est de se mouet i istāti: sȝ ipedit ex parte mobilis. qꝛ nā corporea nō nata ē recipe effectū ꝓportionalē substātie ifinite vtutis in qualitate actionis. Tu dicis. ꝙ potentie actiue. τc̃. concedit. in oi potentia: excepta po^a primi: cui nihil correspondet. qꝛ est infinitū supexcedēs oēs res: qꝛ oīa ex nihilo fecit. Et di si moueret in tpe: tūc cū ꝓportio tpis. motus τc̃. Dōȝ ꝙ veꝝ est in nālibus non agentibus ꝑ intellm τ cognitionem. qꝛ quanto virtus excedit: tanto in minori tpe mouet. Sed in intellectualib^9 nō est sic. qꝛ illa que agunt fm itellectū non agunt fm exigētiā sue vtutis: sȝ vt placet sibi: vt domificator nō opȝ ꝙ domificet tm̄ quantū pōt: sȝ fm ꝙ placet sibi. τ fm ꝙ fini τ nature subi cōpetit. τ sic deus mouet: non fm qȝ pōt: sed fm ꝙ nāe subi τ mobilis cōpetit: sed illud nō pōt motū recipere in instanti. ⁋ Et qñ dicit voluntas immutabilis agit fm ꝙ potest. Dicendum ꝙ voluntas immutabilis est in se: τ quicqd facit τ mouet: hoc facit fm voluntatem necessariam. qꝛ omnia sunt necessaria in deo. Et tamen hoc nō absolute pōt facere excellentius aliqd oi ope: τ hoc est fȝ placitū eius. Ex hoc etiam non cadit aliqua imutatio τ innouatio i deo: sed sufficit in facto. Et qñ Ar. diffiniuit potentiam actiuam. quinto huius. loquebatur de potentia

T.c.17.

actiua naturali: τ de illa que est post primā potentiam: de hoc inquiratur diligenter.

Qō XVI.

Consequēter qritur adhuc circa eādem ptem. qꝛ Ar. vult ꝙ in magnitudine finita non pōt esse virtus infinita. vtrū virtus infinita possit esse in magnitudine finita. Arguit primo ꝙ sic. Celū est magnitudinis finite. ex ꝑ celi. sed celū est vtutis infinite. qȝ probat. qꝛ celū vel est virtutis finite: vel infinite. ꝑ sufficientē diuisionē. Si est vtutis infinite habet propositum. Si est virtutis finite. tunc est generabile τ corruptibile: qꝛ ꝑ po^am finitā nō pōt aliqd durare ꝑ tps infi^m. sȝ ē gnāle. qȝ est ꝯ itētionē Ar. ꝑ celi. vbi vult ꝙ sit ingnābile τ icorruptibile. ⁋ Itē qȝ mouet ꝑ tps infi^m hȝ po^am infinitaȝ. qꝛ po^a finita non pōt mouere ꝑ tps infinitū. 8. phys. τ isto iz. sed celum est hō. qꝛ mouet ꝑ tps infinitū. qꝛ gnō τ corruptio est ꝑpetua: ꝗ cāntur a celo τ motu eius. 2.° de gnōne. τ 8. phy. Et ꝯfirmat. Illud qȝ semper est semper mouere pōt. sed illud qȝ est finite magnitudinis semper est vt celū. qꝛ est sempiternū τ ignābile τ icorruptibile. vt ꝑ celi.

T.c.41. T.c.20. T.c.79. T.c.41. T.c.56. T.c.46 τ inde. T.c.20.

Oppositum vult Ar. in predcā littera. τ 8. phy. vbi nitit demōstrare ꝙ in magnitudine finita nō pōt eē magnitudo ifinita: sicut nec i magnitudine infinita pōt esse po^a finita: τ hoc idē vult commētator. ⁋ Notandum ꝙ aliq rñdent breuiter sine distictione ꝙ in magnitudine finita non pōt esse po^a infinita: τ non itelligimus de pō^a ad esse. qꝛ de illa non est ad pñs propositū: sed de po^a que est ad motū. vnde hoc ar. ꝓbat supponendo duo. Primū est. Si sint due virtutes. ꝗrum vna est maior. alia minor. maior vtus in equali tpe facit maiorē effectū ꝗ minor virtus: vel i minori tempore fac equalē effectū: sicut si sint duo ignes: quoꝝ alter est maior: alter ē minor. tunc si minor ignis calefacit tantā quātitatem aque in tanto tpe: tunc maior ignis in minori tpe equalē quantitatē calefacit: vel i equali tpe maiorē ꝗtitatem. ⁋ Secūdo supponit. ꝙ motus non pōt esse i nō tpe. τ hoc est per se manifestum. qꝛ dicere motum esse in non tpe est dicere ꝙ motus non est motus. qꝛ tunc nō haberet prius τ posterius. si esset sine tpe illud debet intelligi de vero motu ad excludendū motū spūalem. qui forte potest esse in non tpe. ⁋ Ex his arguit Ar. Si virtus infinita esset in magnitudine finita: tunc moueret in nō tēpore. sed hoc ē ipōle ex 2^a suppōne. ꝯn̄a ꝓbatur. qꝛ postꝗ ifinita po^a est in magnitudine finita: tunc mouet vel i tēpore: vel in non tpe. Si mouet in non tpe: tunc habet predictū icōueniens. Si mouet i tempore: vt^9 ifinita: vt vt^9 ꝑmi reuoluit orbē suū in .24. horis: capiat alia po^a finita illa mouebit i minori tpe ex suppōne ꝑ^a. Nō tūc additō alterius potentie fiet ad illam potentiam: tunc mouebit minori tempore. vt si prior mouebat in. 48. horis: tunc illa precedens τ addita potentia forte mouebit i. 30. horis. qꝛ fm additiōem potentie ad potentiam proportionabiliter diminuitur tempus. modo iteruȝ addatur alia virtus finita. tunc forte mouebit in equali tempore cuȝ infinita. qꝛ. 30. hore excedunt forte. 24. horas. sicut vtus iam congregata ex preexistente: τ addita potentia habet se ad preexistens. ergo in equali tempore mouet virtus infinita τ finita: vel virtus infinita mouebit in non tpe. ⁋ Notandum ꝙ hic est difficultas. qꝛ videt ꝙ per istā rationē nō solū ꝯuincat ꝙ nō sit virtus ifinita i magnitudine finita: sed ꝑ eā ēt ꝓbatur ꝙ virtus ifinita etiā non ē extra magnitudinē. τ sic de^9 nō haberet po^am ifinitā. τ nihil sic mouet ꝑ tps ifi^9: qȝ ē ꝯ Ar. ꝓba^r. accipiat eadeȝ rō. Si ē aliq vtus infinita: siue sit i magnitudie siue ex: mouebit i tpe vel in non tēpore: τ deducatur omnibus modis. sicut

prius sequetur ꝙ virtus infinita extra magnitudinē: et virtus finita mouebunt idē mobile per equale tempus: vel virtus infinita mouebit in non tpe. Et hoc est ꝙ commētator q̄rit in isto cōmēto. siue virtus infinita sit in magnitudine vel extra magnitudinē: vt qd est: quasi diceret non est drīa siue virtus infinita ī magnitudine: vel extra quantū ad illud inconueniens. q2 vel mouebit in non tē-pore: vel v̄tus finita ⁊ infinita mouēt idē mobile p equale stadiū ī eq̄li tpe. ¶ Notādū ꝙ doctores rńdent: ad cuius intellectū presupponūt p̊. ꝙ nulla v̄tus in magnitudine moueat p intellm. q2 intell's non est v̄tus in corpore. ex 3° de aīa. sed v̄tus que est sine magnitudine mouet p intellectū. vt dicit Ar. 12. huius. q2 celū mouetur ab itellītia.

T.c.4. T.c.41.

q2 a v̄tute non existente in magnitudine. ¶ Tūc dicunt ꝙ est drīa inter agens ⁊ mouens fm intellectū: ⁊ agēs qd mouet et agit fm intellm. Mō dicūt. agēs nō p intell3 facit effectū proportionalē sue nāe. q2 ignis est agens non p intell3. ista calefactio tanta est quantus est calor. sed effectus agentis p ītell3 non proportionat̄ nāe sue: sed forme apphense per ītell3. verbi grā. domificator agit p intell3. mō nō agit tantā domū quantā pōt. q2 non op3 ꝙ domus sit tāta q̄3 pōt domificator domificare. vn̄ nō op3 ꝙ tātū domificet quantū pōt. sed q̄tū apprehendit tantū domificet. Mō dicunt. v̄tus in magnitudine non agit per intellectū. ḡ facit effectū pportionalē nāe sue. sed secus est de v̄tute extra magnitudinē: q̄ agit p intell3. q2 nō op3 ꝙ faciat tm̄ q̄tū pōt. vnde si esset v̄tus infinita in magnitudine: seq̄ret̄ ꝙ motus ab ea pcedens esset fm pportiōe3 eius: ⁊ sic pcedit demōstratio eius. Si aūt est v̄tus infinita non in magnitudine motus ab ipsa non pcedit fm proportionē virtutis: sed fm rōnē forme apprehense. i. fm ꝙ ꝯuenit fini ⁊ nāe. ¶ Notandu3 vlterius: vt dicunt: ꝙ sicut probatum est in 6° phy. ꝙ nihil mouetur nisi habeat magnitudinē. vn̄ velocitas motus est effectus recept' a mouente in aliquo hn̄te magnitudinem. Mō dicūt. ꝙ nulla nā corporea pōt recipere effectū pportiōalē v̄tuti ⁊ po'q̄ non est ī magnitudine. q2 q̄lib3 nā corporea cōpat̄ ad nā3 īcorporeā: sic pti'r ad abstractū ⁊ vl'e. ¶ Mō his visis dicūt expositores: ꝙ non pōt ꝯcludi. Si v̄tus īfinita nō sit ī magnitudie. ꝙ ex ea cōsequat̄ ꝙ velocitas īfinita sit in aliquo corpe: vel moueri in non tpe. qd est effectus pportionatus tali po'. sed non phibet ī aliq̄ magnitudine recipi effectū v̄tutis q̄ est in magnitudine. q2 cā est pōr effectu. Si ḡ cā esset in magnitudine vt virtus īfinita ad motū: tūc ēt effectus vt moueri ī nō tpe. vn̄ si poneret̄ ꝙ aliqua virtus infinita eēt in magnitudine: sequeret̄ ꝙ correspōdens ei esset ī magnitudine: vt velocitas īfinita: ⁊ moueri in non tpe. sed hoc est ipo'e. ḡ ⁊ p̊m. ¶ Ex hoc p3 solo dicte dubitationis. nā moueri in tpe infinito non repugnāt magnitudini mote. vt magnitudini circuli. vt pbatū est prius. sed moueri velocitate īfinita in non tpe ꝯriat̄ rōni magnitudis: vt in 6° probatū est. vn̄ ipedimentum est ex parte magnitudis: que non est nata recipere motu3 in nō tempore. s3 ex parte v̄tutis infinite: que ē extra magnitudinē non impeditur. vnde fm Ar. a p̊ mouente cātur motus infinite duratiōis: ⁊ non motus velocitatis infinite. Ista est terminatio sancti Thome. ¶ Notandū ꝙ vr̄ ꝙ dictum illud non sit ver3 fm intentionē Ar. ⁊ cōmentatoris. vn̄ vnum dubium est de hoc. qd dicit ꝙ agens per intellectu3 non agit fm exigentiam sue nāe. hoc non valet. vn̄ duplex est agens per itellectū. qddā qd recipit aliquid ex fantasmatibus. vt intellectus hoīs. Aliud ē agēs per intellectū: qd nō recipit ex fantasmatibus: vt intellectus diuinus. ¶ Itē agēs per intellectū qddam intransmutabile omnino per se ⁊ per accidens: ⁊ illud intelligit quicq̄d potest ⁊ appetit quātu3 et perfectiori modo quo pōt intelligit ⁊ appetit. Aliud est agens per intellectum qd non intelligit quicq̄d pōt perfectissimo modo. ⁊ qd nō appetit quantū pōt: ⁊ hoc est transmutabile. Mō agens per intellectū qd ē trāsmutabile aliquo mō facit effectu3 non proportionalem nature sue: sed forme apprehense: s3 intellectus omnino ītrāsmutabilis facit quicquid potest ⁊ effectū proportionalem sue nature. ergo op3 ꝙ moueat fm ꝙ potest. ⁊ sub modo perfectissimo: ēt si sic esset: tunc non moueretur in tēpore. Et hoc probatur. Agēs qd agit per intellectum qd intelligit ⁊ appetit quicquid potest et sub modo perfectissimo illud mouet quicq̄d potest. quia motus ab eo procedit fm modu3 intelligendi ⁊ appetendi: sed primū mouens omnino intrāsmutabile intelligit: ⁊ appetit quicq̄d pōt ⁊ perfectissime: q2 non minus vl' magis. q2 tunc voluntas eius esset mutabilis. qd est inconueniens. ergo primū mouens facit ⁊ mouet quicq̄d potest. ergo si infinitā potentiam haberet ad motū moueret ī nō tempore cu3 faciat quicquid potest. vnde si domificator ītelligeret de necessitate quicq̄d potest: tūc faceret domū proportiōalē nature sue: sed hoc non est. vnde virtus nō ī magnitudine existens facit effectū sue nature. Et confirmatur scdm̄ Cōmentatorem. ꝙ dicere ꝙ virtus infinita fm intellectum non faciat effectum proportionalem sue nature est extra fundamenta. q2 potentie actiue correspōdet passiua potentia: vnde si virtus infinita potest mouere in nō tempore: tūc est potētia receptiua illius effectus aliter esset frustra. sed nō est po' receptiua nisi corpus cū nihil moueatur nisi corpus. ¶ Item cum dicunt expositores. ꝙ inter virtutem infinitam extra magnitudine3 ⁊ virtutem infinitam ī magnitudine est differentia. q2 illa virtus in magnitudine potest facere effectū proportionalem sue nature. sed virtus extra magnitudinem non potest facere effectū proportionalem sue nature. Hoc nō valet. quia dicit cōmentator. ꝙ non est simile de virtute in magnitudine ⁊ extra magnitudinem. q2 si esset virtus infinita in magnitudine: tunc esset infinita in vigore. ⁊ moueret velocitate infinita: ⁊ in non tēpore. vnde dicit commentator. ꝙ inter virtutem in magnitudine ⁊ extra magnitudinem est triplex differentia. Prima differētia est ꝙ virtus in magnitudine op3 ꝙ sit finita vel infinita. s3 virtus que non est in magnitudine: nec op3 ꝙ sit finita vl' infinita in vigore. Secūda differentia est. ꝙ inter virtutes in magnitudine vna est maior. alia minor. sed in virtutibus extra magnitudinem non oportet ꝙ vna sit maior. alia minor. Tertia differentia est. ꝙ proportio temporis ad tempus motus virtutum in magnitudine habe3 locum fm proportionem virtutis mouentis ad virtute3 mouentem: sed in virtutibus extra magnitudine3 nō habet locum. q2 proportio est tantum fm quantitatem. que quantitas non est in virtutibus extra magnitudinem.

8° phys. 79. cō. ⁊ 12° met. Cō. 41.

Tunc ad rōnem. Ad primā diceret cōmentator. Si virtus infinita esset extra magnitudinem: tunc moueret in nō tempore. cōmentator diceret. ꝙ ista virtus infinita: nec mouet in tempore: nec in non tempore. q2 non habet potentia3 mouendi īmediate. vnde si īmediate moueret mobile: tunc esset verum ꝙ moueret in non tempore. ¶ Tu dicis. ⁊c. Dicendum ꝙ principiū mouens qd habet infinita3 potētiam non mouet īmediate. sed mediante alio quod est finitum. vnde sicut dicit cōmētator. 12° huius. Primū mobile mouetur a duplici motore ab anima que est in eo: et ab anima que ē separata ⁊ liberata ab omni corpore omnino per se ⁊ per accidens. vnde si hoc esset ꝙ moueret īmediate. tunc esset proportio motus ad motum: ⁊ tem-

Cō. 41.

poris ad tempus ſ3 proportionē ṽtutis ad ṽtutem: ſed infiniti ad finitū non eſt proportio. ergo virtus primi non mouet imete tāq3 motor appropriatus ꝛ virtus in magnitudine. ergo eſt primus motor oīno ſeparatus a magnitudine. vnde ſi virtus īfinita extra magnitudinē eſt ꝛ mouet mediante alio: tūc nō opꝫ ꝙ ſit ꝓportio motus ad motū ſm ꝓportionem virtutis: vt dictū eſt. ¶ Notandū ꝙ virtutem eſſe in magnitudine pōt intelligi dupl̄r. Uno mō ꝙ īherenter ꝛ ſubiectiue virtus ſit in magnitudine: vt albedo in pariete: ꝛ aīal in homine. Alio mō pōt intelligi ꝙ non ſit virtus ſubiectiue in magnitudine. ſed appropriate ſm motū: vt ꝙ talis virtus moueat determinatū mobile: vt orbem: ꝛ tali velocitate ꝛ non maiori ꝛ vno motu ꝛ non pluribus. Sic virtus extra magnitudinē dr̄ eſſe dupliciter. vno mō ꝙ nō eſt ī ſubiecto īherenter. tn̄ appropriate eſt in magnitudine: ſic motores corm omnes excepto primo motore ſunt extra magnitudinē. 2o mō dicitur eſſe extra magnitudinē non ſolū ſubiectiue ꝛ inherenter: ſ3 ēt ſm appropriationē ſicut ꝑmus ſolū ē extra magnitudinē: inherenter eſt in magnitudine: nec ſm appropriationē. qꝛ non determinatus ad aliqđ mobile ꝛ orbem. ſed oīno ſeparatꝰ ꝛ liberatus ab oī orbe quē moueat īmediate. Mō qn̄ dicit cōmentator ꝙ virtus infinita extra magnitudinē: nec mouet in tp̄e: nec in non tp̄e: nec finiti vigoris: nec infiniti. intelligit de ṽtute

Cōmē.79.

que eſt extra magnitudinē oīno ſm inherentiam et appropriationē. ꝛ hoc intendit. 8. phy. ꝛ 12. huius. ꝙ

Cōm.41

primus motor oīno eſt liberatꝰ a magnitudine. vnde dicit. pm mobile conponit̄ ex duplici motore ab vno motore q eſt in eo ſm appropriationē: vt intelligentia ꝛ a motore q eſt omnino liberatus ꝛ ſeꝑatus ſm appropriationē ꝛ inherentiam. vn̄ etiam dic̄ cōmentator in de ſuba orbis. cū Ar. ꝯſiderauit in ṽtutibus appetitiuis vidit aliquas mouere ad aliquod

Cō.4.

appetibile nobilius ſe. ¶ Notandū ꝙ dubiū eſt. qꝛ cōmentator dicit. ꝙ virtus extra magnitudinē: nec eſt finita: nec infinita. cū tn̄ Ar. in vltima demōſtratione dicat ꝙ pm mouens non h3 potentiam infinitā quo ad motū. ꝙ īmediate moueat. ſed h3 potentiam infinitā cauſalitate. qꝛ mouet in genere cauſe finalis: que cauſalitas eſt ſuper ſe inquantū mouet vt finis: non vt verū agēs qđ extrahat aliqđ de poa ad actū.

Per hoc

ad rōnes in oppm. Ad primā. Celū eſt īfinite. ꝛc̄. ꝯceditur. Tu dicis. ꝙ celū. ꝛc̄. Dōm ꝙ habere potentiam eſt dupliciter vel ad eſſe: vel ad motum. Iterū potentia ad eſſe eſt duplex. vna eſt poa ad eſſe per materiaꝫ que eſt parabilis potentiam: ꝛ ſic celū non habet potentiam ad eſſe ꝑ ſubam ſimplicē ſui que eſt coniūcta actui que nō patitur cōpōnē: ꝛ illaꝫ h3: ꝛ eſt infinita. vn̄ in infinitū in duratione pōt eſſe figuratū ꝛ dimenſionatū: ꝛ hec poa coniuncta actui. Silr poa ad motū eſt duplex. poa actiua ꝛ paſſiua. mō celū h3 potentiam infinitam paſſiuam ad motū. qꝛ receptiuā cū recipiat motum ī īfim. ſed non h3 potentiam actiuaꝫ in ſe ad motū: nec ſubiectiue: nec appropriatiue. qꝛ ſequeretur ꝙ moueret in non tp̄e: vel maior virtus eſſet equalis minori. qđ eſt incōueniens. ¶ Ad aliaꝫ. Illud qđ mouet. ꝛc̄. cōceditur. ſimpl̄r ꝛ principaliter mouet. ¶ Tu dicis. celum ꝛc̄. Dōm ꝙ celū ꝛc̄. non mouet principaliter. qꝛ primū mouens mouet: vt amatū ꝛ deſideratum: qđ nulloꝰ eſt in magnitudine. ſed celū mouet vt motor appropriatꝰ ei q eſt iſtiꝫ mouentis ꝑmi: ꝛ ṽtute ipſius mouet. ¶ Ad aliam. Illud qđ ſemper eſt. ꝛc̄. Conceditur. mouet ſicut agens ꝑncipale vel inſtrūale. ſed non oꝫ ꝙ ꝑciſe moueat vt ꝑncipale agens. ¶ Tu dicis. celuꝫ ꝛc̄. Dōm ꝙ mouet vt inſtrūale agens: ſed non vt pm mouēs. qꝛ ſi ſic moueret in non tp̄e. qđ eſt īpoſ̄e. ꝛ iſta ſunt dicta ſm intentionē cōmētatoris. tn̄ fides ꝛ veritas ponit ꝑmā cāꝫ eē ṽtutis īfinite ī vigore. ꝛ de hoc ꝑus viſuꝫ ē. iō ꝑtermittat̄ gr̄a breuitatis.

Qō XVII.

T.c.42

¶ Utrū aūt ponendū vnam ſubſtantiam. ꝛc̄.

Queritur

circa h capl̄3. vtrū pm mouēs moueat īmediate pm mobile. Et arguit̄ primo ꝙ ſic. qꝛ ſi hoc nō eſſet numerus motuū non argueret numeꝝ motoruꝫ. ſed hoc eſt ꝯ̄ intentionē Ar. in iſto 12o. vbi ex numero motuū inueſtigat numeꝝ motoꝝ. ꝯña pꝫ. qꝛ poſtq̄ꝫ primus motor non moueret īmediate pm mobile: tūc primꝰ motus eēt a duobꝰ motoribꝰ. ꝛ ſic non eſſet numerus motuū ſm numeꝝ motoꝝ. qꝛ vnus motꝰ eſſꝫ a duobꝰ motoribus. quare ꝛc̄. ¶ Itē ſuba ꝑma mouet īmediate ꝑmum mobile. ꝑ Ar. iſto 12o. vbi dicit. videmus aūt preter vniuerſi lationē quā mouere dicimꝰ primā ſubam. ꝛ intelligit vniuerſi lationē motū ꝑmi mobilis. ergo pa ſuba mouet īmediate primū mobile: ſed primū mouēs vt deus ē prima ſuba: vt de ſe pꝫ. g̃ ꝛc̄. Et confirmatur. Si primum mouens mouet primuꝫ mobile. vel hoc eſt mete vel īmediate. per ſufficienteꝫ diuiſionem. ſed non eſt mediate. qꝛ eadem ratione ēt mouent omnia alia mobilia. ꝛ ſic nō ſolum diceretur primū mouēs reſpectu primi mobilis. ſed etiam ratione oīum aliorum.

t.c.44. ꝛ.48

T.c.43

Oppoſitum

vult Ar. ꝛ cōmentator h. ꝛ 8. phyſi.

T.c.36.

Notandum

ꝙ de iſta qōne ſunt due opiniones. vna eſt ꝙ primū moueat primū mobile immediate. ꝛ probat hoc rationibus predictis: ꝛ adhuc alijs auctoritatibus. Prima eſt. qđ mouet aliquid ſine medio mouet īmediate. hec eſt de ſe nota. ſed primuꝫ mouens mouet primū mobile ſine medio. per cōmentatorem. 12. huius. vbi dicit. primū mouens mouet iſtū motum. ꝛ loquitur de motu ꝑmi mobilis ſine medio. ¶ Itē ī ſeparatis a mā idem eſt efficiens ꝛ finis. ſed ꝑmum mouens eſt ſeparatum a mā. ex iſto. 12. ꝛ 8. phy. per Ar. ꝛ cōmentatorē. ergo mouet vt efficiens ꝛ finis. ſed qđ mouet vt efficiens ꝛ finis mouet īmediate. ¶ Itē confirmatur a cōmentatore 12o ho. vbi dic̄. intelligentie abſtracte. ſ3 ꝙ ſunt abſtracte ſunt ꝑna duobus modis ſm agens ꝛ fineꝫ: ſed hoc non eſſet niſi īmediate moueret ꝑmum mouens. ¶ Item ſi pm mouens non moueret īmediate pm mobile tūc pa ſuba q̄ ē deus eēt ꝑor ꝑ motore totiꝰ. ſ3 h ē falſū. qꝛ dic̄ ꝯtr 12o hꝰ. ꝙ aliq dicūt ꝑmā ſubaꝫ eē ꝑorē motore ꝑ totiꝰ. h ē fl̄ſ3. ꝯña pꝫ. qꝛ poſtq̄ꝫ ꝑmꝰ motor moueret mete alio motore. pm mobile tūc eēt ꝑor motore totiꝰ. qꝛ ꝑcedit illū motorē ſimpl̄r. Et ꝯfirmat̄ ꝑ cōmētatorē ibidē. vbi dic̄. q̃libꝫ ſuba abta ē ꝑnm ſube ſenſibil̄ ſm formā ꝛ finē. ſ3 hoc nō eēt niſi īmete pm mouēs moueret pm mole. g̃ ꝛc̄. ¶ Itē qđ ē deſideratū ꝑꝑ ſe fac̄ pm motū īmete ꝑ cōrem. 12. ho. vbi dicit. ꝙ facit iſtū motū ē deſideratū: ſ3 pm mouēs ē hō. qꝛ pm mouēs ē ſolū deſideratū ꝛ amatū ꝑꝑ ſe. vt vult ꝯtor 12o hꝰ. vn̄ dic̄. hec. n. ē dr̄ia īter ꝑna ꝑma abta. ꝛ alia ꝑna abta. qꝛ alia abta a ꝑ ſūt ꝺſiderata nō ꝑꝑ ſe. ſ3 ꝑꝑ aliđ. vt pm. ſ3 ꝑnm pm ē deſideratū ꝑꝑ ſe: ꝛ nō ꝑꝑ aliđ. ¶ Alia ē opīo q̄ vr̄ eē expſſe phi ꝛ ꝯtor. ꝙ pm mouēs nō īmete mouet pm mole. Et rō ꝑma ad h ꝓbādū ē. Preter illđ mouēs qđ mouet ſolū vt amatū ꝛ deſideratū debꝫ eē aliđ mouēs qđ moueat vt amans ꝛ deſiderās. qꝛ qđ mouet vt amatū ꝛ deſideratuꝫ: mouet tn̄ vt finis. mō finis nō mouet īmete. ſed eſt cuius

T.c.79.

Cō.41. ꝛ.43.

T.c.41.

T.c.79.

Cō.36. ꝛ 38.

Cō.44.

Cō.c.5.

Cō.36. ꝛ 44.

Cō.37.

T.c.36. Cō.36.

gratia fit motus. sȝ primū mouēs mouet tn̄: vt amatū et desideratū. ꝑ Ar. isto 12°. vnde ēt cōmētator dicit ibidē. ꝙ p^m mouēs vt amatū primū. sȝ celū ꝑmū mouet̄ ab isto: sicut desiderans a desiderato. ⁊ amans ab amato. sȝ celū ꝑ se circūscripto motore non desiderat ⁊ amat. q̄ꝛ hoc ꝑti net ad intellectum amare ⁊ desiderare. ḡ alius est motor in celo: ꝑ quē celū amat ⁊ desiderat. ¶ Itē oē qđ agit mo

T.c.64

tū ime^te hoc agit ꝑꝑ nobili^9 se. per Ar. 2° celi. ca° de dua bus q̄ōnibus difficilibus. vbi dicit. actio ꝯsistit in duob^9 semper. cuius grā: ⁊ ꝙ h^9 gratia ⁊ fine ⁊ agente ꝑꝑ finē: sȝ deus non potest agere ꝑꝑ nobilius se cum sit optimū eoꝝ que in natura. ¶ Itē si p^9 mouens moueret imediate: tunc in non tp̄e moueret. sed hoc est falsum. q̄ꝛ implicat. ꝯñā probatur. supponēdo ꝙ in virtutibus que sunt ī ma gnitudine: siue subiectiue: siue appropriate maior virtus mouet per equale spaciū in minori tp̄e: ⁊ non inequali tē pore. sed ꝑmū ꝑn^m: qđ est causa perpetuitatis motus: est maior q̄ȝ omnes alie virtutes mouentes. modo ponatur ꝙ virtus aliqua moueat ī minori tempore: q̄ȝ illa virtus que est cā perpetuitatis motus: modo illi v̄tuti addatur alia virtus: tunc virtus tota mouet in minori tp̄e q̄ȝ ꝑexi stens prior. q̄ꝛ quantū additur de virtute: tantū diminuit̄ de tempore. Iteꝝ addatur alia virtus illi. iterum mouet in minori. ⁊ sic semper addendo virtutē virtuti deueniē ad hoc ꝙ illa virtus finita in magnitudine mouet ineq̄li tempore per aliqđ spacium: ⁊ equale mobile inequali tē pore cū illo mouet virtus infinita. sed hoc est falsū. ḡ mo uebit in non tp̄e. ergo opȝ ꝙ sit alius motor qui non sit de se infinite motionis. ¶ Hoc idē cōfirmat̄ auctoritatib^9

Cō.79

Et prima est cōmentatoris. 8. phy. vbi vult ꝙ virtus infi nite motionis non est in magnitudine: que virtus est pri ma cā perpetuitatis motus. vnde ꝑꝑ h̄ non est finita nec infinita in vigore. modo cōmentator intelligit ꝙ virtus infinita nō est in magnitudine vel subiectiue tn̄. vel sub iectiue ⁊ appropriatiue simul. non intelligit ꝙ virtus infi nita non est in magnitudine solum subiectiue. q̄ꝛ ex h̄ nō sequeretur ꝙ virtus illa nec esse finita: nec finiti vigoris: q̄ꝛ ēt alij motores corpoꝝ celestium sunt extra magnitu dinem subiectiue. ⁊ tn̄ sunt vigoris finiti. ergo ꝑmus mo tor est extra magnitudinē: non solū subiectiue. sed etiā ap propriatiue. ergo preter primū motorem opȝ esse motorē propriū: me^te quo primus motor moueat ꝑmum mobile.

Cō.79. Cō.41.

Hoc etiam vult cōmentator. 8. phy. ⁊ isto 12°. Dicit enim ꝙ motus celi primus est a duplici motore. quorū vnū est anima in eo existens. i. motor appropriatus: ⁊ ab isto mo tore celū mouetur determinata velocitate. Alius est mo tor qui est infinite motionis: ⁊ est motor non in mā: ⁊ ab

Cō.41.

illo motore est ꝑpetuitas motionis. ¶ Itē cōmētator di cit ibidem. virtutes in corporibus celestib^9 possunt semꝑ mouere: ⁊ possunt non semper mouere. possunt semꝑ mo uere si illud ꝑꝑ qđ mouent non est susceptibile transmu tationis. sed est omnino intrāsmutabile. sȝ pñt non semꝑ mouere. si illud ꝑꝑ quod mouent: ⁊ ad qđ mouēt est susce ptibile transmutationis. ḡ vult ꝙ preter proprios moto res orbium celestiū est cōmunis motor. ꝑꝑ quod ē perpe

Cap.4.

tuitas motus celi. ¶ Item cōmentator dicit. in de substā tia orbis. ꝙ cū Ar. cōsiderauit in virtutibus celestib^9 vi dit eas mouere ꝑꝑ appetibile nobilius se. ergo est motor primus ꝗ non mouet ime^te primū mobile. Hoc ideȝ vult

Cō.34

cōmentator 2° celi. caplo de difficilibus q̄ōnibus. vbi dič. ꝙ illud qđ est optime se hñs non indiget actione. vñ vi det̄ optime se habenti suuȝ bene existere preter actiōeȝ. q̄ꝛ actio consistit in duobus. s. in gratia cuius. i. in agente ⁊ fine per quē agit. ¶ Notandum ꝙ licet primū mouēs non mouet ꝑmū mobile ime^te. tamen excellentius ⁊ ꝑ fectius intelligit ꝑmū mobile q̄ȝ alij motores. Iste primus motor attribuitur primo motori: non ꝙ ꝑ cedat ab eo ime^te. sed pro tanto ꝙ est principium i telligendi illū motū ꝑfectius ⁊ mobile eius. ¶ No tandum vlterius. ꝙ licet prim^9 motor non moueat ime^te primū mobile. tamē est finis gratia cuius est motus ille: ⁊ non soluȝ est finis motus. sed ēt substā tie. q̄ꝛ motus primus est ꝑꝑ primū mouens. Et etiā suba mobilis est ꝑꝑ primū mouens. q̄ꝛ in oībus siue sint a nā: siue ab arte minus nobile: ⁊ minus bonuȝ est ꝑꝑ melius. ex 7° polliticorum.

Per hoc ad rationes. Ad primā. Si ita non esset ꝙ primū mouens. ⁊c̄. Dōȝ ꝙ numerus motoꝝ propriorū inuestigatur per numeꝝ motuū. vt vult Ar. tn̄ adhuc mobile ꝑmū pōt habe re motorē aliū preter propriū. vt cōeȝ qui mouet vt amatum ⁊ desideratū. ¶ Ad aliam. Prima substā tia. ⁊c̄. Dōm ꝙ si intelligatur ꝙ ime^te moueat sine alio. tunc negatur hoc. q̄ꝛ non ime^te mouet. sed si in telligatur ꝙ prima suba. ⁊c̄. sic vt perfectius ⁊ excel lenti^9 itelligat ꝑmū mobile: sic est verū ꝙ perfecti^9 intelligit ⁊ excellentius q̄ȝ q̄cūqȝ aliorum motoꝝ. ⁊ propter hanc excellentiam sibi attribuitur primus motus. ⁊ signū huius est velocitas motus. q̄ꝛ prim^9 motus est velocior omnibus alijs. ¶ Ad aliaȝ. si p^m mouens. ⁊c̄. Dōm ꝙ mouet ipsuȝ mediante alio mo tore. Et cū dicit̄ ꝙ non diceretur primus motor. ⁊c̄. Dōm ꝙ dr̄ primus motor respectu primi mobil̄. q̄ꝛ ipsum excellentius ⁊ nobilius itelligit q̄ȝ alij moto res. ⁊ etiam v̄tute eius oēs proprij motores mouēt. ¶ Ad aliam. Illud qđ mouet sine medio. ⁊c̄. conce ditur. Tu dicis. ꝙ primū mouens. ⁊c̄. Dicendum ꝙ primum mouens mouet sine medio. i. mobili. quia non medi^te mobili mouet. sed non mouet sine me dio. i. sine motore alio. q̄ꝛ tunc moueret ī non tp̄e. q̄ꝛ virtus infinita si esset ī magnitudine: siue subiue: si ue appropriatiue moueret in non tēpore. Et nō vult dicere cōmentator ꝙ primuȝ mouens est extra ma gnitudinem qđ moueat ime^te primū mobile. q̄ꝛ cō tradiceret sibi. q̄ꝛ in isto 12°. dicit. ꝙ primuȝ mobile mouetur a duplici motore. quoruȝ vnus anima exi stens ī eo. ⁊ est finite ⁊ determinate velocitatis. Et ab alio motore mouetur qui non est virtus in mate ria. ⁊ est causa perpetuitatis motus. ¶ Ad aliaȝ. In sepatis. ⁊c̄. Dicendum ꝙ hoc debet intelligi. ꝙ vbi est efficiens: ibi est ⁊ finis. sed non conuertitur ꝙ oē qđ est finis sit efficiens. q̄ꝛ preter motores proprios qui mouēt determinate est aliqđ mouens aliud. ꝑ pter quod alij motores mouent. q̄ꝛ habet se in rōne finis oīum. Et est causa perpetuitatis motus. ¶ Ad aliam. Substantie abstracte. ⁊c̄. Dicendū ꝙ cōmen tator itellit ꝙ intellĩtie abstracte sȝ ꝙ sunt ab^te sūt ꝑncipia duobus modis. sed agēs. idest ꝙ quodcūqȝ ē principium agens alicuius. etiam est principium fi^le. sed non conuertitur ꝙ si aliqua intelligentia sit principium vt finis: ꝙ sit agens: ⁊ ꝙ ime^te moueat. vnde alie intelligentie a prima mouent vt agentia imediata ⁊ vt finis. sed prima intelligentia mouet: vt finis non vt agens imediate. ¶ Ad aliaȝ. Si pri mū mouens. ⁊c̄. Dicendum ꝙ primam substantiaȝ esse priorem motore primo potest intelligi duplici ter. vel tempore: vel dignitate. modo primo modo non est verū. q̄ꝛ motor secundus est coeternus prio motori: ⁊ similiter corpora celestia sm̄ cōmentato rē. sed si intelligitur ꝙ est prior dignitate: sic est ve

Ista opio docto ris ꝯdicit cōmē tatori expresse i 12. met. cō. 44. vbi hȝ. nulla for ē q̄ñ finis ⁊ cōis ⁊ vlis nisi illa ex eis q̄ hȝ actiōem cōeȝ. ⁊ hec est oi ꝑpō forme mouē tis p^m celū motu diurno. rursus cōmē. 57. dič. ꝙ alia abstracta vi dent̄ eē electa et ꝯsiderata ꝑpter alia. s. ꝑn^a alioꝝ motuū ꝑter mo tū diurnū: qđ ē hūc motuȝ facit. vt eē electū ꝑ se. ⁊ rursus cō. 38. illō qđ motū p^m mouet ē act^9 pu rus sine oi potē tia. tale adt nō ē nisi de^9. vt pȝ ter tio de aīa. cō. 5. ⁊ sotone. 3. q. ideȝ cō. 30. mot^9 eīu^9 hȝ motorē eter nū q ē actio pu ra. idē cō. 35. mo uens ꝑmuȝ imu te ē a potētia. ⁊ ī nulla existu ma teria. rursus. 8. phy. t. c. 84. vbi demōstrat ꝑmū motorē eē in cir cūferētia celi. q̄ꝛ ibi magis appet velocitas motus dič Cōmētator ꝙ oēs leges erā ꝯuenīūt ī hoc. ꝙ de^9 habitat i celo in illo Comento dare pȝ. deū ef fectiue mouere ce lū. Rursus si nō mouet̄ effectiue q̄ mō possȝ cog sci deū eē abstra ctū. cum nulla sit alia via sȝ cōmē tatorē q̄ȝ via mo tus. plīa rōnes ⁊ auctates cōmē tatoris adduxi i . q. mea d triplici cāluate intelligē tie. quas hic gr̄a breuitatis omitto. ⁊ ibi solui rōnes ꝯ oēs. ⁊c̄.

rum φ potest esse prior omni motore secundo dignitate ꝛ nobilitate. vñ ét Cōmentator: loquit ibi de quibusdam: quorum positionez sequebatur φ pmum mouens pus est tempore motore secundo: qđ secundum ipsum non est verum. ¶ Ad aliam. Substantie ab^{re} ꝛc. Dicenduz φ verum est φ sunt finis motus ꝛ substātie mobilis: quia nō solū motus celi est propter pmū mouens: sed etiā substantia mobilis vt celi est finaliter ꝑpter pmū mouens simpliciter: sed propter alios motores secundario. Et sic dicēdū est ad omnes alias auctoritates: φ si Aristo. vel Cōmētator inueniuntur dicere φ pmus motus est a pmo pncipio intelligūt secundū excellentiā ꝛ perfectiorez modū intelligēdi pmi mobilis: quia certius ꝛ excellentius intelligit p^{m} mobile q̄ alij motores. ǵ pmus mot^{9} attribuit p^{9} motori nō φ ime^{te} moueat. vt dcm̄ ē pus. Qō XVIII.

Consequenter quia sctā est mētio de pmo principio. Utruz moueat imediate. ideo propter maiorem euidentiam eius: ꝛ etiam predictorū: quia dixit Aristo. pus. Et h̄ que simplex ꝛ secundū actū: lꝫ ista questio magis haberet locuz ante quattuor precedentes questiones post illā que quesitū fuit vtrū inte^{9} mouēs orbez sit cōiuncta orbi. Et est questio ista. vtrū pmuz pncipiū sit summe simplex. ¶ Arguit pmo φ nō. Illud in quo sunt multa attributa nō est summe simplex: quia multitudo predicatoꝝ et attributoꝝ arguit compositionē: qꝛ vnum ꝛ multa nō sunt idem: sed in pmo pncipio sunt multa attributa: qꝛ deo attribuuntur multa predi^{ta}: quia vita sapiens ꝛ intelligēs. ergo nō est simplex. ¶ Item. illud attribuit deo qđ est melius ꝛ optimuz: qꝛ deus est optimum in natura. ergo sibi dꝫ attribui optimū: sed compositio melius est simplicitate in inferioribus: sicut homo qui est cōpositus est melior materia pma: vel etiā quatuor elemētis: ꝛ sic de alijs. ¶ Itē. illud est compositū: cui^{9} esse scit ꝛ quiditas ignorat: quia cuius esse scitur ꝛ quiditas ignorat: ita se hꝫ φ in tali esse ꝛ quiditas sunt diuersa: ꝛ cōpositio est diuersoꝝ: sꝫ esse pmi pncipij scitur: ꝛ quiditas ignorat: qꝛ possuz scire esse dei: vt φ deus est: ꝛ tñ quid est deus ignoro. ¶ Itez. accidēs in subiecto arguit compositionē: cū accidēs cū subiecto nō importet eandē rem: sed diuersa: sed in deo sunt accidētia: sicut sapiētia bonitas ꝛ hꝫ. ergo nō est simplex: ꝛ φ ista sint in deo accidētia ꝓbatur: qꝛ in nobis sunt accidentia. ǵ nō possunt esse suba dei: qꝛ qđ accidit vni nō est suba: qꝛ qđ vere est nulli accidit.

Oppositum vult Aris. in littera: ꝛ ét Cōmētator: q vult φ ds sit sūme simplex: ita φ in eo nulla sit ꝯpō.

Dicenduz est ad qōnē: φ de^{9} inquātuz ds est sūme simplex. Et cā est. si deus esset ꝯpositus: tūc in eo esset aliqd per modū actus ꝛ aliquid per modū potētie: sꝫ hoc est falsuz: qa est purus actus sine oi po^{a} passiua. ꝯña pꝫ: qꝛ in omni cōposito: siue sit ex materia ꝛ forma: siue ex genere ꝛ differētia: siue sit compositio quātitatis: siue virtutū semper aliquid hꝫ se per modū potētie ꝛ aliquid per modū actus: quia materia ꝛ genus hꝫ se per modū potētie: sed differētia ꝛ forma per modū actus: ꝛ sic intelligat de alijs. ¶ Itez. illud qđ est pncipiū simpliciter in toto vniuerso est sūme simplex: qꝛ pmū simplr totius vniuersi est sūme simplex: cuz omne cōpositū reducat ad pmū: sꝫ pmū pncipiū est hꝫ. ex isto iz. φ pmū pncipiū simplr est pmū in toto vniuerso cum ipsuz sit pma causa ꝛ pma suba ꝛ bonum separatū ad qđ omnia alia reducunt. ǵ ꝛc. ¶ Itē. si pmuz pncipiū esset cōpositū ꝛ nō sūme simplex: tunc haberet causaz priorem se: qđ est falsuz: qꝛ implicat cōtradictoria. vñ sic esset pma causa ꝛ nō pma causa. ꝯña pꝫ: qꝛ omne cōpositū dependet a causa priore. quare partes cōposite non vniunt: nisi per causaz priorē. ¶ Itē. si pmū pncipiū esset cōpositūz et nō sūme simplex: aut esset in eo cōpositio mãe ꝛ forme: aut generis ꝛ differētie: aut partiū q̄titatiuarū: aut virtualiū: aut subiecti ꝛ accñtis per sufficientē diuisionē: sꝫ pncipiū pmū nō est ꝯpositū ex mã ꝛ forma cū sit eternū: nec ex genere ꝛ differētia: qꝛ genus dicit ꝛ psupponit materiā. vt vult Cōmentator. x. celi: nec est cōpositū ex partibus quantitatiuis: qꝛ est visum pus φ est virtus extra oēm quātitatē ꝛ magnitudinē: nec est cōpositū ex diuersis partib^{9} vtualibus: sicut ex diuersis potētijs cū sit purus intellus ꝛ simplex: nec est cōpositū ex subto ꝛ accñte cū nullū accñs cadat in ipsuz: qꝛ est suba sine omni accidēte. ǵ relinquit φ sit sūme simplex. ¶ Itē. si pmū pncipiū esset ꝯpositū: tunc in eo caderet aliqua inouatio: sed hoc est falsuz: qꝛ pmū pncipiū est intrāsmutabile ꝛ semper hꝫ se eodē mō. ꝯña pꝫ: qꝛ Cōmētator dicit in hoc. iz. φ omne ꝯpositū est nouū: sꝫ de instātia que est ꝫ hoc vt de celo: qđ est ꝯpositū ex suba ꝛ q̄titate: ꝛ de anima intellectiua visuz est pus. ¶ Notandū ꝑpter solutionē rationuz: φ ista attributa in deo: sicut φ deus est sapiens viu^{9} nō differunt realr in deo: sꝫ sunt vnū in suba: nec tñ sunt oīno eadē: sicut syno^{ma}: que differūt tm̄ vocalr: qꝛ differunt sm̄ modū intelligendi q accipit sm̄ silitudinez ad ꝓpōnē cathe^{rum} in rebus compositis. sicut. n. itellus intelligit ista in hoie multa φ hō sit sapiēs viuus: ita itelligit ista in deo nō φ differāt in deo: sed tm̄ intelligit ista sm̄ silitudinez: qꝛ dispō ꝛ dispositū. i. subm ꝛ pdicamētū: sicut ds est viuus ꝛ ds est sapiēs in deo nō dr̄nt realr: sed oīno sūt idē: sicut dr̄nt in malib^{9} vt rōl^{e} ꝛ hō: qꝛ disponit hō p rōl^{e}. de isto visuz est pus in q̄dā qōne. De formalit^{9} aūt quas aliq ponūt sm̄ diuersitatē attributoꝝ vt φ paternitas ꝛ filiatio sint diuerse formalitates nō ptinet ad ꝓpo^{m}: sꝫ magis ad theologos.

Ad rōnes. Ad p^{m}. pꝫ ex dictis: qꝛ ista attributa in deo nō dr̄nt realr: lꝫ dfant sꝫ mo^{m} itellndi nrz. ¶ Ad aliaz. Illud attribuit deo ꝛc. ꝯcedit. si sit simplr opti^{m} ꝛ meli^{9}. Tu dicis: φ ꝯpō ꝛc. Dōz φ ꝯpō in reb^{9} ꝯpositis est melior vna ptiū q̄ est simplex: sꝫ tñ ꝯpō nō ē simp^{r} opti^{m}: qꝛ in reb^{9} simplicib^{9} non cadit ꝯpō: ꝛ simplicitas est melior ꝯpōne: cū ꝯpō arguat nouitatē. ¶ Ad aliā. Illud est ꝯpo^{m} ꝛc. ꝯcedit. si eē simplr scit. Tu dicis: φ eē pmi pncipij ꝛc. Dōz φ eē pmi pncipij scit: sicut qditas ei^{9}. vñ ista in nullo dr̄nt. vñ si scit qd est eē dei: tūc ét scit qd est qditas dei. vñ bñ vez est φ eē pmi pncipij scit quo ad extātiā in rerū nã: ꝛ sic ét qditas ei^{9} scit: sꝫ tñ scire eē dei in se nō pōt sciri sine qdi^{te} dei. vñ si vnū scit ꝛ aliud. vñ aliqs bene pōt scire deū esse: ꝛ tñ ignorare qditatē eius in se: ꝛ sic etiā ignorat esse in se. ¶ Ad aliaz. Accidens in subiecto ꝛc. Concedit. Tu dicis: φ in deo sunt multa accñtia negatur. ¶ Ad probationē sapientia bonitas ꝛc. Dicen

Marginal notes: T. cō. 37. — In fine. — Cō. 49. — Cō. 39. — T. 5. 30. ꝛ. cō. 37.

duꝫ: ꝙ lꝫ iſta ſint accidentia in īferioribus: tamē in deo ſunt ſubſtātia. ¶ Ad ꝓbationē: qḋ vni eſt accidēs ⁊c. Dicendū: ꝙ verū eſt in ꝑdicatis vniuocis: ſed in equiuocis nō: q2 vna vox poteſt ſignificare diuerſas res: quarum vna eſt accidēs ⁊ alia ſubſtantia. vn̄ iſta non ſunt vniuoce dicta: ſed equiuoce vel analogice in ſuperioribus ⁊ īferioribꝰ vt vult Cōmentator. Q̃ō. XIX.

t.c.44. ¶ Q̃ō quidē igit̄ ſubſtātie ſint ⁊ bariū ⁊c.

Queritur circa idē capl'm ſupra dictaꝫ lr̄aꝫ. Utrū motores corpoꝝ celeſtiuꝫ ſint ordinati ſm ordinē corpoꝝ celeſtiū in magnitudine ⁊ in loco. ¶ Et arguit̄ ꝓ°: ꝙ nō. Illa q̄ ordinant̄ ſꝫ ordinē magnitudinū ⁊ locoꝝ corpoꝝ celeſtiū debēt hr̄e magnitudinē ⁊ locū: q2 aliq̄d nō ōꝫ ordinari ſm ordinē mobiliū magnitudinū: niſi hēat magnitudinē ⁊ locū: ſꝫ motores ſeꝑati nō hn̄t magnitudinē. ex. 8. phyſico. ⁊ iz. hꝰ: q2 ſunt virtutes ex̄ magnitudinē: neqꝫ hn̄t ſitū ⁊ locū: q2 ſolū corpus eſt in loco. ex. 4. phyſicoꝝ. ¶ Itē. motores corpoꝝ celeſtiū debēt hēre ordinē ſue dignitatis ſm ꝙ velociꝰ mouent: q2 maior velocitas motꝰ arguit nobilitatē ⁊ dignitatē maiorē motoris: ſꝫ motores corpoꝝ celeſtiū nō mouent velocius ſm magnitudinē vel ſituꝫ mobiliū: q2 videmus ꝙ luna velocius mouet̄: q2 in minori tp̄e cōplet motū ſuum q̄ꝫ alij planete: ⁊ ꝯſtat tn̄ ipſam eſſe minoris quātitatis alijs planetis: q2 ſol eſt maior. ſil'r eſt inferior in ordine. ¶ Itēꝫ. motor ſolis eſt nobilior alijs motoribus: ⁊ tn̄ nō eſt ſol maioris quātitatis alijs planetis. ſil'r nō eſt in ſuꝑ̄mo loco. g̊ motores ſeꝑati nō ordinant̄ ſm ordinē mobiliuꝫ in magnitudine ⁊ loco maior eſt manifeſta. ſol. n. nobilior eſt alijs: q2 eſt cor planetarū ⁊ cauſa luminis eoꝝ. ⁊ per ꝯñs motor eius erit nobilior alijs motoribus. vn̄ etiā aliqui dixīt ſolē eſſe patrē planetarū. minor pꝫ: q2 ſol ⁊ orbis eius nō ſunt in ſuppremo loco: q2 ſaturnus iuppiter ⁊ mars ſunt in ſuꝑiori loco. Sil'r orbes eoꝝ ſunt maiores: q2 ꝯtinēs ē maius ꝯtēto ⁊ ſpera ſolis continet̄ ab illis: ⁊ tamē ſol eſt nobilior alijs planetis. ⁊ per cōſequens orbis eius: q2 ſtella ⁊ orbis ſunt eiuſdem nature. ex ſecundo celi.

Oppoſitum vult Ariſto. in iſto caplo. vbi vult ꝙ ꝑ̄ncipia abſtracta mouentia ordinentur ſm ordinē mobiliū in magnitudine ⁊ loco ſꝫ ꝙ vnū eſt ꝑ̄mū: aliud ſecundū: ⁊ ſic de alijs: ſic etiaꝫ motores in dignitate ⁊ ꝑ̄oritate ordinant̄. ¶ Hoc idē vult Cōmentator hic: q2 dicit: Qm̄ v̄o ordinatio iſtoꝝ mouentium a ꝑ̄mo motore: opꝫ vt ſit ſm ordinē orbiuꝫ ⁊ ſtellarū in loco: manifeſtū eſt etiaꝫ: q2 ꝑ̄oritas eoꝝ in loco ⁊ magnitudine facit eos ꝑ̄ores in nobilitate.

Dicendum eſt ad q̄ōnē ſm intentionē Ariſt. ⁊ Cōmentatoris: ꝙ ordo mouentiū in dignitate ⁊ nobilitate eſt ſm ordinē mobilium in magnitudīe ⁊ loco: ita ꝙ ſuperioris ⁊ maioris orbis eſt motor nobilior ⁊ dignior. vn̄ motor ꝑ̄mi mobilis ſiue h̄ ſit octaua ſpera ſiue nona eſt nobilior omnibus alijs. Et q2 hoc eſt difficile ꝓbare: q2 ſunt quaſi ꝑ̄ncipia: ⁊ tn̄ indiget probatione: ⁊ primus magiſter nihil dixit ſine forti probatione. vt dicit Cōmentator. ꝑ̄mo de generatiōe. Et q2 ordo eſt optimū: q2 in nā nihil eſt inordinatū: q2 natura eſt cauſa omnis ordinatiōis. ergo in toto vniuerſo eſt ordo. Et ex hoc pōt tunc ꝓbari tanq̄ꝫ a poſteriori intentū. Prioritas nobilitatis ⁊ dignitatis ꝑ̄oꝝ abſtractoꝝ ⁊ motoꝝ vel eſt ſm ordinē corpoꝝ celeſtiū in magnitudine ⁊ loco: vel quia ſecundū hoc ꝙ velocius mouet in minori tp̄e. per ſufficientē diuiſionem: q2 dignitas motoꝝ nō pōt eē: niſi altero iſtoꝝ modoꝝ: ſꝫ nō pt̄ dici ꝙ dignitas eoꝝ ſit ꝙ reuoluāt orbes ī minori tp̄e: ⁊ h̄ ꝓprijs motibꝰ: q2 luna eſt īfima planetaꝝ ī ordīe dignitatꝭ: q2 ē q̄ſi fex plātarū: q2 diuerſificat̄ in lumīe: ⁊ ēt in ſuba. vt apparet de macula: ⁊ motor eiꝰ eſt ignobilior ⁊ dignus minus: ⁊ tn̄ luna in minori tēpore ꝯplet curſum ſuū q̄ꝫ alij planete. ergo ordo motoꝝ in dignitate dꝫ eē ſm ordinē corpoꝝ celeſtiū in magnitudine. vn̄ etiā Ariſto. 2°. celi dicit: ꝙ quanto corpora celeſtia remotiora ſunt ab his q̄ ſunt h̄: tāto ſunt nobiliora ⁊ digniora.

a. t. c. 62. vſqꝫ ad tex. cō. 66.

Et tunc ad rōnes in oppoſitū. ¶ Ad ꝑ̄mam. Illa que ordinantur ⁊c. Cōcedit̄. ſi ordinent̄ localiter ⁊ ſitualiter: ſed ſi ſm ordinē ⁊ dignitatē ⁊ nobilitatē: tūc nō opꝫ. Tu dicis: ꝙ motores ⁊c. Conceditur. vn̄ etiā ſequit̄ ꝙ ordo eoꝝ localis non attenditur penes ordinē corporuꝫ celeſtium in magnitudine: ſed tamē ordo eoꝝ in dignitate ⁊ nobilitate attendit̄ penes hoc. vn̄ Commentator dicit: ꝙ ꝑ̄oritas eoruꝫ in loco ⁊ magnitudine facit eos ꝑ̄ores in dignitate. ¶ Ad aliaꝫ. Dōm ꝙ motores corpoꝝ celeſtium ⁊c. Dōm ꝙ hoc videt̄ rōnabile: q2 velocitas motus eſt effectus qui arguit maiorē nobilitatē motoꝝ. Tu dicis: ꝙ motores corporum celeſtiū ⁊c. Dōm ꝙ falſuꝫ eſt. ¶ Ad ꝓbationem ſuā. Dōm: ꝙ lꝫ luna in minori tēpore ꝑficiat curſuꝫ ſuū: nō tn̄ ex hoc ſequit̄ ꝙ velociꝰ moueat̄: q2 ad velociorē motū non ſolū requirit̄ ꝙ perficiat motū ſuū in minori tp̄e: ſꝫ ēt requirit̄ ꝙ maius ſpaciū vel equale pertrāſeat in minori tp̄e. Nō hic deficit hoc: q2 ſpaciuꝫ ꝙ ꝑtrāſit luna ī illo tp̄e nō eſt maius illo qḋ ꝑtranſit ſaturnus vel alij planete: imo ſpaciū ꝙ pertranſeunt alij planete eſt maiꝰ illo qḋ pertrāſit luna in illo tempore. Tu dicis: ꝙ Commentator dicit hic ⁊c. Dōm ꝙ Cōmētator capit ibi velocius moueri generaliter ꝓ illo qḋ in minori tempore complet curſum ſuū: ⁊ aliter non intelligit. ¶ Ad aliam de ſole. Dōm ꝙ Cōmētator. ꝯ. 44. videt̄ hic ridere quaſi vacillando. vnde dicit. Q̃ ordinatio. igit̄ eorum a ꝑ̄mo eſt preciſa. ordinatio v̄o eoꝝ non eſt preciſa. a ¶ Per hoc videt̄ ſoluere argumenta. Forte vult dicere ꝙ ſi motores corporum celeſtiū appropriati comparentur ad primum motorem: tunc ordinatio eorum eſt preciſa. i. ꝙ nullo modo poſſunt eſſe priores reſpectu ꝑ̄mi: ſed ſic ſemper ſunt poſteriores: quia nō eſt aliquis reſpectus quo primus motor ſit poſterior. Sed ordinatio eorum ad ſe inuicē. i. comparati inter ſe non eſt preciſa: q2 ſic poſſunt eſſe ꝑ̄ores ⁊ poſteriores diuerſimode: ⁊ hoc non eſt inconueniēs: ſicut homo pōt eē dignior aſino ⁊ indignior diuerſimode; q2 hō inquātū rōnalis eſt dignior aſino: ſꝫ econuerſo. aſinus inquantum cognoſcens eſt dignior homine inquantuꝫ eſt albus. ſic motor ſolis reſpectu ſuperiorum vno modo poteſt eſſe dignior: ⁊ alio modo indignior: ⁊ nō plus dicit Cōmentator: ⁊ dicit. ordinatio enim eorum ad inuicē ſm nobilitateꝫ poſſibile eſt ſciri ex dictis ab antiquis habentibus curaꝫ de

Cōmen. 44.

a Sꝫ vt mihi v̄r cōmētator aliud itell'r: ⁊ ē ꝙ ordinatio motoꝝ a ꝑ̄ ē ꝑ̄ciſa. nā cuꝫ rō formal' ordinis cōſiſtat in priori ⁊ poſteriori. vt pꝫ. 5. meta. ca. d' priori: cuꝫ ꝑ̄mū ens ſit cā totiꝰ ordīs. vt pꝫ ex fine. 12. ⁊ q2 illud qḋ ē cā ordis ē nobiliꝰ illo ordine. vt hꝫ cōmētator in. 8. ph̄. ꝯ. 15. ⁊ ē ſnīa ph̄i. 12. met. t. c. 52 vbi hꝫ. ū. n. ille pp ordinē: ſꝫ ille pp hūc eſt. pp h̄ dicimꝰ iſtos motores alioꝝ orbiū alicꝫ eē ꝑ̄ores alio ꝑ relōnē ad ꝑ̄mū ꝑ̄ncipiū. tur illō ph̄i in. 4. meta. t. ꝯ. 18. qḋ magis v̄o affiniꝰ ⁊ ꝓpinquis ē tale magis verꝫ ē: ⁊ vt dī. 2. ce. t. c. 66. illud ē melius qḋ optimo eſt ꝓpinquiꝰ. ordinatio igitur eoꝝ a ꝑ̄ ē ꝑ̄ciſa. hoc eſt dictu adeq̄ta ⁊ eſſentialis cū ordis motoꝝ ē a ꝑ̄: q2 ille ē ꝑ̄or altero q ē ꝑ̄ ꝓpingor. Sꝫ ordinatio eoꝝ adinuicē ⁊ n̄ in relōne ad ꝑ̄mū ē nō ꝑ̄ciſa. rō ē: q2 nl'ſa iſtoruꝫ motoꝝ citra ꝑ̄mū hꝫ rōnē ꝯmēſurē ſimpl'r. ⁊ iō deficit rō adeq̄ta ordinis i tali ꝯſideratōe. Et iſta expō mea quadrat ꝯmētā ꝯmētatoris imediate precedēnbꝰ. dixerat. n. ꝙ ſol v̄r hr̄e nobiliorē motorē alijs plāctꝭ: ꝓpterea: q2 alij planete in ſuis motibꝰ vīr ordinari ⁊ ꝯſeq motus ſol'. Et q2 illa rō nō eſt neccīa: ſꝫ appena ⁊ ꝓbabilis: pp hoc. d' cōmētator ꝙ ordinatio eorum adinuiceꝫ nō eſt ꝑ̄ciſa.

T. c. 79
t. 86.
T. c. 41.
T. c. 39.
T. c. 59.
t. c. 44
Cō. 44
Cō. 38.

actionibus eoruz in entibus. verbi gratia. qm̄ dant soli vitam. saturno res fixas. Uult dicere ꝙ idem respectu eiusdem potest esse nobilius: ⁊ minus nobile diuersimo de: vt sol est nobilior inquantuz sibi attribuitur vita: saturno inquantum sibi attribuitur fixio: quia viuere est nobilius esse fixo: quia multa inanimata plus sunt fixa animatis: quia diuturniora sunt viuentibus vt alique gemme diuturniores sunt hominibus: tamen sunt ignobiliora viuentibus: sed saturnus secundum aliam conditionem nobilior est sole inquantum habet aliam virtutem nobiliorez virtute solis: ⁊ sic intelligatur de alijs:

Cō.44 tunc in fine dicit Cōmentator. Et forte melius est illud qđ intendit Aristo. s. ꝙ ordo eoꝝ est sm̄ ordinez eoꝝ in loco: ⁊ intelligatur modo pdicto. Qō. XX.

Cō.45 Consequenter queritur adhuc circa idem capitulum ppter dictum Cōmentatoris: quia improbat orbes ecentricos ⁊ epiciclos. Utrum ecentrici orbes ⁊ epicicli sint plures in corporib⁹ celestibus secundū naturaz rei. ¶ Et arguitur pmo ꝙ sic. auctoritate Ptholomei ⁊ omniū astronomoruz modernorum ponentiū ecentricos ⁊ epiciclos. Et potest probari ratiōe. Illa sunt ponēda in corporibus celestibus per que apparentia celestia saluantur: ⁊ longo tempore sunt obseruata infallibiliter: ⁊ sine quibus non possent saluari ista apparentia in celo: nec possunt assignari rationes eoruz: sed per orbes ecentricos ⁊ epiciclos saluantur apparentia in celo: ⁊ assignantur rationes eorum ⁊ sine eis non possent saluari ⁊ assignari rationes horum apparentium: quia ꝙ planeta in eodez gradu signo ⁊ minuto appareat maior vel minor non esset nisi esset propinquior vł remotior: vt lunaris plāeta apparet maior quādoqz: ⁊ qñqz minor. nam luna quādoqz est in auge: ⁊ quādoqz est in opposito augis: ⁊ minor est quando est in auge: qr tunc est remotior: ⁊ in opposito augis propinquior: ⁊ sic remotio vel appropinquatio maior vel minor est secundum orbes ecētricos. similiter planeta dicitur retrogradus vel stationarius vt luna est in superiori parte epicicli directiua ⁊ processiua ⁊ est retrograda in īferiori parte: quia tunc non iuuatur in motu suo per motum firmamēti cū moueat̄ contra ipsum.

Cō.45 ⁊.46. Oppositum vult Cōmentator in isto capitulo. ⁊ secundo celi. ⁊ in multis alijs lo-

Cō.32.⁊ 35. cis. vnde ipse probat in isto. lz. tribus rationibus. vnde dicit: ꝙ isti cicli sunt extra naturaz. ¶ Prima ratio est. Si essent orbes ecentrici ⁊ epicicli: tunc esset aliud centrum extra centrum mundi: qđ est ridiculum ⁊ impossi-

T.c.98 bile: vt probatum est pmo celi: quia sic esset alia terra et alius mundus: quia centrum terre realiter est idem cuz centro mundi. cōsequentia patet: quia epiciclus ⁊ ecentricus habent sua centra extra centruz mundi ⁊ concentrici circuli: ⁊ si circa centrum mundi esset terra: sic etiā circa centruz epicicli ⁊ ecentrici esset alius mundus: qr centrum terre est idem realiter cuz centro mundi. si tūc epiciclus orbis esset: mouerentur circa centrum: tunc esset aliud centruz ⁊ alia terra in specie. ⁊ per consequēs alius mundus. ¶ Item. si hoc esset verum ꝙ essent plura centra: tunc essent plura corpora grauia extra locum terre differentia specie. ⁊ per consequens medium non esset vnū ⁊ indiuisuz: sed esset diuisum ⁊ haberet latitu-

Cō.35.⁊ 32. dinem. ¶ Alia ratio Commentatoris est quam ipse ponit. secūdo celi. si essent ecentrici circuli ⁊ epicicli: tunc in corporibus celestibus necesse esset inuenire corpora superflua replentia locum vacuum sine aliqua vtilitate rei: sed hoc est falsuz: quia in corporibus celestibus non est vacuum: nec etiaz corpora elementaria ⁊ diuisibilia ⁊ rarefactibilia. cōsequētiā non declarat: sed patet: quia orbes ecentrici in vna parte plus elongantur a terra q̄ꝫ in alia: ita ꝙ inter circunferentiaz ecentrici: ⁊ inter aliū orbez est distantia. modo quādo illa pars ecentrici: que magis elongatur a terra illuc replet eam: vel ergo inueniet ibi vacuum vel corpus alterius nature. si vacuum est inconueniens. si plenuz: tunc esset alterius nature q̄ꝫ celum: ⁊ hoc est condensabile ⁊ rarefactibile: quia oportet ꝙ cedat: quia si nō cederet: tunc fieret penetratio dimensionum. similiter intelligas de epicilis. ¶ Aliaz ra-

ꝙ pōt esse: idest sibi nō repugnat. Naꝫ tunc esset dicere
vniuocationē inter generans ⁊ genitū attendi nō penes
aliquā potentiam physicā ⁊ realem: sed solum penes po
tentiam logycam ⁊ ratiōis tantuꝫ. nam vt ipse habet in
nono sue metaphysice. questiōe pͥma. describēdo poten-
tiam logycā inquit: ꝙ est modus compositiōis quidam
factus ab intellectu: causatus ex habitudine terminorū
illius compositiōis: inquantū. s. nō repugnant. ⁊ subdit:
ꝙ lꝫ cōmuniter sibi in re correspondeat aliqua potētia
realis: tamē hoc non est de ratione huius potentie. Ecce
igitur ꝙ easdem angustias patitur ipse in dissolutione il
lius argumenti. sicut ⁊ nos. ⁊ tandē habet ex principijs
suis fateri similitudinem istā realem inter generans et
generatum esse in reruꝫ natura secluso omni actu ratio
nis in potentia. Et ꝙ illa vnitas minor vnitate numera-
li videtur superfluere. vt arguatur sic contra Scotum:
Uel ista vnitas minor vnitate nūerali est passio realis
ex natura rei conueniens nature specifice vel generice:
vel est aliquod sibi ab intellectu tributum. si secundum
habeo intentum. si primum. contra. omnis passio realis
ex natura rei per se primo. modo perseitatis competens
superiori competit per se non primo suis inferioribus.
ista est Aristotelis in primo posteriorum: nec in aliquo
videť habere instantiam. vt pꝫ inductiue discurrenti in
omnibus: nisi forte adducas instantiam in casu contra
quem procedit argumentū: sed vnitas ista minor vnita-
te numerali est per se primo passio nature specifice: que
vnitas nihil aliud dicit per te nisi cōmunicabilitatē ad
plura supposita. sequereť ꝗꝫ ꝙ talis vnitas per se nō pri-
mo competeret sorti. ⁊ per consequēs cōmunicabilitas:
quod est absurdum. Et si dicas vt dicere videris: ꝙ ista
cōmunicabilitas non competit nisi alicui actu indiffe-
renti actu considerato ab itellectu. ergo ista vnitas mi-
nor vnitate numerali non est passio realis per se compe
tēs ipsi nature: cuius oppositū tu dicebas. ¶ Preterea.
quid dicit ista vnitas ex natura rei secluso omni actu ra
tionis: vel dicit precise non repugnantiam: vel vltra il-
lud dicit aptitudinem realem cōmunicabilitatis rea-
lis: vel dicit vtrūqꝫ simul. si pͥmum. pꝫ ꝙ talis vnitas ni
hil reale dicit: nisi fundamentum tantuꝫ. nam ipsa non
repugnantia formaliter non est ens reale: sed ens ratio-
nis. si igiť ista vnitas formaliter ex natura rei dicit non
repugnantiam tantum. tunc talis vnitas minor vnitate

numerali est ens rationis: cuius oppositum tu dicis: Si detur secundū: ꝙ vltra non repugnantiaʒ ex natura rei dicat Cōmunicabilitatē realeʒ ad plura supposita: tunc stat argumentū supra factuʒ: quia omnis passio que realiter competit superiori realiter competit ⁊ inferiori. si sibi competit secluso omni actu intellectus ⁊ abstrahentis ⁊ considerantis: idest ⁊ intellectus agentis ⁊ possibilis. Et ista propositio non habet instantiā nisi des instantiam in casu: qd̄ est vitanduʒ. si igitur secluso omni actu itellectus cōmunicabilitas est passio realis nature: erit ⁊ suorum inferiorum. Idem sequit̄ si detur tertiū membruʒ diuisionis vt intuēti pʒ. ¶ Et si dicat̄ ꝙ ista passio nature secluso omni actu rationis dicit cōmunicabilitatem ex natura rei in potentia: tamen actu taleʒ cōmunicabilitatem nō dicit: nisi quando natura actu est abstracta a singularibus per intellectuʒ agentem. ¶ Sed contra. queratur a Scoto. vtruʒ ista cōmunicabilitas in potentia: que est in re secluso omni actu rationis vel sit passio realis ⁊ ens reale: vel sit ens rationis ⁊ precise nihil. Si p̄mū: argumentuʒ stat vt supra: quia talis cōmunicabilitas in potentia: que est per se p̄mo passio realis nature humane: erit per se non p̄mo passio sortis: ⁊ ita sortis esset cōmunicabilitas in potentia: qd̄ est absurdum. Si secundū: tunc nō habet qd̄ intendit probare per istud argumentū. Libēter vellem mihi solueret̄ in via eius: qd̄ ego adduxi solum ad exercitandū intellectum meū: nō quia velim contradicere tanto viro: cuius ego non sum dignus soluere calciamenta.

Alia opinio est ipsius Iohānis hic: ⁊ in p̄mo de anima super questione octaua. vbi tenet vniuersalia habere vnitatem realem. extra animaʒ minorē vnitate numerali: ⁊ ponit in sua positione ꝙ natura generica realiter est distincta a natura specifica: natura aūt specifica nō est realiter distincta a suis singularibus. potissima aūt ratio ad probandū vnitatem generis realr̄ distingui ab vnitate specifica fuit ista. Illa forma quā consequit̄ aliquod accidēs reale tali modo reali quo nō consequit̄ formā hominis: nec formā asini: nec alicuius alterius speciei: nec simul omnes illas: est diuersa realiter ab omnibus istis formis. nam si esset eadem cuʒ omnibus istis: tunc omne accidens reale: qd̄ aliquo modo reali consequit̄ eam: etiā consequeret̄ eas eodem modo reali secundū formaʒ animalis. vn̄ animal consequit̄ aliquod accidens reale tali modo reali quo nō consequit̄ formam hominis: nec formā asini: nec alicuius alterius speciei: nec omnes simul: vt sensus consequit̄ per se p̄mo formaʒ animalis. vnde animal: vt omnes concedunt: per naturā animalis inest cuicūqʒ inest: ⁊ nō inest per aliquid aliud cui p̄us insit: nec consequit̄ formā hominis vt homo: quia tunc inesset per formam hominis cuicūqʒ inesset: qd̄ est absurdū. similiter nō consequitur per se p̄mo formam asini per eandem rationem. similiter non consequit̄ per se primo omnes formas proprias aliarū specierū per eandem rationeʒ: quia tunc cuicūqʒ sensus inesset hoc esset per naturā omniū formarū propriarum ipsis speciebus: qd̄ est ridiculum. ergo videtur ꝙ forma animalis secundū ꝙ est animal est diuersa realiter ab omnibus formis proprijs suarū specieruʒ. Sed forma speciei nō est realiter diuersa a formis indiuiduorum: quia tunc species nō diceret totum esse indiuiduoruʒ: qd̄ est contra Boetiū in libro diuisionū. Lʒ aūt iste ratiōes superius fuissent adducēde: tamē volui hic eas adduxisse: qr̄ ex obliuione eas pretermisi in questiōe de pluralitate formarū. Quātum aūt ad id qd̄ dicit Iohānes vniuersalia habere vnitatē realem minorē vnitate numerali. pʒ hic per sua fundamēta. Hanc etiaʒ opinionem sequutus est Burleus super prologo primi physicorum: cuius rationes potissime sunt he. illud est ens reale. extra animā qd̄ a natura p̄mo intēdit̄. sed natura primo intendit speciē q̄ʒ singulare. vt est sententia Auicen. in sua sufficientia: ⁊ est sententia Auerroys. secundo de anima. cōmen. 34. ⁊ 12. metaphysi. cōmen. 37. ¶ Preterea Aristotiles. 7. metaphy. tex. cōmē. 45. habet ꝙ vniuersale est aptum natum esse in multis. istud igitur vel verificatur pro re. vel pro cōceptu. nō secūdū: quia conceptus est singularis cum sit in itellectu. igitur verificatur pro re. ¶ Amplius. ph̄us in quinto metaphysi. capitulo de vno. ponit vnum specie. quorū ratio est vna vel hoc sumit̄ pro conceptu vel pro re. si p̄muʒ tunc nō esset vnitas specifica nisi per opus intellectus. ¶ Amplius. vnde haberet intellectus ad causandum talē conceptū: vel ex se. ⁊ sic esset fictus: vel ex re: ⁊ si hoc: tunc oportet dare aliquam vnitatem minorē vnitate numerali in re: qd̄ intendebatur. ¶ Iteʒ. multa predicata attribuūtur rei extra animā que de singulari nō possunt verificari. vt ꝙ eoruʒ sit scientia ⁊ diffinitio ⁊ passiōes. Tenet etiā Burleus aliam conclusioneʒ: ꝙ vniuersalia realiter distinguunt̄ a singularibus. nam illa. quoꝝ predicata sunt contradictoria talia realiter distinguuntur. vt patet per primū principiū: vniuersalia ⁊ singularia sunt huiusmodi: qd̄ probat̄: quia vniuersale est semper ⁊ vbiqʒ: singulare est hic ⁊ nunc. ergo vbiqʒ ⁊ non vbiqʒ verificant̄ de ipsis. ¶ Itē. vniuersalis est diffinitio ⁊ sciētia. primo posteriorum: ⁊. 7. metaphysi. textu cōmē. 53. Singularium aūt neqʒ scientia neqʒ diffinitio. 7. metaphysi. tex. cō. 35. ¶ Amplius. 7. metaphysi. textu cōmē. 37. ⁊ secūdo physicoꝝ. tex. cōmē. 38. vniuersaliū cause sunt vniuersales: ⁊ particulariū particulares. homo enim in cōmuni fit ex carnibus ⁊ ossibus in cōmuni. Sed homo particularis ex his carnibus ⁊ his ossibus: sed quoꝝ principia sunt diuersa. illa etiā sunt diuersa. quare ⁊c̄. Dicit 3º. Burleus: ꝙ vniuersalia sunt coniuncta singularibus ⁊ nō separata ab ipsis: quia tunc incideremus in opinionē platōis. nam vt inquit Cōmentator. p̄mo metaphysi. cōmen. 21. Mixtio vniuersalis cū particulari fortior est: q̄ʒ mixtio accidētis cū subiecto. Sed iste opiniones vt mihi videtur sunt extranee a mente Aristotelis ⁊ Cōmentatoris: quia tamē opinio Iohānis ⁊ Burlei cōueniunt in hoc: ꝙ vniuersalia realiter sunt extra animā distincta ⁊ a se inuicem ⁊ a singularibus: lʒ secundū Iohānem: hoc non verificet̄ de specie respectu singularis. ideo probo rationibus vtriqʒ cōibus: ꝙ talia vniuersalia non sunt extra animā. isto modo quo isti fingunt. si eni vniuersalia ista essent realiter distincta sequeret̄ ꝙ superius non per se predicaret̄ de suo inferiori: cuius oppositū habet ph̄us in p̄mo posterioꝝ. in capitulo de per se. ꝓbatur sequela: quia in omni enunciatiua predicatiōe: in qua affirmat̄ aliquid de aliquo: denotatur ydentitas predicari cū suo subiecto: quia ex eo ꝙ res est vel non est: redditur oratio vera vel falsa. per ph̄um in predicamentis. Si igit̄ forme animalis est realiter distincta a forma hominis: tūc ista nō esset vera. homo est aīal: nec valet euasio Iohānis dum dicit: ꝙ genus potest sumi duobus modis. vno modo pro composito ex materia ⁊ forma generali: ⁊ sic nō predicat̄ in quid ⁊ in recto de specie: sed in obliquo. ⁊ sic dicimus hominem esse compositum ex animali. si vero sumatur genus pro composito ex forma vltima ⁊ omnibus precedentibus pertinentibus ad esse vnius

speciei sub ratione tamen sumpta a forma cõmuni vel a
modo essendi consequente formã cõmunez sic bene pre
dicatur de specie in recto ⁊ in quid. ¶ Sed contra. istaz
respõsionez instatur. certũ est: ꝙ genus ⁊ species sunt or/
dinabilia in genere in ratiõe superioris ⁊ inferioris. Et
tunc queraꝛ ab ipsis. vel genus: vt sic: dicit formaz gene
ricam tantũ: vel dicit materiaz generice forme tantum:
vel dicit compositũ ex materia generali ⁊ forma genera
li: ⁊ ita etiaz queraꝛ de specie suo modo. Si pmũ. videlz
ꝙ genus ⁊ species ordinantur in predicamento pro for/
mis tantũ: tunc genus neqꝫ in recto neqꝫ in obliquo pre/
dicabitur de specie nõ. in recto: quia in predicatõe essen
tiali dicente hoc est hoc non predicatur illud qð est rea/
liter distinctum ab alio. modo genus et species pro for/
mis tãtũ sunt realiter distincta: vt vos ponitis: nec etiã
vt sic predicabiꝛ in obliquo: sicut si diceretur: forma hu/
mana est ex forma animalis: quia aut ly. ex. dicit circum
stantiam cause materialis: ⁊ hoc nõ: quia forma specifi/
ca nõ est ex forma generica tãqꝫ ex materia: sed fit a ma/
teria sibi correspondente: maxime loquẽdo de materia
reali: sicut vos ponitis. forme enim specifice habent ma
terias specie distinctas: lꝫ enim genus dicaꝛ a phõ in se/
ptimo metaphysi. textu cõmẽ. 43. materia: nõ tamẽ dici
tur materia realis: vt vos sumitis: sed est materia secun
duz rõnẽ ⁊ ſm similitudinẽ: genus eñi. vt dicit ibi Com/
mentator est forma vniuersalis: ⁊ ex quo est determina/
bilis per differentiaz: que vocaꝛ forma particularis pro
tanto dicíꝛ materia: quia eo modo quo materia pma de/
terminaꝛ contrahitur ⁊ perficitur per formas: ita genus
per differentias. ⁊ ideo recte dixit Porphyrius in caplo
de differẽtia: genus esse ꝓportionale materie: ⁊ differen
tiam esse ꝓportionale forme. Et nõ dixit genus esse verã
materiam: nec differentiã veram formam extra existen
tez: sicut isti fingunt multo minus ly. ex. nõ potest deno/
tare causam formalẽ realẽ: quia forme nõ est forma isto
modo: nec est causa efficiens ipsum genus pro forma: qr
talis forma aut est materialis: aut imaterialis. si imate/
rialis redit opinio Platonis: ⁊ isto modo esset impugnã
da ista respõsio: sicut opinio Platonis a phõ impugnaꝛ
in. 7. metaphysi. si materialis. contra. forma materialis
nõ est imediatuz principium agendi nisi per aliquod in/
strumentũ de numero virtutum actiuarũ: quia ignis nõ
agit inquantum ignis: sed inquantum calidus: talia aũt
non verificantur de forma generica animalis. vt patet.
multo minus ly. ex. nõ potest importare rationez cause
finalis. naz finis habet rationẽ optimi. iuxta illud. Qui
finem auferunt videntur auferre boni naturam. secũdo
metaphysi. textu cõmẽ. 8. ⁊ idem habeꝛ in secundo phy/
sicorum. textu cõmen. 31. ⁊. 5. metaphysi. textu cõmen. 3.
Modo potius species diceretur causa finalis generis qꝫ
ecõtra: cum species actualior ⁊ perfectior sit genere. Et
confirmaꝛ per Themistiũ in pmo de anima super expo
sitione textus octaui. sicut superius allegatuz fuit: nullo
igiꝛ modo ista ꝓpositio erit vera. homo est ex animali.
si homo ⁊ animal dicant formas tantuz. Si vero dicas:
ꝙ homo ⁊ animal sunt ordinabilia in genere pro mate/
rijs tantuz. hoc videꝛ absurdum. Et preterea consimile
argumentũ potest fieri: sicut fuit factũ de forma tantũ.
Si vero deꝛ tertiũ: ꝙ talia sunt ordinabilia in genere ꝓ
cõpositis ex materijs realibus ⁊ ex formis realibus: tũc
iterum arguiꝛ: ꝙ animal nõ potest in recto predicari de
homine: quia vt sic sunt realiter distincta: quia quorum
materie ⁊ forme sunt realiter distincte. illa sunt realiter
distincta: talia sunt secũdũ vos. homo ⁊ animal sic sum/
pta. ergo ⁊c. Sed dicebat Johãnes: ꝙ vt sic animal pre/
dicatur in obliquo. Cũ ista ꝓpositiõe ex. dicendo. homo
est ex animali. ¶ Sed contra. iterũ arguatur. qð genus
cause importat ly. ex. vel materialis vel formalis vel fi/
nalis vel efficiẽtis. nõ materialis: quia tunc sensus esset
ꝙ istud compositũ reale: qð est homo componeretur ex
hoc cõposito reali: qð est anĩal tãqꝫ ex materia. ¶ Sed
contra: tunc aliqua fuisset compositio realis alia ab ea:
que ab Aristotele posita fuit in suis libris. nullibi enim
de tali reali compositiõe Aristoteles meminit. sicut est
sententia Auerroys. 12. metaphyce. cõmento. 4. vniuer
salia apud Aristo. nõ sunt extra animã: sed ab itellectu.
¶ Amplius. si genus pro tali composito est materia re/
spectu speciei: oportet aliquã realem formam aduenire
ei. erit igiꝛ drĩa: ⁊ tũc fiet ista ꝑdicatio. homo est ex aĩali
⁊ ex rationali tanqꝫ ex materia ⁊ forma. Sed tunc iterũ
queratur de rationali an predicet formã tantũ an mate/
riam tantũ an compositũ ex materia ⁊ forma tantum. si
formã tantũ: tunc non est veruz: ꝙ homo pro aggregato
ex materia ⁊ forma sit ex rationali prout rationale dicit
formaz tantum: ⁊ ly. ex. importat genus cause formalis:
quia homo tanqꝫ ex forma constat ex forma sua propria
quã ponis realiter distigui a forma importata per diffe/
rentiam: quia tu ponis ꝙ ad multiplicationẽ predicato
rum quiditatiuoꝝ multiplicantur forme: nec etiã ly ra/
tionale. predicatur sub ratione cause materialis: duz di
co. homo est ex animali ⁊ rationali: quia tunc oporteret
adinuenire aliquid; qð predicaretur vt forma: ⁊ ita esset
processus in infinitum in istis materijs ⁊ in istis formis:
nec rationale pro aggregato ex materia ⁊ forma differẽ/
tie predicatur de specie: quia tunc differentia non esset
forma simplex: sed cõpositũ ex materia ⁊ forma. ¶ Itẽ.
tunc quomodo ex istis duobus. s. ex genere ⁊ differentia
fieret per se vnum: si vtrũqꝫ dicit quoddaz compositum
ex materia ⁊ forma: cũ ex duobus actu existẽtibus vnũ
fieri non possit per se: nec iteꝝ ly. ex. potest importare ge/
nus cause efficientis: dũ dico. homo est ex ratiõali: quia
si rationale dicit per te vnam formã realem: que est pn/
cipium essendi. ista forma: aut est materialis: aut imma/
terialis. Et arguatur. vt supra: nec ſm tua fundamenta:
q ponis ad numeratiõnẽ predicatoꝝ qditatiuoꝝ nume/
rum formaruz realium: potest dici: ꝙ homo est ex ratio/
nali tãqꝫ ex fine: quia potius forma humana: que: per te:
est realiter distincta a rationali forma: erit finis rationa
lis qꝫ ecõtra: cum illa ordineꝛ ad istam ⁊ nõ econtra. Ec
ce igitur ꝙ nullo modo saluare potest: quomodo genus
vt superius predicaꝛ de specie: nec in recto: nec in obli/
quo. Nec valet qð secũdo dicit ꝙ genus sumptũ ꝓ for/
ma vltima: et pro omnibus alijs formis precedentibus:
sub ratione tamen forme cõmunis: vt sic predicaꝛ in re/
cto de specie. Nam pꝫ cuilibet sani capitis ꝙ genus pro
tali composito ex forma vltima: ⁊ alijs formis: vt sic nõ
est ordinabile in genere in ratiõe superioris supra ipsaz
speciem: immo etiam vt sic falsuz est: qð dicit tale com/
positum ex istis formis: ⁊ ex forma vltima: sub ratione
tamen sumpta a forma cõmuni potest in recto predica/
ri de specie: quia adhuc illa ratio sub qua predicatur nõ
includiꝛ in specie: cum talis ratio sumatur a forma com
muni: ⁊ illa forma per te est realiter distincta: etiã vt sic
ab ipsa spẽ. Quomodo igiꝛ: o Johãnes: habet veritatez
propositio Porphyrij: ꝙ superiora de inferioribus pre/
dicanꝛ: secundũ fundamenta tua. Forte dicces ꝙ vt sic.
illa ratio nõ sumiꝛ a forma cõmuni: sed a modo essendi
consequẽte formam cõmunẽ: ⁊ sic genus in recto potest

predicari de specie pro tali composito ex forma vltima: ⁊ alijs precedentibus. ¶ Sed cōtra. quero a te quid sit iste modus essendi vel est ens vel nihil. si nihil: pro nihilo habeatur. si ens aut substātia aut accidens. si accidēs tunc genus de predicamento substātie predicaretur in recto in primo modo dicendi per se de sua specie sub ratione aliqua accidentali. qđ est inconueniēs ⁊ absurdū. si ille modus nō est accidens. erit igit̄ substātia. Et tunc vel erit materia vel forma vel compositū ex materia et forma. nō materia: quia materia nō habet moduȝ predicandi. vt est sententia Cōmētatoris. 12. metaphysi. cōmēto. 14. nec erit forma: q2 ista forma per te est forma communis: quā iste modus essendi cōmunis cōsequit̄. Et cū supra probatū sit ꝙ genus: vt dicit formā cōmunem: nō potest predicari de specie. ergo a pari iste modus essendi nō poterit predicari de specie: cū sit idem realiter cuȝ ipsa forma cōmuni vt arguatur sic: quando sunt aliqua duo eadem realiter: ⁊ vnū illorum non potest predicari in recto de aliquo tertio: a pari nec alteruȝ: sed ita est de forma cōmuni ⁊ modo essendi cōsequēte ipsaȝ. ergo ⁊c̄. nec potest dari ꝙ talis modus essendi cōmunis q consequitur ipsam formā. sit idem ꝙ compositū ex materia ⁊ forma. quia propter eandē rationeȝ adhuc genus sub tali modo nō potest predicari de specie in recto: quia compositū istud ex forma ⁊ materia cōmunibus est realiter distinctū a specie: ⁊ tale secundū fundamēta tua non potest predicari in recto de specie. vt tu etiā concedis. igit̄ a pari: nec iste modus eēndi poterit de specie predicari. si ponas taleȝ modū esse idem realiter cum tali composito. ¶ Amplius. si sic dicas: tu incidis in foueaȝ quam fecisti: quia tu habes pro inconuenienti: ꝙ aliqua forma eadem realiter habet diuersos modos essendi: a quoruȝ vno sumit̄ ratio generis: ⁊ ab alio ratio differentie: quia ponis formas multiplicari ad multiplicationem predicatorū. Et tandeȝ ab ipsa veritate coactus innuis istum modū dicendi: quē tamē late impugnans. ¶ Amplius. genus isto vltimo modo sumptū. s. pro composito ex forma vltima: ⁊ omnibus alijs precedētibus pertinentibꝰ ad esse vnius speciei: sub ratione tamen sumpta a forma cōmuni vel a modo essendi consequēte formā cōmunē: per te sic genus in recto predicat̄ de specie. ¶ Sed contra. quero que predicatio sit ista: aut est predicatio superioris de suo inferiori: aut conuertibilis de suo conuertibili: predicationes enim que sunt in eodeȝ genere. teste Porphyrio. in capitulo de specie. solū sunt istis duobus modis: semper enim inquit superiora de inferioribꝰ predicant̄ aut equa de equis. Inferiora vō de superioribus minime. Sed nō pōt dici ꝙ genus vt sic p̄dicat̄ de specie in ratione superioris. nā genus vt sic nō dicit nisi aggregatum ex forma vltima: ⁊ ex omnibus formis precedentibus spectātibus ad esse speciei: modo forma differentie spectat ad esse speciei: imo differentia est tota ratio speciei. vt dicit Porphyrius in caplo de differentia: ⁊ phūs in. 7. metaphy. tex. c. 43. pȝ aūt ꝙ tale ꝯpositū nō est ordinabile in genere in ratione superioris. si vō dicas ꝙ talis predicatio est conuertibilis de cōuertibili: tunc sequitur ꝙ dicendo. homo est animal. talis predicatio cū sit reruȝ in eodem genere existentiū erit predicatio diffinitionis de diffinito: aut proprie passionis de subiecto. si ponas passioneȝ esse in eodem genere predicamentali in quo est ipsum subiectū: omnia auteȝ ista sunt absurda ⁊ inconueniētia. ¶ Ampliuȝ. rōnale etiaȝ in recto nō predicatur de specie: nisi pro tali composito ex forma vltima ⁊ omnibus formis precedentibus spectātibus ad esse speciei: ⁊ tunc sequeretur ꝙ dicendo. homo est animal rationale. esset manifesta nugatio: distinctio igitur ista a Johāne posita nō solum nō est consueta: imo erronea sicut vides. Sȝ dicebat: ꝙ illa distinctio erat de intentiōe phi in quinto metaphysi. in capitulo de genere. ⁊ est tex. cō. 33. nam ibi phūs dicit in 3a significatione generis vbi inquit. Aliud vero materia: cuius differentia est qualitas hoc est subiectum: qđ dicimus mām. Modo inquit ipse: ꝙ genus primo modo. s. pro composito ex materia ⁊ forma generali est materia secunduȝ rem ipsius speciei. Sed genus secundo modo. s. pro composito ex forma vltima: ⁊ alijs precedentibus est materia speciei secundū rationē. Sed profecto nō video quomodo ex verbis phi ipse accipiat istaȝ distinctionem. Et certe non fuit propter aliud ista distinctio ab ipso adinuenta: nisi p̄pter suum erroneū fundamentū: quia credidit genus dicere materiā aliquam realē respectu speciei: lȝ talia nō sit omnino p̄ma secundū ipsum: ⁊ decipit̄: quia qđ est simile materie accepit pro vera materia. vnde p̄pter hoc dixit phūs genus esse materiaȝ: quia determinatur subycitur ⁊ contrahitur per differentiā: modo qđ habet moduȝ contrahibilis determinabilis ⁊ subycibilis habet modū materie. Ideo logyci dixerunt subiectum in propositionibus esse materiā. Et per oppositūȝ illud qđ habet modum predicabilis ⁊ actuantis ⁊ perficientis ⁊ contrahentis habet moduȝ forme ⁊ moduȝ qualitatis. Et ideo dicunt logyci predicatum habere modum forme in propositionibus: ⁊ sic etiam phūs hic appellat genus subiectū ⁊ materiā. Et differentiam appellat qualitatem ⁊ formam: nō ꝙ ipse sentiat genus esse veram materiam: ⁊ differentiam veram qualitateȝ. ¶ Preterea. contra Burleuȝ precipue quomodo si vniuersalia sunt realiter disticta a singularibus: ⁊ talia vniuersalia sunt eterna: singularia aūt sunt corruptibilia quomodo vnq̄ȝ talia de singularibus predicabant̄: certe neqȝ p̄dicatiōe substantiali: neqȝ predicatione denominatiua intrinseca predicari poterunt. ¶ Amplius. si talia vniuersalia sunt realiter disticta a singularibus: ⁊ sunt in ipsis singularibus existētia quomodo erunt in eis: vel sicut forma in subiecto: vel sicut intelligētia assistens: vel s̄m aliquē modū fictū. Nō secundū: quia tunc rediret opinio Platonis: nec p̄mū: quia tale est compositū ex materia ⁊ forma: loquendo de vli subali: ⁊ qđ est in tali est singulare. ¶ Amplius. tunc accideret duas quātitates esse simul in vna ⁊ eadē re: ⁊ tunc ꝯtingeret idem esse bis quantū. ¶ Amplius. si dare vle reale: sequeret̄ ꝙ singulare reale esset vle reale. p̄bat̄ sequela. nam si alicui inest subiectum sub rōne qua est subm. tunc ei inest ⁊ passio. si igit̄ homo inest sorti sub ea rōne qua homo est vlis vere extra aīam. sortes ergo est vere vlis: nec hic est fallacia accidētis: q2 medium nō variat̄. ¶ Amplius. si talia vlia realia ponunt̄ in rebꝰ supflueret intellectus agens. naȝ per Cōmentatorē. in. 3. de aīa. ꝯmē. 18. itellectus agens est q trāsfert res de ordine in ordinē. Et facit de potētia itellectis actu itellecta. ¶ Ampliꝰ. si ista opīo esset vera sequeret̄ vel qđ tot eēnt vlia quot sunt singularia: vel ꝙ vna ⁊ eadē res realr̄ esset pluribꝰ ꝯicata in istis iferioribus. vtrūqȝ istoꝝ est iconueniēs: sicut de p̄mo māifestū est. de 2o etiā pȝ per Damasce. dicentē: ꝙ solū in diuinis reperit̄ vna nā in ꝑfectissima vnitate tribus suppositis cōicata. p̄bat̄ sequela. nā aīal vle: qđ est in soꝛ. ⁊ in pla. extra aīam: aut est idē: aut est aliud. si 2m sequit̄ p̄muȝ iconueniēs. si p̄m sequit̄ 2m. Oꝛ etiā dicit Johānes formā genericā realr̄ distigui a forma specifica. formā aūt spe-

cificaz nō realr distingui a forma singularis est dcm̄ volūtariū: nec sua rō cogit: qꝛ si cogeret ꝑ eandez ꝓbari posset formā specificaz realr a forma singularis distigui: sic cuilz sani capitis māifestū est. Rōnes autez burlei ⁊ Iohannis infra soluentur. Uolo.n. accedere ad opinionem commentatoris. Naz rectum est iudex sui ⁊ obliqui. per phylosophum in primo de anima. tex. cōmen. 85.

Alia est opinio Auerroys ⁊ Auicenne ⁊ algazelis ⁊ abubacher: ⁊ fere omnium precipuorum peripateticorum: vt dicit Albertus in tractatu secundo de intellectu ⁊ intelligibili. caplo secundo ꝙ vniuersale non sit in re. Et ꝙ omnis vniuersalitas ⁊ communitas sit ab intellectu. sumens tamē fundamentum a re. Et ꝙ talia predicata vniuersalia ⁊ quidditatiua sint ab intellectu. Nota tamē ꝙ vt mihi videtur albertus (salua reuerentia tanti doctoris) non bn̄ explicauit istam opinionem nisi sub cōfusis verbis. Nec aliquē modernorum vidi qui distincte opinionem Auerroys declarauerit in hac materia. Scias igitur in ꝑmis ꝙ apud me refert dicere in via Auerroys naturam humanam esse ens reale: ⁊ dicere naturam humanam esse vniuersale reale. primū est verum secundum ipsum. Si enim natura humana. Et alie nature de quibus habentur scientie reales non essent entia realia. Nec tales sciētie essent scientie reales quod est absurdum. Scdo tu debes scire ꝙ loquendo de istis vniuersalibus materialium rerum: ꝫ Auerroym vt mihi videtur duobus modis loqui possumus. Uno modo de esse eorum: prout est in materia ⁊ in agente. Alio modo possumus loqui de esse vniuersaliuz quod esse competit sibi in intellectu: ⁊ tunc secundum tale esse quod competit sibi ab intellectu videndū est: vtrū aliquod esse respectu istius esse correspondeat sibi in re: ⁊ tūc mihi videtur ꝙ si loquamur de esse talium formarum vniuersalium quod habent in materia ⁊ in agente. Dico ꝙ forme iste cōmunes habēt esse in potentia materie: ⁊ habent esse in actu in primo motore: sicut est sententia eius. in. iz. metaphysice. cōmē. 18. vbi habetur ꝙ omnes forme sunt in potentia in ipa materia ⁊ sunt in actu ī primo motore. Non enim est negandum illud fundamētum: sicut quidam pessime negant: quin natura primo intendat speciem q̃ singulare: qꝛ istud fundamentum est auicenne in sua sufficientia. Et est fundamentum Auer. in q̃pluribus locis. Auerroys enim in primo celi. cōmen. izo. Et in quarto physicorum. cōmen. izo. habet ꝙ materia prima primo per aptitudinem naturalem seu potentiam que est substantia eius inclinatur ⁊ appetit formaz specificam q̃ hanc formam. Similiter motores celestes in quorum intentione est: vt omnes forme que in potentia sunt in materia deducantur ad actum: patet ꝙ in sua primaria intentione sunt species ⁊ non singularia nisi secundario pro quanto in ipsis species saluantur: sicut est sententia eius in secundo de anima. in cōmento. 34. vbi habz ꝙ sollicitudo diuina cū non potuit facere aīal permanere ſm indiuiduum miserta est in faciendo permanere ipsum secundū speciem. Et in duodecimo metaphysice. commento. 37. habet ꝙ dicentes ꝙ deus est sollicitus circa vnumquodqz indiuiduum aliqualiter est verꝫ ⁊ aliqualiter non: qꝛ nullum indiuiduum habet dispositionem propriaz nisi illa dispositio inueniatur in aliquo modo illius speciei. Et hoc modo verum est deum sollicitari circa indiuidua. Sollicitudo autem circa indiuiduum tali modo ꝙ nullus habeat communicationem cuz eo. hoc non est fas bonitati diuine. ❡ Amplius commētator in tertio de anima. commētis. 5. i9. ⁊. zo. hoc idem asserit de intellectu possibili ⁊ de intellectu agente: de quibus minus videtur q̃ de alijs intelligentijs. Dicit enim ꝙ intellectus primo ⁊ per se assistit speciei q̃ singulari: singulari enim non assistit nisi per accidēs: sicut late declaraui tibi in questione mea de speciebus itelligibilibꝰ. ❡ Amplius Aristoteles in quarta particula problematum. problemate. i5. vbi querit propter quid coire omnium delectabilissimuz est: vltra alias causas assignat causam finalem: ⁊ est conseruatio speciei. ideo natura posuit tantam delectationē in coitu veluti escam. Natura autem vniuersalis in hoc non intendit conseruationez primo indiuidui sed speciei. Accidit enim ex tali actu dissolutio ipsius indiuidualis nature propter restaurationez ⁊ conseruationem speciei de qua primo sollicitatur natura. ❡ Amplius. cōmen. in commento suo super libro de somno ⁊ vigilia inquit in dissolutione questionis de causis veri somnij inquit. Reuertamur ergo ⁊ dicamus ꝙ cum dator istius cognitionis est intellectus liberatus a materia: et est declaratum in prima phylosophia: ꝙ iste intelligentie abstracte intelligūt naturas vniuersales. ⁊ non dant nisi simile eius quod habent: impossibile est vt dent intentionem indiuidualem omnino: cuz non habeant naturam comprehendentem intentionem particularē. ❡ Preterea rōne hoc idem probari pōt. omne agens per cognitionem aliquam actionem propter aliquid oꝫ ꝙ cognoscat aliquo modo illud propter quod agit: scilicet vel secundum speciem vel secundum indiuiduum: quia si nullo modo cognosceret agens ipsum finem non moueret: propter illum: quia finis mouet agens: vt aliquo modo est in intentionē agentis: sed itelligentie agūt per cognitionem suaz actionez propter ista inferiora saltim secundaria intentione: sicut est sententia eius. in secundo celi. decimoseptimo. ⁊ vigesimoprimo commentis: ⁊ ꝙ per cognitionem patet ex sententia eius. iz. metaphysice. commentis. 36. ⁊. 44. ergo intelligentie aliquo modo cognoscunt ista singularia. s. vel secundum speciem: vel secundum indiuiduum: sed non secundum indiuiduum: vt est sententia phylosophi. in. iz. metaphysice tex. commēti. 51. Et commentatoris in locis adductis: ergo relinquitur ꝙ secundum fundamenta ipsorum intelligentie cognoscant species rerū. Sed ista ratio videt̄ pati instantiā: qꝛ non oportet intelligentias cognoscere ista inferiora propter que agunt: cum talia non moueantur ab appetibili: sicut est in rebus inferioribus: in quibus agens mouet̄ a fine ⁊ ab ipso appetibili tanq̃ a perfectione: in qua sunt talia agentia perfectibilia. modo intelligētie non mouentur ab istis inferioribus tanq̃ a proprio fine: ⁊ a propria perfectione: cum potius ipse sint finis ⁊ ꝑfectio ipsorum: sicut est sententia commentatoris in primo capite de substantia orbis. Et. iz. metaphysice. cōmēto. 36. In quibus locis habet ꝙ in abstractis a materia finis non distinguitur a mouente: sicut accidit in rebus materialibus: nisi esset ꝙ illud habet veritatem de fine primario non de fine secundario propter quez agunt. talis autem finis secundarie intentionis mouet saltim terminatiue pro quanto actio ipsarum terminatur ad ista que sunt hic tanq̃ ad finē. Et cū ista actio procedat ab ipsis mediante cognitione oportet finem istius actionis esse in ipsarum intentione. Nolo tamen dicere ꝙ iste finis apprehēsionis moueat effectiue itellectū itelligētie: sed solum terminatiue: lz enim Auer. iz. metaphysice. cōmento. 36. dixerit ꝙ balneuz in anima mouet vt efficiēs. Et balneum extra animam mouet: vt finis hoc habet veritatē in istis materialibus. Et vniuersaliter in illis quorum scientia causatur ab obiecto. Fallit autem in abstractis omnino a materia quorum cognitio est causa rerū:

ficut pulchre limitaui tibi in theorematibus meis. Ex p/
dictis igitur pz q vniuersalis aliquod esse habent in in/
tentione primi motoris ⁊ intelligentiarum. Et hoc forte
voluit dicere Albertus dum dixit triplex esse vniuersa/
le. s. ante rem: in re: ⁊ post rem. appellans vniuersale ante
rem esse ipsius nature: vt habet esse obiectiuum: ⁊ est in
actu virtuali in primo motore. vniuersale vero in re est
ipsa natura in singularibus existẽs. vniuersale vero post
rem est vniuersale abstractum ab appendicijs materie p
intellectum agentem. Nota tamen q iste conditiones:
scz in re: ante rem: ⁊ post rez. similiter vniuersalitas ⁊ par
ticularitas esse in anima: ⁊ esse extra animaz. Similiter
esse vnum vel multa: accidunt nature que deno' vniuer
salis vel particularis. Nec natura aliquid istorum dicit
esse quiditatiue: sed omnes huiusmodi conditiones sũt
sibi aduentitie ⁊ extranee. Sicut ex sententia subtilissi/
mi Auicenne in quito sue metaphysice. caplo primo. Eq/
nitas enim est tantum equinitas. In diffinitiõe enim eq
nitatis non ingreditur vniuersalitas vel particularitas:
nec esse in anima vel extra animam: nec esse in potentia
vel in effectu: nec esse vnum vel multa. Omnia enim ac/
cidunt ipsi quiditati vt qditas est: sicut ipse dicit. ¶ Ul
terius tu debes scire q vniuersale sumit dupliciter vno
modo pro intentione logica que est vniuersalitas ⁊ secũ/
da intentio. Alio modo sumitur pro natura ipsa que de/
nominatur ab vniuersalitate: sic autem est intentio pri/
ma: sicut potest colligi de intentione commentatoris
in septimo metaphysice. in commẽto. 46. Ubi habet q
diffinitiones vniuersalium habebunt aliquam disposi/
tionem dispositionuz substantialium existentium extra
animam ⁊ qualitatem accidentem eis. Fundamentum
enim vniuersalitatis est dispositio realis ⁊ substãtialis.
Uniuersalitas autez est qualitas illius ⁊ accidens ratio/
nis in via eius. Hoc idem patet de intentione Auicenne
in loco preallegato: vbi habet q vniuersale ex hoc q est
vniuersale est quoddam: ⁊ vniuersale secundum q est
id cui accidit vniuersalitas est quoddam aliud. Ulteri'
tu debes scire q vniuersale pro prima intentione: vt in/
quit Auic. sumitur trib' modis. Uno modo pro eo quod
actu predicatur de multis: sicut homo. Alio modo sumi/
tur vniuersale pro eo quod possibile est predicari de mul
tis. Et si nullaz eorum fuerit in effectu: sicut intentio do
mus eptangule que vniuersalis est ex eo q natura eius ẽ
posse predicari de multis: sed non est necesse esse illa mul
ta: immo nec etiam aliquod illoruz. Dicitur ⁊ tertio vni
uersale intentio quam nihil prohibet predicari de pluri
bus: quod si tamen aliquid prohibeat est causa intrinse/
ca: sicut sol cui accidit impossibilitas ex cã extrinseca ex
sui imaginatiõe: q sit i plurib' ⁊ de plurib'. Hoc idẽ qñtũ
ad istum tertium modum asserit albertus magnus i tra
ctatu secundo de intellectu ⁊ intelligibili. in capitulo. z.
vbi habet q sol ⁊ luna sunt forme communicabiles: sed
q non communicentur est ex hoc q tota materia est cõ/
prehensa sub eis. Sed ista imaginatio Auicenne ⁊ alber
ti qui videtur sequi Auic. in hoc contradicit aueroy. Nõ
enim est verum q in istis formis. in quibus soluz est vnũ
indiuiduum in vna specie: sicut est in rebus eternis: q ta
lis impossibilitas tantum sit a causa extrinseca: ⁊ q non
sit ex imaginatione ⁊ ratione intrinseca talium formarũ
inquantum tales forme sunt. Sicut enim apud auicẽnã
aliquid potest esse possibile per rationez intrinsecam: qd
tamen est necessarium per rationem extrinsecam ⁊ cau/
sam extrinsecam. Ita apud Auerroym ⁊ aristotilẽ: vt ego
puto nihil est possibile per rationem intrinsecã: quin eti/
am sit possibile per causam extrinsecam. Et econtra. alio

quin aliqua esset po' passiua: cui nulla potẽtia actiua cor
responderet: ⁊ ita illa potentia fuisset ociosa: quod est cõ
tra phylosophum in quinto metaphysice. in capitulo de
potestate. Et in nono metaphysice. tex. commenti. z. vbi
diffinit potentiam actiuam per passiuam: ⁊ econtra. ita i
proposito. Si tales forme habent aptitudinem natura/
lem: vt pluribus communicentur: si ista aptitudo non
haberet aliquod agens quod deduceret istam aptitudi/
nem ad actum. talis aptitudo fuisset ociosa. ¶ Preterea
auicenna dicit q tales forme sunt communicabiles ex
sua imaginatione ⁊ ex sua ratione formali. Tamen hoc ẽ
impossibile ex cã extrinseca: que ibi probatur. Ista autez
est causa prima scdm ipsum: que in metaphysica: probat
esse: lz commentator oppositum teneat. ¶ Sed cõtra. a
quo producitur natura: ab eodem producitur aptitudo:
consequens naturam. per phylosophum in octauo physi/
corum. tex. cõmen. 3z. Si igitur orbis solis producitur a
prima causa seu alter orbis. ergo ⁊ aptitudo eius. Et per
consequens talis natura non solum est communicabilis
a causa intrinseca: imo etiã a causa extrinseca. ¶ Et si di/
catur q talis natura non est cõmunicabilis propter cau
sam extrinsecam que est materia: qz non habet aliquam
aliam materiam cui communicari possit: sicut dicit Al/
bertus. Nam tota materia est comprehensa sub tali for/
ma: sic etiã dicere videtur albertus: ⁊ etiam Aristo. in pri
mo celi. tex. cõmen. 95. ¶ Sed ɔtra. ista nõ est ratio pri/
ma incommunicabilitatis forme i plura supposita: licet
enim materia per se concurrat ad multiplicationem indi
uiduorum in eadem specie: sicut in questione de indiui/
duatione nature dictum est. Tamen principalius cõcur
rit forma: cum autẽ materia sit posterior forma non dici
mus incommunicabilitatem materie esse causam pmaz
⁊ totalem incommunicabilitatis in ipsa forma. poti'. n.
scdm principia peripateticorum forma necessitat mate/
riam: q̃ materia formã. iõ dico formas entium eternorũ
per rationem suam formalem esse talis nature: q in vna
specie nõ reperit nisi vnũ suppositũ. Et ex hoc pz q ppõ
illa: quam accipit subtilis scotus in scdo sniaruz. disti. 3'.
qõne vltima. ad probandum plures angelos esse in ea/
dẽ spẽ: qz ois quiditas quãtũ est ex se est cõmunicabilis:
qz nec ex perfectione sibi repugnat: vt pz de essentia diui
na. Nec ex imperfectione: qz hoc conuenit generabilib'
⁊ corruptibilib'. ¶ Preterea. quelibet qditas creature
potest intelligi sub rõne vli absqz cõtradictione. Si aũt
ipsa esset de se hec. ɔdictio esset intelligere eã sub ratione
vlis Quicqd sit de hoc in via fidei. Dico q fm viã Arist.
⁊ cõmentatoris hoc nõ est verum: salua reuerentia tanti
doctoris: nõ enim ois quiditas: quantum est de se: est cõ/
municabilis pluribus suppositis secundũ ipsos: ita q cõ
municabilitas sit aliqua passio realis per se primo com/
petens ipsi quiditati: qz si omnis quiditas: vt sic esset cõ
municabilis: cũ in eternis non differat esse a posse fm vi
am ipsorum: vt est snia phi in tertio physicorũ. tex. cõmẽ.
3z. Tũc sequeret q in intelligentijs de facto eẽnt plura
supposita in eadẽ spẽ: ⁊ q̃ rõne possunt esse plura: tali rõ/
ne possent eẽ ifinita: qz ois natura que de se cõmunicabi/
lis est pluribus: est cõmunicabilis infinitis: nisi aliũde li
mitetur. scdm aũt fundamẽta phi hoc est falsum: qz in ta
libus non est nisi vnũ suppositũ in vna specie. ¶ Amplius
us. tunc aliquid esset ociosum in natura: quod est contra
phylosophum primo celi. tex. commenti. 3z. Et secundo
celi. tex. commenti. 59. Et tertio de anima. tex. commen.
45. Nã si quiditates intelligentiarũ sunt communica/
biles. Si ista communicabilitas non reduceretur ad
actum esset vana ⁊ ociosa. Frustra est enim aptitudo

illa que ad actum non reducitur: sicut comentator inq̄t primo celi. cōmēto. 20. ¶ Ad argumenta autem scoti diceret phūs: et cōmentator q̄ quiditati īmāli repugnat cōmunicari pluribus suppositis ex sua ratione formali: q2 vz talis ordinis: et gradus est quiditas. Similiter cōmunicabilitas cōpetit quiditati materiali: quia talis quiditas: vtrum autem hoc sit ex perfectione vel imperfectione. diceretur sm phōs q̄ imperfectionis est plurificari ī plura supposita: q2 vt inquit Auerroys scđo de aīa. cōmē. 34. sollicitudo diuina cū nō potuit facere permanere ipsum scđm indiuiduum: miserta est in dando ei virtutem qua pōt permanere in specie. ex sui imperfectiōe. ergo procedit in substantialibus mālibus ista multitudo sm ipsos. Et per oppositum ex sui perfectione procedit in īmālib⁹ q̄ totum esse nature saluatur ī vno supposito in vera idētitate numerali et perpetuatur. ita vt puto diceret phūs et commētator. scđm aūt illos qui tenent ēt theologice q̄ angeli non sunt plurificati in vna specie diceref q̄ ex sui ratione formali: q2 talis ordinis et nature sunt repugnat sibi: et inquantum īmāles sunt. Quod aūt instaf de eēntia diuina pz q̄ illa instantia in via phōrū nō est adducēda: q2 ex sensatis ad hoc non potuerūt peruenire. vz. q̄ in latitudine entium aliqua entitas in vera et perfecta idētitate numerali sit tribus suppositis realiter distinctis cōmunicata: immo sensata ducunt ad oppositum istius sicut subtilissime deduxit scotus in prologo primi sentētiarū. questione prima. sm theologos aūt tenentes in intelligentiis citra primā non esse plura supposita diceref q̄ essentie diuine non competit cōmunicabilitas in tria supposita: vnde īmālis: sed vnde infinita est. ¶ Ad aliud autem obiectum scoti dicitur q̄ aliquod predicatuz competit alicui sub vna ratione: quod tamen repugnat eidem sub alia ratione: sicut inquit cōmentator de celo ī septimo physicorū. cōmento. 2. q̄ celo inquantū celū repugnat quies. nō autem celo inquātum corpus est. Et cō similem sentētiā hz ipse. In tertio physicorum de regularitate et irregularitate motus. Et in. 6. phy. commē. 15. de velocitate motus. ita in proposito quiditati inquantum quiditas est non repugnat cōmunicabilitas: quia si sic: tunc cuilibet quiditati repugnaret: quod est absurdum. Tamen quiditati inquantuz talis: bene potest repugnare cōmunicabilitas: sicut quiditati īmāli. Si igif dicat scotus quiditatem: inquantum quiditas est esse communicabilem: si li inquantum: dicat potentiam logicam sic sum cum ipso: sed si sic dicat: tunc non hz quod intendit. Si autem velit q̄ li inquantum teneatur reduplicatiue: et dicat cām precisam et adequataz respectu predicati: nō video quomodo hoc manu teneri possit in via phi et cōmentatoris: q2 tunc: vt supra dictum est: accideret aliquā aptitudinez frustrari ī natura eterno tempore. Accedit ad hoc q̄ scđm ipsos peripateticos quiditas non dicitur vniuoce de materialibus et abstractis sicut dicit Auerroys in tertio de aīa. cōmento. 36. Sed df secundum prius et posterius: et ideo no opz aliquā passionez realē vniuoce ipsis competere: ideo non valet. si quiditates materiales sunt cōmunicabiles. ergo et imāles: q2 quiditas quantuz est de se est cōmunicabilis. Patet q̄ argumētū nō procedit: q2 cōmunicabilitas non est passio realis quiditatis inquantum quiditas: sed quiditatis inquantum mālis scđm ipsos. respectu autem ipsius quiditatis absolute: dicit solū non repugnātiam: non aliquid reale: et sic dz intelligi dictū commētatoris in primo celi. commē. 92. q̄ forma est subiectū vlitatis: et is est itellectus cuiuslibet forme: et ideo df in diffinitiōe vlis. q̄ est illud quod est aptū natū de pluribus predicari hoc est dictu. forme inquantū forma competit vlitas. idest sibi non repugnat: et ex tali non repugnātia. reperitur vlitas in rebus eternis: logice loquendo: secūdum q̄ dicimus solem esse vniuersale de pluribus predicabile. non aūt talis vlitas vel cōmunicabilitas est aliquid reale vel ex natura rei ī talibus repertum. Sed vt sic rebus mālibus et corruptibilibus cōpetit multitudo in eadem specie: vnde per comparationez ad ista mālia itellectus noster distinguit vle a particulari in rebus eternis: lz talia de natura sui idē sint omnib⁹ modis quiditas et indiuiduum. Tamen si aliquo modo differunt: differūt soluz scđm modū intelligendi nostrū: sicut dicit commentator in scđo metaphy. cōmen. 39. Et secundum istud fundamentū Arist. dixit in primo posteriorum. in caplo de vli. q̄ in rebus eternis in quibus nō est nisi vnuz indiuiduum in vna specie. quādoqz accidit error imaginando passionē que inest primo cōi inesse primo singulari. Similiter in septimo metaphy. tex. cōmē. 55. dixit q̄ singulare eternum scđm q̄ est singulare non est diffinibile. ¶ In istis. n. locis Aristo. ponit distinctionē iter singulare et vle penes modum itelligendi nostrū. per comparationem ad ista mālia. Cum tñ scđm ipsum ī rebus eternis et in abstractis a mā: idē ex pte rei sit caro et carnis esse: sicut est sentētia eius in tertio de aīa. tex. cōmen. 9. Et. 7. metaphy. tex. cōmē. 41. q2 igitur quiditati inquātū quiditas est non repugnat cōmunicabilitas: ex tali nō repugnātia logicus adinuenit ī reb⁹ eternis distinctionē vlis a particulari. Et non ex hoc q̄ tales forme ex sua ratione formali cōmunicabiles sunt: sicut dixit Auicēna et alber. et scotus cū eis. ¶ Sed hic est locus dubitatiōis. tu dixisti q̄ in eternis sm cōmentatorē nō inueniūtur plura indiuidua eiusdem spēi. ¶ Sed cōtra Auerroys in scđo celi. cōmento. 59. hz q̄ corpora celestia: et stelle sunt eiusdem speciei. Et tamen talia sunt eterna et materia carentia: vt est sententia eius in primo celi. et in libro de substātia orbis. ¶ Amplius quod est ad perfectionē vniuersi et ordinē et decorē df poni in natura: q2 nā est cā ordinis et decoris et de possibilibus facit quod meli⁹ est: sed esse plures intelligētias in eadē specie arguit maiorē perfectionē et decorem vniuersi q̄ si esset vna tantum in vna specie: vt vf. ¶ Amplius si in abstractis a materia non est nisi vnū indiuiduuz in vna specie. hoc non vf pp aliud. q2 talia carent materia. ¶ Sed ɔtra. carentia materie est quedam priuatio seu negatio. modo nō videtur q̄ sola negatio sit sufficiens causa indiuiduationis in talibus: q2 effectus positiuus dz habere causam positiuaz. ¶ Amplius ex secūdo de anima vnūquodqz perfectum est cū potest producere aliquid sibi sile. Sed cū arguif sic: perfectissima similitudo est illa que ē secūdū speciē: cum abstracta a mā sint perfectiora istis corruptibilib⁹: talia poterūt aliquod sibi simile ī specie producere: sicut et illa. ¶ Confirmaf per cōmētatorē scđo celi. commen. 49. vbi hz: stellas et intelligentias esse eiusdem speciei. ¶ Ad hec respondetur. Ad primuz dōm. q̄ lz Albertus magnus in scđo celi. tractatu tertio. caplo. 4. dicat q̄ corpora celestia non sunt eiusdem spēi: sicut dixit mesalach et auerroys: si ipse intelligat q̄ non sunt vnius speciei vniuoce recte dixit: sed q̄ nō sint vnius spēi analoge: vt auerroys declarat in calce. commē. 49. 2. de celo. hoc non potest negare. Pro quo tu dībes scire q̄ generabili et eterno nihil est commune vniuocum: sicut patet pmo metaphysice. tex. commenti. 30. Et decimo metaphysice tex. commen. vltimi. Silr cause et causato: nihil est commune vniuocū sm principia auerroys. Sed si est aliquod cōe illud est sm analogiam quandam secunduz prius et posterius. quia autem in ipsis intelligentiis reperitur causa et cau-

tia qditas ⁊ essentia sunt idem omnibus modis: in alijs aūt qditas ⁊ essentia differt: ⁊ solum p̄ma est liberata ab omni potentialitate: alie aūt habent intellectū possibilem. i. imperfectionem quandā ⁊ p̄uationem obtinent inquantū entia sunt: ⁊ sic dicimus eas componi ex intellectu possibili: ⁊ ex itellectu agente: nō tā̄ ex re ⁊ re vel ex duabus partibus essentialr̄ distinctis: sicut est in anima rationali: sed tā̄ ex positiuo ⁊ p̄uatiuo: q2 intelligētie inquantum entia sunt: dicunt aliquā perfectionem: ⁊ q2 vt sic omnes deficiunt a perfectione p̄me ꝓpter hoc defectus ille ⁊ illa p̄uatio a Cōmentatore appellatur intellectus possibilis: qui imperfectionē importare videtur ⁊ p̄uationem: cū nullam habeat naturam: nisi q2 possibilis vocatus est: ⁊ sic tanq̄ tabula rasa in qua nihil sit depictum. 3. de anima. si vero intelligentie ipse considerenṫ inquantū tales sunt: sic nulla prorsus est in eis realis potentia. omnē enim perfectionē essentialē quā intelligētia saturni apta nata est habere: ab eterno habet secundū viam pħoꝝ: q2 in eternis secundū sententiam pħoꝝ nō differt posse ab esse. Et iuxṫ hoc dixit Auerroys in secūdo celi. cōmen. 34. vbi dicit: possibile in reb⁹ eternis est necessariū: cū nihil sit possibile in eis vere. Notāter dixit vere: quia secundū existimationē ⁊ metaphorā quādā aliquod possibile in eis repiṫ. Et ex ista declaratione inotescit tibi cōcordia pluriū auctoritatum in via Auerroys in quibus sibi cōtradicere videṫ. nam in nono metaphysi. tex. cō. 17. ⁊ in. 12. metaphysi. cōmē. 30. habet ꝙ in ente eterno nulla est potētia omnino. idē infra cōmentis. 35. 41. ⁊ 44. Oppositū tamen videṫ dicere. 3. de anima. cōmen. 5. ⁊ 14. Et per hanc distinctionē de duplici possibilitate: v3. s. ⁊ existimata: vl' vt alij dicūt: physica vel logyca conciliant̄ dicta Cōmentatoris: sicut vides. ¶ Sed tu dices: ⁊ bene. ꝓpter qd in aīa intellectiua reperiṫ ista realis compositio ex intellectu possibili ⁊ ex intellectu agente. in alijs aūt ista compositio est secūdum existimationē tantū. Et ad hoc dicimus nos ꝓpter quid anima intellectiua est anima intellectiua: ⁊ anima intellectiua nō est alie itelligentie. p3 ꝙ nulla ratio pōt reddi huius: nisi q2 aīa intellectiua est talis ordinis in postremo entiū abstractoꝝ: ⁊ in medio orizontis eternitatis ⁊ temporis. Q2 igiṫ ex sui iperfectione in sui operatione dependet a fantasmatibus nostris saltim quantū ad intellectionē nouā: ⁊ quia talis itellectio nō est idem essentialiter cum anima intellectiua: cum ista sit noua ⁊ accidens: Illa vero eterna ⁊ substātia: ꝓpter hoc in anima itellectiua opus fuit ponere duas partes essentialiter distinctas: s̄m quarū vnam recipiat: ⁊ secundū aliā creet intellecta. In omni enim natura in qua est vnum: qđ est oīa fieri: est dare alteꝝ qđ sit omnia facere: ⁊ quia idem secundū idem nō pōt esse mouens ⁊ motū: ꝓpter hoc oportuit in aīa itellectiua: que de nouo recipit species itelligibiles: qcquid dicāt moderni in hoc: ponere duas partes essentiales realiter distinctas: per quarum alterā est agens: ⁊ per alterā est recipiens. Et ista est sincera opio Auerroys in. 3. de anima. cōmentis adductis. nō enim opinatus est Cōmentator intellectū agentem possibilem ⁊ speculatiuum esse idē subiecto. sicut Themistius ⁊ Theofrastus opinatus est: imo in hoc expresse contradicit eis: quidam aūt exponentes Cōmentatorem dixerunt opionē Cōmentatoris nō differre ab opinione Themistij: sed salua pace ipsoꝝ nō est ita: sicut declaraui in questione mea de speciebus intelligibilibus. quarū destructio in via Cōmentatoris multos in errores ifinitos in via eius adduxit. Redeamus ergo vnde diuertimus: ⁊ dicamus ꝙ vera est ꝓpositio Cōmentatoris in via eius: ꝙ omne compositum est nouū aliqua nouitate: vel nouitate quantū ad esse: vel nouitate quantū ad operationē ⁊ accidens. Et ita cū anima intellectiua sit realiter composita ex intellectu possibili ⁊ intellectu agente: est noua saltim quantū ad suam operationem: que de nouo est respectu determinati indiuidui: a cuius fantasmatibus de nouo moueṫ. in alijs aūt itelligentijs nulla nouitas reperiri pōt: nec nouitas quantū ad esse: quia ista est merito materie: nec nouitas quantū ad operari: quia sua intellectio est eadem cū substantia intelligentis ⁊ est eterna: sicut ⁊ ipsa. recte igiṫ diximus nos ꝙ si alie intelligentie essent composite reali compositione ex duabus substantijs tanq̄ ex potētia reali ⁊ actu reali tales haberent vel nouitatem in sui essentia vel nouitatem in sui operatione. Et omnia ista sunt iconuenientia in via Cōmentatoris. ¶ Dicamus igiṫ ad argumenta ꝓpter que fuit coactus Johānes ponere istam realē compositionē in itelligentijs ex substantia ⁊ ex actu intelligendi. nō cōcludunt: imo ipsemet in 3°. de anima. super questione. 27. tenet hoc ꝙ intellectus possibilis non vere reperitur in intelligentijs. ¶ Ad p̄mū diciṫ: ꝙ intelligere quo intelligentia saturni intelligit se: ⁊ p̄mā intelligentiā est vnum intelligere realiter: ⁊ est idē omnibus modis quantū est ex natura rei: ⁊ nō differt nisi s̄m modū intelligendi nostrū. Maxime si teneamus vt tenendū censeo ꝙ intelligentia secunda per ꝓpriā essentiā intelligit p̄mā. ¶ Ad 2m: quicquid sit de itellectiōe dei respectu istoꝝ iferioꝝ in via Cōmentatoris. illud tamen argumentū non concludit propositū: esto ꝙ deus intelligat singularia. nam vnica intellectione intelligit omnia: ⁊ cum dr̄ ꝙ intelligere variatur s̄m diuersitatē rei intellecte. verum est de intelligere causato a re intellecta: nō aūt habet veritatē de intellectōe: que est causa rei intellecte: sicut est intellectio dei: que est causa rerū s̄m viam Cōmentatoris. 12. metaphysi. cōmen. 51. Modus aūt quo deus intelligit oīa positus est ab Auerroy. vbi. s̄. Et est modus quē nos vix possumus itelligere.

Super septimo metaphysice in qōne p̄ma tenet Johānes inherentiā esse de essentia accidētis: ⁊ ꝙ demōstrationes sunt de actualiter existētibus vt actualiter existunt: ⁊ q2 in his omnibus subtilissime reprehēdiṫ Johānes a preceptore meo magistro Antonio trombeta nostre etatis in metaphysice speculabilatiōib⁹ viro emeritissimo. ideo q cupiunt videre impugnatiōes Johānis videant ipsum in 7°. sue metaphysi. qōne p̄ma.

¶ Marciantonij Zimara. questio de triplici causalitate itelligentie feliciter icipit. super. 12. metaphysi. in Johāne aūt super qōne qua querit vtrū celū sit aniatum.

Questio est vtrum s̄m Aristotelis ⁊ sui Comētatoris Auerroys sententiā itelligentia det esse celo? ¶ Et arguiṫ ꝙ sic. auctoritate Auerroys. in 2° capl'o de substātia orbis. vbi h3 ꝙ corpus celeste indiget mouente ipsum in loco et virtute: que nō sit corpus: nec vtus in corpore. ad largiendū sibi permanentiā eternam. Et motū eternū. talis aūt permanentia est ꝓpriū esse celi. igiṫ ⁊c. ¶ P̄. vbi est effect⁹ formalis ibi est causa formalis ei⁹. Sed intelligere ⁊ velle sunt effectus formales itelligentie. celum autē dr̄ itelligere ⁊ velle. ex. 36. 12. metaphysi. ergo inte° est forma celi. ¶ P̄. si ex inte° ⁊ orbe nō fieret vnū per se. tūc ex inte° ⁊ orbe nō fieret verius vnū q̄ ex mā ⁊ forma. ꝯñs est cōtra Auerroym. 2° celi. ꝯmen. 3. p3 ꝯñtia: q2 ex mā ⁊ forma fit per se vnū. ¶ P̄. 8. metaphy.

ꝯmē.iz.ſube celeſtes ſunt cōpoſite ex mā ꝛ forma aniata itelligibili.igiť ⁊c. ¶ P̄.iz.metaphyſi.cōmen.36.corpora celeſtia nō mouenť:niſi qꝛ itelligūt.modo nullū aggregatū ex aſſiſtentibus denominať operari operatione ꝯueniente alteri aſſiſtentiū.igiť intel⁹ dat eſſe celo. ¶ P̄. Cōmentator.pmo celi.ꝯmen.95. hꝫ ꝙ iſta nā.ſ.celuꝫ eſt neutra:ꝛ nō eſt per ſe exn̄s in actu niſi per formaꝫ. ¶ P̄. Cōmentator.pmo phyſi.63.dicit:ꝙ corp⁹ celeſte ꝯſtituitur per itelligentiā. ¶ P̄. pn̄ᵐ aniatoꝝ ꝛ viuentiū dꝫ eē aniatū ꝛ viuens:ſed celū eſt hꝫ.g̊ celū eſt aiatū. mō ania eſt qua animatū viuit ꝛ itelligit ex.z.de ania.24.

In oppoſitum eſt Ariſto.in.8.phyſi. t.c. 78. ꝛ.79.vbi ꝓbat pmū motoreꝫ eſſe oino abſtractum a materia.

Pro ſolutione iſtius qōnis premitto vnū qd eſt neceſſariū ꝓ itellectu queſiti.nā qꝛ ad ꝓpōneꝫ multiplicē nō eſt vnica rn̄ſione reſpondendū.ex quo.n.ſunt q̄tuor gnā cauſaꝝ.ex z° phyſi. ꝛ qꝛ qōlibet genus cauſe in ſuo ordine dat eſſe. Jō videndum eſt que ſit rō formalis cuiuſcūqꝫ cauſe.vn̄ vidi plures tpe meo.iſoz. ꝓbantes ignorare que ſit rō formalis mãe ꝛ forme.Dicamus igiť cū Ariſto.nr̄o in z°.phyſico. in tex.ꝯ.28.ꝛ.29.ꝙ rō formalis mãe eſt ex quo fit aligd cū inſit:qd poniť ad dr̄iaꝫ ꝓuationis vt hꝫ ibi Cōmentator. Rō aūt formalis ipſius forme eſt qd gd erat eē. Rō formalis cauſe efficiētis eſt pn̄ᵐ vn̄ motus. Rō aūt cauſe finalis eſt:cuius gr̄a oia fiunt:ꝛ eſt rō mouētis vt amatum ꝛ deſideratuꝫ.vt hꝫ in.iz.metaphy.cōmen.36.Hoc ſtante:dico ꝙ itelligentia nō dat eſſe celo in genere cauſe mālis.vt clarū eſt ex rōne formali mãe. ¶ Dubiū igitur eſt vtrū itelligentia det eē celo in triplici genere cauſe.ſ.formalis:efficientis:ꝛ finalis. Jn hac igiť qōne tria quero. pmū vtrū itelligētia ſit forma celi formalr̄ dans eſſe ſibi. zᵐ vtrū itelligētia ſit cauſa efficiens reſpcū celi. 3ᵐ vtrū det eſſe celo in rōne finis.

Quantum ad pmū inuenio quoſdā modernos dicentes ad mentē Ariſto. ꝛ Auerro. itelligentiā dare eſſe per iformatōeꝫ ipſi celo.Moti aūt ſunt iſti ad iſtā opionē ꝓpter argumenta ad oppoſitum. ¶ Sꝫ iſta opio eſt pur⁹ error. data.n. iſta opione ſequereť ꝙ rueret totus octauus.ph̄.in quo Ariſto.laborauit ad demr̄andū pmū motorē eſſe oino abſtractū a mā.arguit.n.ſic.in tex.cō. 78.ꝛ.79. Nulla v̄tus finita mouet ꝑ tp̄s ifinitū: ſed omne corpus.vel v̄tus in corpore eſt virtus finita.igiť nulla talis mouet ꝑ tp̄s ifinitū.tūc vltra. nulla v̄tus finita mouet ꝑ tp̄s ifinituꝫ.pmus motor mouet per tp̄s infinitū. igiť pmus motor nō eſt corpus : nec v̄tus in corpore.ꝛ Auerroys dicit ibidē:ꝙ ex iſta demōſtratiōe ꝯcludiť pᵐ motorē eſſe oino abſtractū a mā . Et ex illo loco appet de mente Ariſt.ꝛ Auerro.nō dari materiā alteri⁹ rōnis a mā iſtoꝝ iferioꝝ:qꝛ tunc Ariſto. ibi non ſimplr̄ ꝯcluſiſſet pᵐ motorē eſſe abſtractū ab omni mā.Sed ſolū ꝯcluderet ꝙ ſit abſtractus a mā iſtoꝝ iferioꝝ.ſi igiť itelligētia daret eſſe celo ꝑ iformatiōeꝫ: qūo illa demr̄atio phi ꝓcederet? ¶ Sꝫ ad hoc iſti dicūt ꝙ duplex eſt for⁰:quedā que eſt ꝯſtituta i eſſe ꝑ ſubm: ꝛ eſt ois for⁰ que eſt educta de po⁰ mãe: quedā v̄o ſunt forme dātes eſſe mãe ꝛ ꝯſtituētes ſubm:nō educte de po⁰ mãe: ſed lꝫ ego ſciā illā diſtōnē ſꝫ fidē ꝛ veritatē habere locū. Tn̄ iuſ pn̄ᵃ Ariſto.ꝛ Cōmentatoris.nō credo illā eē veraꝫ:ꝛ qꝛ nūc ſumus in ſcholis phoꝝ.phyſice igiť agamus in hac mā. Rn̄ſio igiť iſtoꝝ ꝯſiſtit in hoc.vꝫ. ꝙ Ar. ibi ꝯcludit deū eē abſtractū a mā ad hūc itellcm̄:ꝙ.vꝫ.deᵘ non eſt forma educta de po⁰ mãe: tn̄ cū hoc ſtat ꝙ deus det eſſe celo formalr̄. ¶ Sꝫ iſta rn̄ſio eſt corrupta.nam Auerro.in p° caplo de ſuba orbis.reſumens illā demr̄ationē phi in.8.phyſi.dicit ipſe:ꝙ cū fuerit declaratuꝫ ei:ꝙ for⁰ corpoꝝ celeſtiū exiſtunt in ſuis ſubtis tali exn̄tia:ꝙ nō diuidunť per diuiſionē ſui ſubti.Et ꝙ cā in hoc eſt.ꝙ nō exiſtunt in ſubtis ſm ꝙ ſunt diuiſibiles: fuit declatū ei:ꝙ iſte forme nō ꝯſtituunť per ſubm: imo ſunt abſtracte in eſſe:qm̄ exiſtūt in toto ſubiecto. Et non diuidunť per eius diuiſionē:ꝯtingit ꝙ nō ꝯſtituunť per ſubm. Nō .n.exiſtūt in eo:neqꝫ in toto:neqꝫ i pte:ꝛ vlr̄ neqꝫ i diuiſibili:neqꝫ i idiuiſibili.ꝫ ille formalr̄. Jn qb⁹ v̄bis cōmētator vr̄ ſibi ꝯdicere. naꝫ p̄us dixit ꝙ tales for⁰ ſūt abſtracte in eſſe:ꝛ exiſtūt in toto ſubo. Et poſtea dicit ꝙ nō ſūt in toto ſubo neqꝫ in parte.quero igiť a vobis qn̄ Cōmentator.d.ꝙ forme celeſtes ſunt in toto ſubto : aut itelligit ꝙ ſunt in toto ſubto ꝑ iformationeꝫ : aut itelligit ꝙ ſunt in toto ſubto per aſſiſtētiā ꝛ opōnē . ſi dicatis ꝙ itelligit ꝑ iformatiōeꝫ.q̄ro poſtea qn̄.d.in z°.dicto ꝙ nō ſūt: neqꝫ in toto neqꝫ pte:qūo itelligat vel ꝑ iformatōeꝫ vel ꝑ aſſiſtētiā. ſi pmū.g̊ ꝯdicit ſibi in pmo dicto.ſi zᵐ.pꝫ ꝙ illud eſt falſum.itelligentia n.aſſiſtit toti celo:ꝛ cuilibet parti eius:lꝫ eius oꝑatio magis appeat in vna parte q̄ꝫ in alia. vt pꝫ ex fine.8.phyſi. Si igiť volumus ſaluare Cōmētatoreꝫ a ꝯdictione:opꝫ dicere ꝙ itelligentie nō ſunt in toto celo:nec in parte eius:per iformatiōeꝫ.Et ſunt in toto celo ꝑ aſſiſtentiā ꝛ ꝑ operatiōeꝫ. Fortius ꝯ eandē rn̄ſioneꝫ arguo ſic.data illa rn̄ſiōe ſequereť ꝙ demr̄atio quā facit Auerroys ꝯ Auicen.in 3°.capite de ſuba orbis.nulla eſſet. Auicēna.n.poſuit celū eſſe ꝯpoſituꝫ ex mā ꝛ for⁰: que erat ania ymagiatiua:coactus aūt fuit Auic̄. ad hoc vt eſt videre ab ipſo in 9° ſue metaph̄.cap°.z.ꝓpter hoc: qꝛ vidit ꝙ motus celi eſt mot⁹ cognoſcentis:ꝛ qꝛ iſte circulatiōes que dietiꝫ fiunt: ſunt ſinglēs:ꝛ qꝛ ſm pypatheticos itelligentie nō cog̃ſcunt ſinglaria. iō poſuit animā ymaginatiuā: que effectiue celuꝫ mouet:qꝛ talis cog̃ſcit ſinglia. Jntelligentia aūt ſm Auic̄. mouet ſoluꝫ in rōne finis.vt pꝫ ab ipſo in loco pallegᵒ. ꝛ ab Auerroy in pmo caplo de ſuba orbis.Format aūt Auerroys ꝯ Auic̄.iſtaꝫ rōneꝫ in 3°. caplo de ſuba orbis. Jn quo ex itento mouet illā qōnē.vtrū celū ſit ꝯpo⁹ ex mā ꝛ for⁰:ꝛ arguit ſic. Si celū eſſet ꝯpoᵐ ex mā ꝛ for⁰.ſicut Aui.poſuit ſequereť ꝙ celū eſſet corruptibile.ꝛ ꝑ ꝯn̄s nec̄io corrūpeť. Modo a pari ego arguo ꝯ Auerroym.ſi ſꝫ vos Auerro.tꝫ itelligētiā dare eē celo ꝑ iformatōeꝫ:celū eſſet corruptibile:nec valet fuga miſeroꝝ diſtiguendo de duplici for⁰ educta .ſ.de po⁰ mãe ꝛ nō educta. Nā Auicen. etiā ꝯ quē arguit auerroys:poſuit aiam ymaginatiuā dare eſſe celo ꝑ iformatiōeꝫ:ꝛ nō poſuit ipſam eductā eſſe de po⁰ mãe. vt pꝫ in 9° ſue metaph̄.caplo.4.poſuit.n.Auic̄.ꝙ pᵐ ens iquātū itelligit ſeipm ꝓducit vnū tātū:qd eſt pma itelligenᵃ: ꝛ illa iquātū itelligit pᵐ ens ꝓducit itelligentiā iferiorē ſe:ꝛ iquātū talis itelligentia itelligit ſeipſaꝫ vel actum ſuū ꝓducit i eſſe corp⁹ celeſte ꝛ aiam eius:q̄ eſt ania ymaginatiua.Et ex hoc pꝫ qūo iſta aia ymagiatiua: q̄ eſt for⁰ celi nō eſt educta de po⁰ mãe ſm Auicen.q̄re ⁊c. ¶ P̄.ꝯ eādeꝫ rn̄ſioneꝫ arguiť.nā data illa rn̄ſiōe. ꝯn̄a quā facit auerroys in.iz.metaph̄.ꝯmen.39.rueret ſm fundamenta ſua.ibi.n.arguit ꝯ xp̄ianos ponētes trinitatem ſic. oē ꝯpoᵐ eſt nouū.ſi igiť eſſet ꝯpō i diuinis:eēt igiť nouitas: niſi ingt ipſi ponāt ꝙ aliq̄ ꝯponunť ꝑ ſe.Et tūc facit iſtā ꝯn̄am.ſi aliq̄ ꝯponerenť ꝑ ſe:tūc exirent de po⁰ in actū ꝑ ſe:ꝛ mouerenť ſine motore per ſe : qd eſt ipoſe ſm phos. Mō a pari ego arguo ꝯ auerroym.ſi ipſe tꝫ celū eē ꝯpoſitū ex itelligᵃ ꝛ orbe tāq̄ꝫ ex for⁰ iformāte ꝙ celū eēt nouuꝫ:nec valꝫ diſtō de for⁰ dante eē nō educta de po⁰ materie ꝛ de for⁰ educta dāte eſſe:qꝛ auerroys bn̄ ſciebat ꝙ

xpiani nõ ponebãt istã ↄpõnem in diuinis:nec ponũt ibi
esse formaꝫ eductã de poᵃ mãe. zᵒ p̃ncipalr arguo sic.si
inteᵃ esset foꝛᵃ dans esse celo:sequeret̃ ꝙ itelligᵃ moueret̃
per accñs ad motũ celi.ↄñа formalr est Auerro.i zᵒ capi
te de suba orbis:⁊ in fine p̃mi capitis eiusdẽ. ↄ̃ Aui. Nec
valꝫ distõ chimerica in via Auerro.de foꝛᵃ dante esse nõ
ↄstituta per subm ⁊ de foꝛᵃ ↄstituta per subm: qꝛ vt dixi:
Aui.ↄ̃ quẽ arguit nõ posuit animã celi esse eductã de poᵃ
mãe.¶ Cõfirmat̃:qꝛ nõ vr̃ aliq̃ pacto ymagiabile ꝙ ali
qd sit foꝛᵃ iformãs aliqd subm ⁊ nõ moueri ꝑ accñs talẽ
formã ad motũ subi.¶ Forte dices ꝙ bñ est ymagiˡᵉ ꝙ
sit aliq̃ foꝛᵃ iformãs nõ educta de poᵃ mãe:q̃ nõ moueat̃
ꝑ accñs.¶ Cõtra:qꝛ fideles tenẽt aiaꝫ itellectiuã eẽ foꝛ
mã corꝑis nõ eductã de poᵃ mãe:⁊ tñ fatent̃ aiam itelle
ctiuã moueri ꝑ accñs ad motũ corꝑis.mõ a pari esset de
itelligᵃ i isto casu.¶ ꝓ.si inteᵃ eẽt foꝛᵃ celi:sicut isti dicũt
sequeret̃ ꝙ ipm celũ idigeret alio motore ab ipsa inteᵃ:
ꝗ per se moueret ipꝫ celũ.ↄñа est eiusdẽ Auerro.in codẽ
zᵒ capᵒ de suba orbis:q̃ ↄñtia seqt̃ ex pᵃ.nã si inteᵃ daret
esse celo.vt dcm̃ est moueret̃ per accñs:⁊ cũ oĩs motoꝛ ꝑ
accñs bẽat reduci ad motorẽ per se.ex.7.⁊.8.pħ. tũc ipꝫ
celũ moueret̃ ab aliq̃ motore oĩo abstracto a mã.¶ Cõ
firmat̃:qꝛ Ar.⁊ Cõmentatoꝛ in.8.phy.t.ↄ.5z.ex itento
ꝓbãt:ꝙ itelligᵉñ mouent̃ ꝑ accñs:⁊ ↄˢᵒʳ i ↄᵗᵒ ponit dr̃iaꝫ
inter motores gnãbiles ⁊ corruptibiles.Et iter motoreꝫ
corpoꝝ celestiũ dicẽs: ꝙ mouẽtia:q̃ sũt h̃ mouent̃ ex se:
⁊ ex aliis ꝑ accñs.s. ex motu sui subti.i. p̃mi moti ab eis.
Et hoc ẽ:qꝛ motoꝛ ↄstituit̃ ꝑ pᵐ motũ ab ipso.s.qꝛ motoꝛ
est in eo foꝛᵃ ⁊ motũ mã:⁊ est acceptuꝫ in diffõne foꝛᵉ ꝯm
ꝙ mãe accipiunt̃ in diffõnibꝰ formaꝝ. Et h̃ est id q̃ quo
dr̃ moueri ꝑ accñs in reiv̾itate.Motoꝛ aũt in corporibꝰ
celestibꝰ nõ ↄstituit̃ ꝑ subm ipsius. ⁊ iõ nõ mouet̃ ꝑ mo
tũ subi moti ab ipso:hoc mõ accñtali.h̃ ille.Ex qbꝰ v̾bis.
pꝫ ꝙ iõ motores in rebus gnãbiᵇꝰ ⁊ corruptiᵇꝰ per accñs
mouent̃:qꝛ sũt foꝛᵉ dãtes eẽ mãe . motores aũt celestes.
iõ nõ ꝑ accñs mouent̃:qꝛ nõ sũt ↄstituti i esse ꝑ subꝫ.i.nõ
sũt foꝛᵉ dãtes esse mãe. iux̃ modũ loquẽdi Auerr. foꝛᵉ.n.
dãtes esse mãe ꝯm Auer.appellant̃ foꝛᵉ ↄstitute in esse ꝑ
subꝫ:ꝓ q̃to sustentant̃ a mã:⁊ nõ pñt esse sine mã.vt pꝫ.
p̊ phy.ↄᵗᵒ.70.⁊.z.phy.ↄ.30.vbi ↄᵗᵒʳ declat: qũo mã est cã
foꝛᵉ ⁊ foꝛᵃ mãe.¶ ꝓ.si inteᵃ esset foꝛᵃ celi vt isti sõniãt:se
queret̃ ꝙ celũ dꝫ cadere in ↄceptu formali ipsius intelli
gentie:sꝫ ꝙ mãe accipiunt̃ in diffõnibꝰ formaꝝ.ↄñs est
mãifeste falsuꝫ.vt oẽs ↄcedũt.ꝓbat̃ aũt sequela ex p̃sa
ta auctẽ Auerro.in ↄᵗᵒ.5z.octaui pħ.⁊ ex p̊ de aia.cõ.16.⁊
ex.z.pħ.t.ↄ.zi.⁊.t.ↄ.vlti. ¶ Qꝛ si tu dicas:ꝙ dcm̃ Auer.
itelligit̃ de formis dãtibꝰ eẽ mãe eductis de poᵃ mãe:nõ
aũt hꝫ locũ de formis dãtibꝰ esse nõ eductis de poᵃ mãe.
¶ Cõtra.qꝛ a pari corpꝰ orgãicũ nõ dꝫ cadere in diffõne
anie itelleᵉ:qđ est ↄ̃ pħm ⁊ ↄᵗᵉ³.z. de ania.vbi voluit illã
diffõneꝫ esse cõem oĩ aie.ↄñа aũt deducit̃:qꝛ tu tenes in
q̊libeto 3ᵒ:ꝙ itellꝰ possis vel aia itellectiua ꝯm Auerro.
est foꝛᵃ dans eẽ nõ educta:tñ de poᵃ mãe.Et dixisti ꝙ ꝑꝑ
hoc diffõ aie dr̃ equoce de aia vegetatiua sensitiua ⁊ itel
lectiua.vt.d.ↄᵗᵒ.3.de aia.cõ.5.ↄ̃ Alexã.⁊ in.z.de aia. ↄ.7.
Tũc arguo sic.si ista est solũ rõ ꝓpter quã diffõ anie ꝯm
Auerro.sit equoca:qꝛ ania itellectiua dat eẽ:⁊ nõ educit̃
de poᵃ mãe:tunc a pari in ↄceptu formali itelligᵉ dꝫ poni
celũ:sicut i ↄceptu aie itellectiue ponit̃ corpus.¶ ꝓ.ad
p̊nˡᵉ arguo sic. Auerro.in.z.capᵒ de suba orbis. ex itento
q̃rit istã qõnẽ.vtrũ sicut corpꝰ aialiũ gnãbiliũ ⁊ corrupti
biliũ depẽdet ab aia.sic celũ depẽdeat ab itelligᵃ. Et sol
uit istã qõnẽ negᵉ.dicit.n. ⁊ vr̃ ꝙ corpꝰ celeste nõ ẽ nec̃iũ
in suo esse foꝛᵃ:sicut est dispõ aialiũ:q̃ sunt h̃ ⁊c̃.¶ ꝓ.ex
duobus actu existẽtibus non fit ꝑ se vnũ.vt pꝫ.7.metapħ.

t.c.vlti.sꝫ tã celũ q̃ intelligentia sunt actu entia. igit̃ ⁊c̃.
Qꝛ itelligentia sit actu ens.pꝫ ex.9.metapħ.t.c.z.⁊.17.et
iz.metapħ.ↄ.30.Qꝛ etiã celũ seclusa itelligentia sit actu
ens. ꝓbat̃.ex s̃nia auerro.p̊ celi.ↄ.95.⁊ in.z.capiᵒ de suba
orbis.⁊.8.metapħ.t.c.iz. In qbus locis Cõmentatoꝛ po
nit dr̃iam iter mãm p̊mã ⁊ ipsuꝫ celũ in hoc:qꝛ mã pᵃ est
ens in pura poᵃ:celũ aũt est ens in actu.Et inqt ꝙ celum
rectius dr̃ subm q̃ mã. Pro quo tu debes scire ꝙ in mã
iueniunt̃ due rõnes.s.rõ potẽtialitatis.vꝫ.ꝙ ex poᵃ mãe
foꝛᵃ educat̃ .Alia v̊o est rõ sustentantis formã. istaꝝ aũt
rõnuꝫ magis intima est ipsi mãe p̊ma rõ q̃ zᵃ.nã rõ foꝛ
malis mãe est ex quo fit aliqd cuꝫ isit . Et qꝛ ista rõ mãe
nõ iueniẽt in mã celi:qꝛ itelligẽtia nõ educit̃ de poᵃ ipsiꝰ
celi.Sꝫ soluꝫ reꝑit̃ zᵃ ratio mãe in ipso celo:pro q̃to. vꝫ.
ipsa intelligentie operatio subtiue recipitur in ipso celo
hinc est ꝙ celũ rectiuꝫ dr̃ subꝫ q̃ mã respcũ itelligentie.
Et hoc voluit Cõmentatoꝛ in zᵒ capiᵒ de suba orbis.sub
v̾bis obscurissimis dum dixit. Corpus aũt celeste est q̃si
mã istius foꝛᵉ abstracte:⁊ est mã existñs in actu . ⁊ iõ nõ as
similat̃ mãe nisi in hoc:qꝛ est mã fixa ad recipiendũ foꝛ
mã.⁊ iõ digniꝰ dr̃ subm q̃ mã.mã.n. q̃ est h̃ dr̃ mã: qꝛ est
in poᵃ foꝛᵃ in ea fixa:⁊ dr̃ subm:qꝛ est fixa foꝛᵉ: ⁊ fit ↄposi
tuꝫ ex mã ⁊ foꝛᵃ.Sꝫ dicebat ꝙ celũ seclusa intelligentia
non est in actu:qꝛ Cõmentatoꝛ in.9.metapħ.t.c.17. dicit
ꝙ nihil ꝓhibet vt celũ sit mã:sed ꝓhibet vt sit foꝛᵃ. ⁊ iõ
dicit:ꝙ celũ seclusa itelligentia est pura poᵃ.¶ Sed illa
rñsio nõ est de mente Auerro. qꝛ lꝫ celũ seclusa intelligẽ
tia nõ sit foꝛᵃ:tñ celuꝫ seclusa itelligentia est mã in actu:
qꝛ alr̃ dr̃ia quã ponit Auerro.in.8.metapħ.cõmen.iz.et
in.z.capᵒ de suba orbis nulla esset.ibi.n.Cõmentatoꝛ. d.
ꝙ mã p̊ma est in poᵃ.celi aũt mã est in actu.Mõ q̃ro qñ
Cõmentatoꝛ ↄparat mãm celi ad mãꝫ p̊mã : aut ↄparat
istas mãs solũ seclusis ꝑ abstractionẽ itellꝰ formis ipsa
rũ:aut ↄparat istas mãs ꝓut sunt iformate per formas:
aut ↄparat mãm celi ꝓut est iformata per formã.ad ma
teriaꝫ p̊mam infoꝛmẽ:vel eↄ̃.si zᵐ pꝫ:ꝙ vtraq̃ mã est in
actu.si 3ᵐ vel 4ᵐ ↄparatio eẽt in equoco ⁊ mala. ꝗ relin
quit̃ p̊mũ mẽbꝝ.vꝫ.ꝙ ↄparatio sit iter mãs solũ:⁊ tunc
habeo intentũ ꝙ celũ seclusa itelligẽtia est in actu:⁊ mã
p̊ma est in poᵃ. ¶ Forte dices:ꝙ celũ seclusa itelligẽtia
nõ est mã in actu:qꝛ mã est in actu ꝑ formã:⁊ cũ itelligẽ
tia sit foꝛᵃ celi:mã celi nõ põt eẽ in actu seclusa itelligen
tia.¶ Ad hoc rñdet̃ ꝙ in via Auerro.mã dr̃ fere analo
gice de supioribꝰ ⁊ de iferioribꝰ.⁊ iõ ꝓpõ illa hꝫ v̾itatẽ q̃
mã istoꝝ gnãbiliũ ⁊ corruptibiliũ:nõ aũt hꝫ locũ de mã
supioꝝ.vñ mã celi ꝑ suã rõnẽ itrinsecã est i actu: qꝛ vnũ
q̃dq̃ in eternis ipꝫ est ipꝫ seipso formalr.vt pꝫ.8.metaᶜᵉ.
t.c.vlti.ꝙ aũt h̃ sit idubitata s̃nia Auer.pꝫ:qꝛ.8.metaᶜᵉ.
t.c.iz.dicit.mã eternoꝝ est aliqđ existñs in actu.s. corpus.
Et hoc ideꝫ hꝫ in.z.caᵒ de suba orbis.⁊ in p̊ celi.95.lꝫ ibi
videat̃ sibi ↄ̃dicere:quã ↄ̃dictõeꝫ nos soluemꝰ dũ rñde
bimus ad argᵗᵃ p̊nˡᵉ.sılr.8.phy.cõ.78.dic̃.corpora ꝗ cele
stia sũt mãe simplices: ⁊ foꝛᵉ eoꝝ sũt foꝛᵉ nõ in materys.
eãdẽ s̃niam repetit ↄᵗᵒ.iz.metapħ.ↄ.io.dicẽs:mã gnãbi
liũ est in poᵃ.mã trãslatoꝝ est i actu.¶ ꝓ.Ad p̊nˡᵉ.si ce
lũ esset formalr aiatũ:aut celũ essentialr eẽt aia tãtũ:aut
aliqd vltra aiam.si pᵐ pꝫ ꝙ nõ eẽt nisi aia itellectiua: qꝛ
ania sensitiua nõ ẽ ibi.vt pꝫ.iz.metapħ.ↄ.36.⁊.z.celi.ↄᵗᵒ
37.Et tũc aia itellectiua eẽt diuisibilis. ex quo celũ ꝯm
formalr est q̃tuꝫ qđ nullus sane mentis diceret. si v̊o vl
tra animã itellectiuã sit aliqd aliud ꝑfectibile per ipsaꝫ:
sicut mã per formã:tũc celũ nõ esset formalr necessariũ:
qđ ẽ ↄ̃ perypatheticos.pꝫ aũt sequela : qꝛ oĩs poᵃ passiua
est poᵃ ↄ̃dictiõis.vt pꝫ.9.metapħ.t.c.17.⁊. i9. ¶ ꝓ. si pᵃ
inteᵃ eẽt foꝛᵃ dans eẽ celo vt isti dicũt.p̊ma itelligẽtia nõ

esset prima: ꝯñs absurdum est ⁊ sequela deducit̃: qꝛ nũꝙ̃ forma iformat mām nisi p̃supposito agēte ⁊ efficiēte. Nā causalitas cause intrinsece hꝫ reduci ad causalitatē cause extrīsece: nisi tu poneres ꝙ pª itelligētia p seipsam effectiue ⁊ formalr̃ vnit̃ ipsi celo. Et tūc si celum ⁊ intelligētia vniant̃ p se ⁊ cōponunt̃ per se: tūc exirent de poª ad actū per se. ⁊ mouerent̃ sine motore per se. qđ est valde absurdū. Cōsilem rationem adduxit auer. in. iz. meta. ꝯ°:39. ꝯ xp̃ianos ponētes trinitatem. Nec ad hoc valet r̃nsio illa chimerica distiguēdo de duplici forª educta: ⁊ nō educta: sicut supius demōstraui. ℂ p̃. efficiēs ⁊ forª nō coicidūt in idē numero: vt pꝫ. z. phy. tex. ꝯ°. 70. Sꝫ pª itelligentia est cā efficiēs ipsi⁹ celi: sic̃ in seq̃ntibus ondemus. igit̃ nō p̃t esse forª celi. ℂ p̃. si pª intelligentia eēt forª celi: sequeret̃ ꝙ nō eēt p̃ ⁊ p se agēs: ꝯñs est ꝯ ꝯ°. iz. metaphy. ꝯ°. 6. vbi hꝫ. ꝙ idē ē pᵐ efficiēs pª forª ⁊ vltim⁹ finis. Pꝫ aūt ꝯña: qꝛ forª veniēs in cōpōnēꝫ cū mā nō p se agit. Sꝫ cōpositū ē qđ p se agit. qꝛ ex p̃hemio metaphy. actiōes sūt suppositoꝝ. ℂ p̃. si pª iteª eēt forª celi: vt isti dicūt: sequeret̃ ꝙ pª iteª nō esset actus purus: neqꝫ eēt ens simplr̃ pfectū: ꝯñs q̃tū ad pᵐ est ꝯ ꝯ°. Et p̃hm. in. iz. metaphy. tex. ꝯ°. 30. vbi hꝫ ꝙ in p̃ motore nō admiscet̃ poª olno: neqꝫ i suba: neqꝫ in loco: neqꝫ in alio modo ꝑ po͡e: qꝛ cā po͡e in q̃bus est poª est mā. Et subdit ibidē ꝙ oē eternuꝫ est actio pura. Jdē hꝫ. z. celi. ꝯ°. 33. ꝯñs ēt q̃tū ad zᵐ est ꝯ cōmētatorē. i. 5. meta. caplo de pfecto. vbi hꝫ. ꝙ solus deus ē ens simplr̃ pfectū: ꝯña aūt p̃bat̃. Nā oē qđ ē cōponibile cuꝫ alio: sicut mā cū forª includit iperfectionē ⁊ potētialitatē: nā forª reddit̃ potētialis ⁊ iperfecta rōne māe cui vnit̃: si igitur ex celo ⁊ intelligētia fieret vnū per se tanq̃ ex mā ⁊ forª: intelligentia hēret aliquā imperfectionem: qꝛ causalitas māe ⁊ forme importat rationem partis intrīsece: ⁊ ex ꝯñti rationeꝫ imperfectionis: qꝛ pars respectu toti⁹ hꝫ rationē potentialitatis. Et iō bñ dixerunt theologi: ꝙ deus nō potest supplere vicē cause intrīsece: sed solū cause extrinsece. Pꝫ igitur ꝙ si pª intelligentia vniretur celo: sic̃ forª informans celum ꝙ pª intelligentia esset potētialis: ꝯñs autem est ꝯ aueroym. in. 5. de aia. ꝯ°. 5. vbi hꝫ ꝙ nulla inteª p̃ter p̃mā est liberata a poª. Et ex ꝯñti priᵐ non esset pᵐ. ℂ p̃. si intelligentia daret eē celo formalr̃ i mouendo fatigaret̃: ꝯñs est ꝯ cōmentatorem. z. celi. ꝯ° 71. Pꝫ aūt ꝯña: qꝛ ois forma dans eē in mouendo fatigatur: vt pꝫ ab Aueroy. z. celi. ꝯ°. 3. Et rō huius est: qꝛ ois talis forª dans esse est diuisibilis ad diuisionē sui subiecti: vt pꝫ in p̃ caplo de suba orbis. Et iō si inteª esset forª celi i mouendo fatigaret̃: ⁊ sic motus celi non eēt eternus: hāc rōnē facit ꝯ°. in. 8. phy. ꝯ°. 79. Et iō ꝯcludit ibi ꝯ ꝙ corpus celeste nō est cōpositū ex mā ⁊ forª: sed est simplex: ⁊ ꝙ forª eius nō hꝫ subsistere per ipsum. Et ꝙ ipsa est q̃ mouet ipm: ⁊ ꝙ in ipso nō est forma mālis oino. Et in codeꝫ ꝯ° dicit. ꝙ motores corpoꝝ celestiū se excedūt in velocitate ⁊ tarditate: q̃uis motores eoꝝ nō sint in mā. Et infra. in ꝯ°. 83. reddens cāꝫ q̃re motor celi nō fatigat̃: sicut motores aialiū. dicit ꝙ hoc iō est: qꝛ in mouēdo non mouet̃: qꝛ cā fatigationis nihil aliud est q̃ꝫ hoc ꝙ motor mouet̃ qñ mouet. hoc qdē p̃uenit: qꝛ est in mā. ℂ Cōfirmatur rō: qꝛ q̃ro ab istis an celū seclusa inteª mouet̃ solū: aut tm̃ intelligētia mouet̃: aut cōpositū ex intª ⁊ orbe mouet̃ non p̃t dari pᵐ scdm vestrā opionē: qꝛ tu dicis ꝙ celuꝫ seclusa intelligentia est pura poª. Mō subiectū motus nō est pura poª. Sꝫ ē ens i actu: vt pꝫ. 5. phy. tex. ꝯ°. 8. si scdm hēo lr̃ētū ꝯ vos. si tertiū pꝫ ēt ꝙ inteª ex quo est forª dās eē. illi pꝫ ꝙ mouebit̃ saltim per accñs: qꝛ qñ aliqđ cōpositū ex mā ⁊ forª per se mouetur forma ei⁹ mouet p accñs. ℂ p̃. si prima intelligētia eēt forma celi: vt isti dicūt. sequeret̃ ꝙ p̃ma inteª nō esset simplr̃ incausata: ꝯñs est absurdū: ⁊ ꝯña deducit̃: nā inter mām ⁊ formam est mutua ⁊ essentialis dependentia. vt pꝫ. z. physi. tex. cōmenti. 30. Mā. n. est cā forme: ⁊ forma māe. Et sic si p̃ma intelligētia esset forma dans esse celo dependeret a celo in genere cause materialis ⁊c. ℂ p̃. qđ habet vltimatā actualitatem ⁊ subsistentiam. nō potest eē pars alteri⁹ pª intelligentia est hᵒ: vt pꝫ. 3. de aia. ꝯ°. 5. ⁊. iz. meta. ꝯ°. 3. ergo ⁊c. ℂ p̃. ꝯ°. 7. metaphy. ꝯ°. 31. loquēs de v̉tute iformatiua dicit ꝙ v̉tus iformatiua nō est in semine: sicut aia in calore nāli: sed ē ita ꝙ sit iclusa in eo sicut aia ē iclusa in corporibus celestib⁹. Ex q̃bus v̉bis clare pꝫ. ꝙ ꝯ° tenuit intelligentiā non esse formā dantē esse formalr̃ ipsi celo: nā aliter cōparatio Auero. nulla esset: qꝛ vult ibi ostēdere ꝙ v̉tus iformatiua exñs in semine nō est in semie: sicut forma subalis ei⁹: eo mō quo aia est i calore nāli: qꝛ aia ē forma dās eē calori nāli: si teneam⁹ calorē nālē eē formalr̃ aiatū iuxta illud Aristo. in de morte ⁊ vita. vbi hꝫ ꝙ g̃natio est pª p̉ticipatio aie in calido nāli. Et vita est eius permansio vel saltē aia est forª subalis corporis organici physici dispositi per calorē nālem: si teneamus calorē nālem nō esse formalr̃ aiatū. Et ideo v̉tus informatiua est in semine: sicut intelligentia est in orbe ⁊ nō sicut aia est i corpore: ac si diceret cōmentator ꝙ v̉tus informatiua est in semine: sicut motor i mobili: ⁊ non sic̃ forma in mā: sicut ēt intelligētia est in orbe: sicut motor i mobili: ⁊ nō sicut forª dans esse. Et pꝫ ꝙ ista auctoritas non recipit glosaꝫ: nec distictio de forma educta ⁊ nō educta h̃ hꝫ locū: vt pꝫ intuenti. ℂ p̃. ois forª dans eē est diuisibilis ad diuisionem subiecti fm Auero. vt demonstraui in q̄ōne mea de spēbus intelligibilibus. Si igitur deus est forma dans eē celo esset vtiqꝫ diuisibilis: ꝯña est Auero. in. 8. phy. cōmento. 78. ℂ p̃. ois virtus exñs in mā est finite motionis. deus est hᵒ. p vos. igitur ⁊c. ꝯña est eiusdem Auero. ⁊ Aristo. in loco p̉allegato. ℂ p̃. ois forma dans eē in mouendo mouet̃. deus p vos est hᵒ. igit̃. Jsta intuētib⁹ 7ᵐ. ⁊ 8ᵐ. phy. sūt notissima. ℂ Quo igit̃ bone deus isti tenētes intelligentiam dare esse formalr̃ ipsi celo fatentur se nō exire mētē Ar. ⁊ auer. ℂ Dicam⁹ igit̃ nos cū peritiorib⁹ pipathericis ⁊ aueroystis ꝙ iteª n̄ ē forª celi dans eē formalr̃ ipsi. Et ꝙ ipm celū seclusa intelligētia nō est pura potētia: sed est mā in actu. Et ꝙ ois forma dans esse materie fm Auero. est educta de potentia māe. ℂ Sꝫ ꝯ istā opionē insurgūt nōnulla dubia. Nā vr̃ ꝯdictio in dictis ꝯ°. Nā p̃ celi commētator appellauit celū formā respectu elītoꝝ: vt pꝫ i cōmēto. z4. Jn. 9. aūt meta. ꝯ°. 17. dixit ꝙ nihil p̃hibet: vt celū sit mā: sed p̃hibet: vt sit forma. ℂ p̃. dubitatur circa aliud dictuꝫ: qꝛ tu dixisti ꝙ intelligētia nō ē forª dās eē celo. Sꝫ ꝯ. Nā auer. l p̃ z. z. ⁊. 3. cap̃. de suba orbis. Et i. 8. phy. 78. ⁊. 79. Et alibi frequēter ꝯsueuit appellare itelligētiā formā celi. Jdē hꝫ. i. iz. metaphy. 6. ⁊. 36. ꝯ°. ⁊ in. 10. meta. ꝯ°. 7. dicēs ꝙ idē ē pᵐ efficiens p̃ma forma ⁊ vltimus finis. ℂ 3°. dubitat̃ circa aliud dictum: qꝛ tu dixisti ꝙ fm Aueroym. ois forma dans eē ē educta de potētia māe. ℂ Sꝫ ꝯ. itellᷤ agēs fꝫ auer. est forª intellᷤ possibilis: vt pꝫ ex. 3. de aia. ꝯ°. 36. ⁊. iz. metaphy. ꝯ°. 17. Et tñ intellᷤ agēs nō est eductus de potētia itellᷤ possibilis. ℂ 4°. dubitat̃ circa aliud dictū: qꝛ tu dixisti ꝙ celuꝫ seclusa itelligētia est mā in actu fm Auero. ℂ Sꝫ ꝯ: qꝛ tunc ꝯ° sibi ꝯdicit in pª celi. ꝯ°. 95. vbi habet ꝙ ista nā. s. celū est nā neutra: ⁊ nō est exñs per se in actu. ergo videt̃ ꝙ celū sit in actu per intelligentiā tanq̃ p formā. Et sic celū seclusa itelligētia ē pura poª. ℂ 5°. dubitatur. Nā si corpora celestia nō essent informata formis dātibus esse: q̃uo igitur a cōmentatore appellant̃ aiata cuꝫ

aīa dicatur ab animando. Item quō corpora celestia pos sent moueri per aliquod principiū separatum ab ipsis.

Ad istas obiectiones respōdet. ⁊ primo ad p^m. dico ꝙ commentator in p̄ celi. cōmen. 24. dixit ꝙ celū est q̄si forma respectu elementoꝝ: ⁊ nō dixit cōmentator ꝙ celū sit v̄e for^a: vn̄ omne ꝯtinens aliud: ⁊ omne ꝑfectius aliquo pōt dici q̄si forma illius: vt p3. 3. de aīa. cōmen. 36. Et. 4. celi. tex. commen. 22. Et sic itelligit dictū Auer. in. 3. de aīa. in cōmen. 14. ꝙ intelligentie ꝑficiūt se adinuicē ꝑ q̄ꝫto vna est ꝑfectior alia: ⁊ vna itelligit aliā: sic vna pōt dici forma ⁊ perfectio respectu alterius: vt p3 ēt ab eodē. in. 12. metaphy. in ꝯ^to. 44. ꝙ aūt celū dicat q̄si for^a respectu elntorū: eo modo q̄ dictū est: p3 ab eodē cōmentatore in eodē ꝯ^to. 24. p̄mi de celo. vbi declat seip̄m dicens. corpa. n. celestia ꝯseruāt elnta ⁊ continent ipsa: et vīr sunt in eis q̄si for^a ⁊c. ❡ Ad 2^m r̄ndet. ꝙ vt h3 commentator. in. 12. metaphy. in commen. 29. in sub̄a eterna iueniunt cause que per silitudinē dicūtur cause cū causis generabilibꝰ ⁊ corruptibilibus: vn̄ mā̄ s3 silitudinem dr̄ esse in eternis corporibus ⁊ non vere. nā rō formalis māe est ex quo fit aliqd cū insit. Et sic celū non dr̄ mā̄ respectu itelligentie: s3 dr̄ mā̄ inquantū est subiectū: in q̄ subiectiue recipit operatio intelligentie. Silr in v̄a mā̄: vt. d. commentator in illo commen. inuenit po^a ad esse: in celo aūt inuenit solum po^a ad vbi: ⁊ non po^a ad esse. Et sic ip̄m celum dr̄ silitudinarie mā̄ ⁊ non vere mā̄. Sic ēt intelligentia dr̄ esse forma celi s̄m silitudinē: ⁊ nō dr̄ vere forma dans eē formaliter ipsi: vn̄ inte^a dr̄ for^a celi vel exēplaris: vt potest colligi de mente Auer. in. 12. meta. in cōmen. 18. vbi h3. ꝙ oēs forme sunt in po^a in p̄^a mā̄: ⁊ sunt in actu in p̄mo motore. inquantū p̄mus motor continet eminenter oīa ista iferiora: vel aliter. intelligentia pōt dici for^a inquātū ex plenitudine sue ꝑfectiōis ex necessitate nature s̄m ph̄os cōmunicat per motum ⁊ lumen suā perfectionē istis inferioribus: ⁊ sic ipse itelligentie dicūtur for^e ratione sue ꝑfectionis cōmunicate alijs rebꝰ: vt potest colligi ex sententia cōmētatoris. 12. metaphy. cōmen. 36. Et a subtilissimo scoto. in. 4. sniaꝝ. distin. 48. q. 2. dr̄ esse inte^a for^a celi: inq̄ꝫtū assistit ipsi celo dās sibi motū eternū ⁊ ꝑmanētiam eternā: vn̄ s3 ꝑipateticos duplex est for^a: dās eē ⁊ assistens: vt p3. 2. de aīa. ꝯ^to. 11. ⁊ ꝯ^to. 30. Et in. 3. de aīa. in ꝯ^to. 5. ꝯ alex. ❡ Ad 3^m. qd̄ oībus difficilius est. dico saluo semper meliori iudicio alr̄ sentiētiū in mā̄. ꝙ ꝓpō illa est vīr v̄a ꝙ s̄m auer. oīs for^a dans eē est educta de po^a māe. Et ad istā iā de itellectu agēte. dico ꝙ vt h3 cōmentator. in. 12. metaphy. ꝯ^to. 17. dicit ꝙ ipse declauit in. 3. de aīa ꝙ itellectus agēs ē q̄si for^a itell's possibilis. Et nō dicit ꝯ^tor. ꝙ intellectus agēs sit v̄a for^a eiꝰ dās eē formalr̄ sibi. Et iō dixit ꝯ^tor in eodē ꝯ^to ꝙ intellectus possibilis rectius dr̄ locus respectu itell's agentis q̄ꝫ mā̄: q2 vidit ꝙ intell's agēs nō erat for^a dās eē intellectui possibili educta de po^a eiꝰ: sicut fo^a educit de po^a māe. Et scio ꝙ viri clarissimi i via auero. cōcordāt mecū in hoc: l3 ēt multi alij excellētes aueroyste: sint in oppositū. Et iō si alias mihi occurret alr̄ dicēdū mutabo sniam: q2 arg^m valde me angit: sicut vides. ❡ Ad 4^m dubiū. dico ꝙ nō est ꝯdictio. nā celū seclusa itelligētia nō dr̄ eē in actu q̄ꝫtū ad accidētia q̄ isunt sibi rōne eius: puta q̄ꝫtū ad motū: vt p3. 12. meta. ꝯ^to. 41. ⁊ q̄ꝫtū ad q̄ꝫtitates: ⁊ alia h9 vt p3 p̄ cap. de sub̄a orbis. Et 2. celi. ꝯ^to. 3. Cū v̄o dixit ꝙ celū est mā̄ i actu h̄ h3 v̄itatē ꝑ ꝙ celū distiguit a mā̄ p̄^a q̄ ē ens i pura po^a. ❡ Ad 3^m du^m dico ꝙ corpa celestia nō dicunt aīata aīa vegetatiua: q2 i celo nō sūt po^e aīe vegetatiue. v3. nutritiua ḡnatiua ⁊ augmētatiua. Ista. n. corpibus icorruptibilibꝰ cōpetere nō pn̄t. Nutritiua. n. data est viuētibus ad ꝯseruationē idiuidui. cuius ꝑtes māles ꝯtinuo fluūt: vt p3 p̄ de ḡnatiōe. tex. ꝯ^ti. 38. Et. 2. de aīa. Silr ḡnatiua data est viuētibꝰ: vt ꝑpetuent in spē: q2 s3 idiuiduū ꝑpetuari nō pn̄t: vt p3. 2. de aīa. tex. ꝯ^ti. 34. Nec ēt corpa celestia dicunt aīata aīa sensitiua. Sensus. n. dati sunt aīalibꝰ ad salutem: vt ꝑ ipsos ipedimenta euitarent: vt p3 ab aueroy. ꝯ^to. 36. 12. metaphy. In celo aūt ipedimētū ⁊ malū non repit. Et ideo ociose nā̄ tribuisset ipsi sensus. ❡ Itē. oīs sensus fundat i tactu: vt p3. 2. de aīa. Et aīa sensitiua regrit determinatā mixtionē quatuor q̄litatū p̄maꝝ. hec aūt ⁊ ꝯsilia sūt valde extranea a nā̄ celesti sicut vides. Et hoc videns cōmētator auer. dixit in. 12. meta. ꝯ^to. 36. Et ex hoc q̄dē apparet bn̄ hec corpa celestia eē aīata. Et ꝙ non hn̄t de v̄tutibus aīe nisi itell'm ⁊ v̄tutē desideratiuā q̄ mouet in loco: ⁊ h̄ declabit ex his. Dictū. n. i. 8. ph. q̄m mouēs hec corpa celestia in nulla existit mā̄: ⁊ ꝙ ē for^a abstracta. hec ꝯ^tor. Ex q̄bus v̄bis clare p3 ꝙ corpa celestia nō dicūt aīata: eo ꝙ habeāt aīam dātē sibi eē formale: sicut chimerizātes nr̄i tp̄is finxerūt. Nam vt. d. ꝯ^tor. 8. metaphy. ꝯ^to. 12. corpa celestia dicunt cōposita ex corpe ⁊ for^a aīata itelligibili: nō ita ꝙ ibi aīa sit res aīata. nō ita ꝙ illic est aliqd qd̄ aīat ꝑ aīam aut viuat ꝑ aīam: oē. n. qd̄ viuit ꝑ vitā est ḡnabile ⁊ corruptibile. modo si intelligentia esset forma dans esse celo: sicut isti dicunt: vtiq3 orbis viueret ⁊ esset animatū per ipsū: sicut corpus animalis dr̄ viuere: ⁊ eē animatū ꝑ aīa3 q̄ ē for^a eiꝰ. Ex h̄ expsse p3 ꝙ ite^a nō dat eē formalr̄ ipsi celo: vn̄. d. ꝙ sūt aīata ꝑ se corpa celestia. i. solū dicūt aīata: vt capit corpꝰ celeste ꝓ aggregato rōne alteriꝰ partis. i. itelligētie. Et dicunt aīata eo q2 aīa h3 duplicē rōnē: mouētis. s. ⁊ iformātis. de p̄^a rōne dixit ph̄s i. 2. de aīa ꝙ anima ē q̄ sensitimꝰ vegetamur ⁊ mouemur: q2 igit intelligētia dat motū ipsi celo: qd̄ ē qddā opus vite: vt p3 2. de aīa. tex. cōmen. 13. ꝑꝑ hoc dr̄ aīa celi. non āt dr̄ aīa celi: q2 iformat celū. q̄re ⁊c. ❡ Ad vlti^m du^m dico ꝙ nō icōuenit aliqd localr̄ moueri ab aliq̄ p̄ncipio sepato. nō. n. in oī motu locali regrit ꝯtactus mathematicus: q2 iste solū est necessariꝰ in mouentibus: ⁊ motis corporeis: s3 sufficit q̄nq3 concatatus virtutis: ⁊ sic est in proposito.

Restat mō soluere rōnes p̄ncipales an̄ opp^m q̄ōnis adductas. ❡ Ad p̄^m dico ꝙ illa auctoritas ꝯ^tor i. 2. capite de sub̄a orbis. solū vult ꝙ celū sit effectiue ab ite^a: sic motꝰ eiꝰ: sic i seq̄nti q̄sito magis patebit. ❡ Ad 2^m qn̄ dr̄ ꝙ vbi est effectꝰ formalis ⁊c. Ad h̄ respondet ꝙ vt h3 ꝯ^tor p̄ celi. ꝯ^to. 76. celū dr̄ tribꝰ modis. Dr̄. n. de toto mūdo: ⁊ dr̄ de ꝑte eiꝰ q̄ circulariter mouet. Et ēt dr̄ de orbe stellaꝝ fixaꝝ: hac distictiōe stante dico ꝙ qn̄ auer. hic inde dicit celū itelligere: ⁊ celū viuere. accipit celū ꝓ toto mūdo. i. ꝓ aggregato ex ite^a: ⁊ orbe: ⁊ nō accipit celū ꝓ ꝑte eiꝰ q̄ circulariter mouet: sicut expsse fatet ipse in p̄ capite de sub̄a orbis. dū dicit: ⁊ nō fuit dictū celū hēre aīā nisi ꝑꝑ appetitū existētē i eo: ⁊ motū localem. Appetitꝰ aūt q̄ ē i hoc corpe nō ē nisi q2 ē corpus celeste viuū ꝑ se appetens ꝑ se: nō ꝑꝑ po^am existētē i eo diuisibilē ꝑ eiꝰ diuisionē. eēt. n. ḡnabile ⁊ corruptibile. Et dr̄ eē motū ꝑ p̄n^m sepatū qd̄ ē i eo: nō ꝑ p̄n^m qd̄ ē ps i eo. Et hoc mō dr̄ viuū ⁊ itelligēs. Et si eēt itelligēs ꝑ ꝑtē i eo nō eēt itelligēs ꝑ se: ⁊ eēt sile hoī i hoc ꝙ est appetēs ⁊ viuens ⁊ mouens i loco. Et vīr q2 declatū ē actionē istius corpis esse eternā declarabitur formam eius non existere per suū subm. Et suū subiectū esse simplex non cōpositū ex materia ⁊ forma: q̄m si ita eēt: esset generabile ⁊ corruptibile. hec ille formalr̄. Ecce igit quō s̄m mentē auer. celū nō itelligit ꝑ ꝑtē q̄ est in eo: modo si intelligentia daret esse celo formalr̄: vt isti fingūt. vtiq3 esset pars ipsius. Et iō bn̄ dixit ꝯ^tor ꝙ si ce-

lũ dr̄ itelligere hoc ē ꝑ pn^m separatũ.i.ab stractũ nõ inhe rens neqꝫ dãs esse celo formalr̄.nõ.n.põt itelligere cõmē tator.ꝙ tale pn^m sit separatũ quãtũ ad assistentiã ꝛ opera tionē:imo vt sic est ↄiũctũ tale pn^m ipsi celo sicut nauta q̄tũ ad opus est ↄiũctus ipsi naui. ¶ Ad 3^m dico ꝙ cõmē tator pro tãto dixit ꝙ ex inte^a:ꝛ orbe fit verius vnũ q̄ ex mã ꝛ for^a:qꝛ fit indiuisibili^9 vnũ:nã itelligētia vnit̃ orbi nõ mediãtibus q̄titatibus interminatis: sicut vnit̃ for^a mãlis ipsi materie.diuisibilitas autē in tali for^a diuisibi li ad diuisionē subi attestatur ꝛ arguit iperfectionē ꝛ cor ruptionē.Et hoc nõ cõpetit ipsi itelligētie.Et ꝙ hec fue rit idubitata snīa Auer.pꝫ ꝙ v̄ba q̄ subdit ↄ^tor in media te in illo cõmē.3.dicēs:ꝛ cã istius adunatiõis iter istã for mã ꝛ suã mãꝫ ē:qꝛ nõ coheret sue mãe mediãtibus dimē sionib^9:sic for^e gn̄abiles ꝛ corruptibiles. ¶ Ad 4^m dictũ est q̃uo sube celestes dicũtur cõponi ex mã ꝛ forma aīata itelligibili:qꝛ sumit̃ celũ ꝑ aggregato. ¶ Ad 5^m dico ꝙ illa ꝓpõ.nullibi in dictis Auer.nec alicui^9 sani capitis re perta est:ꝙ nullũ aggregatũ ex assistētib^9 denominat̃ ab operatione ↄueniēte alteri assistētiũ.Et iõ negetur tãq̄ erronea.Et ad aliud dictũ est i dubitatiõib^9 q̃uo celũ ē i actu ꝑ itelligētiã:qꝛ hoc dr̄ itelligi q̄tũ ad oīa accidentia terminata:qꝛ alia ibi nõ sunt.ista aũt insunt mediãte itel ligētia:sicut apparet exercitatis i via ei^9.Et sic ēt dõm ē ad auctoritatē Auer.ꝑ phy.cõmē.63.vũ dixit corpus ce leste ↄstitui per itelligētiã pro q̄to effectiue depēdet ab ea:ꝛ q̄tũ ad accidētia q̄ insunt ei ꝛc̄. ¶ Ad vltimã dico ꝙ celũ dr̄ aīatũ mõ supra exposito.Et qñ dr̄ aīa ē act^9 cor poris ꝛc̄.Et aīa ē qua viuim^9 ꝛc̄.dr̄ fm Auer.ꝙ talis dif finitio data de aīa nõ dr̄ vniuoce nec equoce de oī aīa: sꝫ analogice:vt pꝫ.2.de aīa.cõmen.ii.ꝛ.30.ꝛ.3°de aīa. com men.5.ꝛ sic est i ꝓposito.intelligētia nõ est aīa celi eiusdē rationis cum aīabus vegetabiliũ vel aīalium:sed solum dr̄ aīa celi pro q̄to assistit ei:ꝛ dat operari eidē.Et hoc ēt fatet̃ magnus albertus.in.ii.sue meta.tractatu.2.caplo 12.hec ēt fuit indubitata snīa Aueroys.in ꝑmo caplo.de suba orbis. ¶ Sed ↄ predictam rñsionē dubitat̃:qꝛ tu dixisti ꝙ inte^ra dr̄ aīa celi eo modo quo anima inte^ua sꝫ ↄ^tor dicitur forma hominis:ꝛ adduxisti auctoritatē cõ mentatoris dicentis ꝙ diffinitio data de aīa non dicitur equoce nec vniuoce sꝫ analogice. ¶ Sꝫ ista auctoritas ē ↄtē.Nam auer.tenet simplr̄ omnem aīam dare esse sub stantiale ipsi corpori:sed pro tanto dixit ꝙ diffinitio da ta de anima dr̄ fere equiuoce propter animam intelle ctiuaꝫ:que lꝫ sit forma dans esse.non tamē est educta de po^a materie: sicut est anima vegetatiua ꝛ sensitiua. Et in hoc discrepat commentator ab alexandro: qꝛ alexan der posuit animam intellectiuam esse eductam de potē tia materie:ꝛ nõ solũ ꝙ sit forma dans esse.Et ista est sen tentia multorum aueroystarum nostri temporis. ¶ Sꝫ contra istam opinionem istatur.Naꝫ cõmētator scdo de anima.commen.21.dixit ꝙ anima intellectiua rectius di citur nõ anima q̄ anima.Et hoc nõ dixisset si teneret ani mam intellectiuam dare eē. ¶ Pro quo tu debes scire fm arabes ꝙ aīa dicit̃ ab animãdo ꝛ informando corp^9. Et hoc põt colligi ex snīa auicēne q̄ in nono sue metaph. caplo.4.loquēs de aīa imaginatiua celi q̄ fm Auic.erat for^a dans eē celo nõ educta ↄ po^a mãe:sed solũ ꝑ simplicē emanationem a pri^a inte^a ꝓducta hꝫ.h̄ v̄ba.Nos.n.iã ost dimus ꝙ aīa vniuscuiusqꝫ celi ē ei^9 ꝑfectio ꝛ ei^9 for^a nec est suba sepata.alioqn eēt itelligētia non aīa.Ex q̄b^9 v̄bis clarissime pꝫ ꝙ aīa apud arabes dr̄ for^a iformans cuius dr̄ eē aīa:inte^a aũt dr̄ for^a assistēs. Et iõ qꝛ aīa itellectiua fm Auer.dr̄ forma separata fm esse:ꝛ solũ dr̄ assistere or bi humano:ꝑꝑ hoc dixit ꝙ ē magis mãifestũ de ea:vt sit nõ aīa:vñ recti^9 dr̄ itelligētia fm ꝑn^a eius:sicut pꝫ i pluri b^9 cõmē.ei^9.i.3.de aīa q̄re ꝛc̄. ¶ Rursus cõmētator.i ↄ^to 5.3.de aīa :arguit ↄ alexã.q̄ credidit ꝙ diffõ data de aīa vniuoce cõpetit oī aīe:qꝛ act^9 posit^9 i diffõne aīe ↄuertit̃ cũ ipsa for^a:for^a aũt ꝛ finis coincidũt i idē numero: vt pꝫ 2.phy.cõmen.7.Et iõ si oīs aīa ē actus corꝑis:oīs aīa est finis finiēs ꝛ terminãs ipm corpus.Finis aũt ꝛ termin^9 nõ põt separi a re cui^9 ē finis:ꝛ iõ Alex.ↄclusit oēm aīaꝫ esse formã iformãtē corpus nullo mõ a corꝑe seꝑabileꝫ. Auer.ãt deridet Alexan.dicēs ꝙ deceptus ē:qꝛ credidit ꝙ actus posit^9 i diffõne aīe est vniuoce dict^9 de oī aīa:cũ nõ sit ita.Oportet autem si auer. contradicit Alexandro ꝙ talis ↄdictio referat̃ ad idē. mõ Alex.d.aīam esse finē ꝛ eē formã corꝑis:pꝫ ãt ꝙ hoc nõ dixit nisi ꝑ q̄to aīa dat eē:ꝛ nõ ꝑ q̄to aīa est educta de po^a mãe.Nã for^a dr̄ finis mãe ꝑ q̄to iformat mãꝫ:ꝛ dat ei eē formale:qꝛ sic forma dr̄ cã mãe:nõ ãt dr̄ for^a finis mãe ꝑ q̄to educit̃ ↄ po^a ei^9: qꝛ sic hꝫ rõnē causati. ipa for^a i genere cause mãlis:qꝛ ex 2.phy.cause sunt sibi inuicē cause. Si igit̃ auer. accusat alexã.de aīa itellectiua.de qua tenuit ꝙ sit finis corꝑis: nõ est nisi:qꝛ Auer.discrepat ab eo penes aīam intellecti uã dare eē: ꝛ nõ solũ penes eã eē eductã de po^a materie. ¶ Amplius tũc aīa itellectiua eēt diuisibilis:qꝛ applica ret̃ hoī ꝑ q̄titatē:qꝛ mediãte cogitatiua q̄ ē q̄ta. Ita ar guit cõmē.de itelligentia respectu celi.cõmen.3.ꝛ ꝑ capi te de suba orbis. Nec hic valet rñsio chimerica de forma educta de po^a mãe.ꝛ de forma nõ educta de po^a mãe : qꝛ ēt itelligentia nõ est forma educta de po^a mãe. q̄re si sol uas arg^m de aīa itellectiua ꝑ illã distinctionē:necesse ē ar gumētũ cõmen.ēt solui qd̃ ipse facit de itelligētia ꝑ ean dē distinctionem ꝛc̄. ¶ Et has rõnes isti moderni vide re nõ potuerũt:q̄re bñ diximus nos ꝙ itelligētia fm auer. eo mõ est aīa celi q̄ aīa itellectiua fm ipm est for^a hoīs:ꝛ hec dicta sufficiãt q̄tũ ad ꝑ^m q̄situ ꝛc̄. ¶ Scdm dubium ꝑncipale erat:vtrũ itelligētia det esse orbi i genere cause efficiētis.Et arguit̃ ꝙ nõ auctoritate cõmē.in.4.celi.cõ mēto ꝑ.vbi hꝫ.Res.n.eterne nõ hñt agēs nisi scdm simi tudinē:neqꝫ hñt ex q̄ttuor causis nisi formalē ꝛ finalem. Et si habuerit aliqd q̄si agens.nõ erit nisi inq̄tũ est for^a illi ꝛ ↄseruãs ipm. ¶ Amplius ꝑ metaphy.cõmen.31.sub stãtie abstracte nõ sũt de substãtiis istarũ rerũ sensibiliũ cũ ille sint eterne:Iste ãt generabiles ꝛ corruptibiles : ꝛ iõ nõ pñt eē cãe eorũ:neqꝫ fꝫ formas:neqꝫ fm agētes:mõ si de quo magis vr̄ inesse ꝛ nõ inest:q̄ nec de q̄ minus:sed magis vr̄ ꝙ itelligētie ꝛ entia eterna sint cã effectiua isto rũ sensibiliũ causatorũ.Cũ vt inq̄t phs ꝑ metheororũ opꝫ istũ mũdũ iferiorē supiorib^9 lationib^9 esse ↄtiguum : vt oīs ei^9 v̄tus gubernet̃ inde.Sꝫ taliũ nõ sũt cã efficiēs:vt patuit:q̄ mlto min^9 eternorũ. ¶ P.si celũ effectiue dépēde ret ab itelligētia:sequeret̃ ꝙ ex se esset possibile ꝛ esset ne cessariũ ab alio.ↄñs ē ↄ Auer.8.phy.commen.79.ↄ Alex. ꝛ Auicē.ↄña ꝓbat̃. Nã cõmen.12.meta.cõmen.41.dic̄ ꝙ ista distinctio.s.necessariũ ab alio ꝛ possibile ex se solũ re perit̃ i motu celi.ꝛ reddēs cãm isti^9 inq̄t:qꝛ motus est ab alio:sed suba hꝫ eē ex se. Pꝫ aũt ꝙ mot^9 hꝫ esse ab alio ef fectiue.Suba igit̃ celi si est necessaria ex se hoc est: qꝛ hꝫ eē ex se: put li ex se.dicit ꝑuationē cause efficiētis. Nam aliter rõ cõmē.ibi nõ ꝓcedit. ¶ Amplius cõmē.in.2.ce li.cõmen.102.inq̄t ꝙ si posuerim^9 ꝙ mediũ est cã graui tatis.Meli^9 ē dicere ꝙ ē cã ↄseruãs getē q̄ agens:ꝛ red dens cãm hui^9 subdit.Terra.n.nõ est generata fm totũ: q̄re eterna fm cõmen.rectius dicunt̃ hēre cãm ↄseruãtē q̄ cãm agentē. ¶ P.3°metaphy.tex.cõmen.3.in imobi libus nõ est efficiēs neqꝫ finis ꝛc̄. ¶ Rursus ꝓbat̃.eter na vlr̄ nõ hēre cãm efficiētē stãtibus duobus suppositis

que sunt notissima in via peripateticoru. p^m q ex nihilo
non fit aliquid. in hoc. n. conuenerunt omnes qui de na-
tura locuti sunt: q ex nihilo nihil fit: vt inquit phus in p
de physico auditu. tex. cōmen. 34. Secūdū suppositū est:
q motus celi nunq incipit esse: sicut pz octauo physico.
Istis stantibus probatur q entia eterna alia a primo nō
sunt facta. Et primo de mā: qz si mā esset facta mā eēt an
teq esset per p^m presuppositu. Et sña ista est arist. z com-
men. in primo phy. tex. cōmen. 82. Et. 12. metaphy. tex. cō
men. 12. vbi probat q mā nō generat: qz sic esset proces-
sus in infinitū vel saltim oportet deuenire q ex nihilo fi
at aliqd. Et per idē fundamētū probat q celū nō fit fcm:
qz tūc esset ex nihilo. Et per idē fundamētū probat q in-
telligentie non hnt cām agentē: qz tunc ex nihilo fuissent
producte. Et ideo cōmētator ꝯ Auicen. inquit. 12. meta.
cōmen. 44. q in intelligentijs nō est actio neqz cōsecu-
tio neqz pventus. ⁋ Propter has rōnes mot⁹ grego. ari
minēsis i scdo sententiarū. distin. prima. qōne prima. Di-
xit entia eterna nō hēre cām efficientē. ⁋ Cōfirmat ista
positio: qz in omni mutatiōe est terminus a quo z termi-
nus ad quē: vt pz quinto phy. tex. cōmē. 3. Si igitur celū
est productū ab intelligētia: terminus ad quē istius pdu
ctionis est eē celi. terminus aūt a quo erit celi nō esse. Et
tūc sequit celū nō semp fuisse. ꝯ phz in primo celi. ⁋ P.
cui nō cōpetit rō formalis cause efficientis tale nō est ef-
ficiens: sed sic est q rō formalis cause efficientis remoue
tur ab intelligētijs: z maxime a pma itelligētia. ergo. ma
ior pz per locū a cā formali ad effectū formalē. seu a diffi-
nitione ad diffinitū. Minor pz. Nā ratio formalis cau-
se efficiētis est principiū vnde motus: sicut est snia phy-
losophi in scdo physicorū. tex. cōmē. 29. prima aūt intelli
gentia respectu eternorū nō est pn^m: vnde motus. non. n.
per motuz ista producit i esse. quare zc. ⁋ Preterea. tūc
sequeretur q in deo esset prioritas z posterioritas. Et de⁹
esset prior seipso: quod est ꝯ phm z cōmentatorem. 12. me
taphy. tex. cōmen. 39. probatur sequela: nam certuz est q
deus est causa finalis oium. Si igitur vltra hoc esset cau
sa efficiens: cū cā finalis sit prior causa efficiente. Si igit
prima intelligentia in vtroqz genere causat: tunc ipsa eēt
prior z posterior seipsa. ⁋ Amplius si eterna essent pdu-
cta: tūc in ipsis eēt potētialitas: ꝯña est ꝯ commētatorez
12. metaphy. cōmen. 30. Et. 2. celi. cōmēto. 33. vbi hz q in
ente necessario nulla est possibilitas: z idē hz in cōmento
34. ꝯña deducitur. Nā omne productū est possibile pro-
duci. Aliter. n. impossibile fieri fieret: quod est absurduz:
tunc vltra. oē qd est possibile est nouū: qz est cōtingēs. mō
mā est per quā res pōt eē z nō esse. 7. metaphy. tex. cōmē.
22. z. 53. Si igit itelligētie eēnt pducte essent possibiles:
z si essent possibiles essent mālēs: z si mālēs: ergo corru-
ptibiles. ⁋ Cōfirmat p phm nono metaphy. tex. cōmē.
17. z. 12. meta. tex. cōmē. 35. vbi hz q nullū sempiternum
est po^a. Sed oē tale est actu ens. ⁋ Cōfirmat qz in eter-
gnantia agens duratione nõ p̄cedere effectũ suũ. Põt ⁊
hoc idẽ ↄfirmari per vnã distinctionẽ nostrã suprapositam de mẽte Cõmentatoris in 2°. caplo de suba orbis. si
militer nõ videt̃ repugnantia: qꝛ nõ esse alicuius tp̄e d̾
p̄cedere esse: supponat̃. n. ꝙ ordo ad nihil in p̄positiõe sit
affirmatus. vt sit sensus. creatura est facta post nihil. mo
do h̾ dictio: post: ordinez iportat absolute. Sꝫ ordo mu
tiplex est. s. duratõis ⁊ nature. si igit̃ ex cõi ⁊ vli nõ sequi
tur ꝓpriũ ⁊ particulare: nõ erit necessarium vt ꝓpter hoc
ꝙ creatura esse post nihil d̾: pͥus duratiõe fuerit nihil: ⁊
postea fuerit aliquid. sꝫ sufficit si pͥus nã sit nihil q̃ ens.
pͥus. n. inest vnicuiq̃ naturalr̃ q̄d cõuenit sibi in se: q̃ q̄d
solũ ex alio hꝫ: eẽ aut nõ hꝫ creatura nisi ab alio: sibi aũt
relicta in se ↄsiderata nihil est. vñ pͥus naturaliter inest
sibi nihil q̃ ens: nec opꝫ ꝙ propter hoc sit simul nihil ⁊
ens: qꝛ duratiõe nõ p̄cessit. non. n. ponit̃ si creatura semꝑ
fuit vt in aliquo tp̄e nihil sit: sꝫ ponit̃ ꝙ natura eius est
talis ꝙ esset nihil: si sibi relinqueret̃. Hec thomas. Pro
hac conclusione: etiaz faciunt omnes rationes adducte
post oppositum in questione.

Secunda cõclusio ad mẽtez pħoꝝ talis est. implicat deũ ⁊ vniuersa
liter oẽm itelligentiã imediate dare esse de nouo alicui
mãli gn̄abili ⁊ corruptibili. Ista ↄclo probat̃ ex his: que
hꝫ pħs in. 8. physico. ⁊ Cõmentator ibidẽ. cõ. 4. ⁊. 15. ⁊ in
lib°. destructio destructionũ. dsputatõe pͣ. ⁊ in. 7. metaᶜᵉ.
t. c. 28. ⁊. 31. in q̄b⁹ locis scribit̃ ꝙ a volũtate antiq̃ nõ po
test imediate aliq̄d nouũ ꝓuẽire. tum qꝛ oẽ nouũ impfe
ctuz est: ⁊ ois impfectio que est in effectu reducit̃ ad ali
quã impfectionẽ ⁊ nouitatẽ in causa. tum qꝛ s̃m eoꝝ pͥn
cipia omne nouũ mãle est: ⁊ mãle imediate nõ põt fieri
ab imãli: qꝛ tale nõ est generabile nisi per generationez
requirentẽ subꝫ: ⁊ cum gn̄atio requirat alterationẽ pre
uiaz. Et alteratio requirat ↄtactũ: ⁊ ↄtactus sit corpoꝝ:
cum contingentia. sicut illa quorũ vltima sunt simul. 5°
physicoruz. textu cõmen. 22. hinc est: ꝙ ab intelligentia
separata nihil potest secundum pħos imediate de nouo
prouenire: ⁊ ista fuerunt radices Aristotelis ad demon

strandum impossibilitatem ydearuȝ contra Platoneȝ: quantūcūq; aliqui dicant illas ratiōes non esse demonstratiuas. istam igitur generationeȝ requirentem subiectum ⁊ tempus in quo fit alteratio preuia ad generationem: negauerunt ph̄i in corporibus celestibus et in ipso mundo. Et cōtra hoc procedunt rationes ph̄i in octauo physicoꝝ: ⁊ in p̄mo celi. vbi demonstrat eternitatē mundi. ⁊ ideo dixit Auerroys. p̄mo celi. cōmento. 105. Defendentes aūt Platonem dicunt: ꝙ Plato in generatione mundi dixit: ꝙ partes mundi precedant mundūȝ natura: non tempore. Et si hoc dixit non discrepat a sententia Aristotelis. Et ita etiā sicut bene diximus nos: itelligūtur auctoritates Auerroys in aliquibus locis: in quibus videtur negare causam agentē in eternis ⁊ in abstractis a materia. Et ad hunc intellectū ꝓcedunt omnes rationes Cōmentatoris contra leges ponentes creationem mūdi de nouo: quia omnes rationes eius initūtur huic fundamento ph̄oꝝ ruinoso: cum hoc tamen bene stat ꝙ Cōmentator posuerit ⁊ Aristoteles aliquaȝ productionem ab eterno a cā p̄ma in genere cause efficiētis. ¶ Et per hoc pȝ solutio ad infinitas fere instantias Gregorij Ariminensis. nam ipse credidit ꝙ dum Cōmentator arguit cōtra ponentes creationē mundi de nouo: ꝙ Cōmētator vliter neget quālibet ꝓductionē mundi: ⁊ decepit ipsuȝ in hoc locus ꝯītis sicut vides.

Tertia conclusio ad mentem ph̄oꝝ est ista: ꝙ entia eterna citra p̄mū non habent esse post non esse: prout ly non esse. positiue precedit natura ipsuȝ esse. pȝ ista ꝯ. nam secundū ph̄um. omne eternū est necesse esse formaliter. sicut pȝ. 9. metaphysice. textu cōmē. 17. Et ideo nō est dare aliquod positiuuȝ nature vel duratiōis. In quo entia eterna nō sint: quia sic esset ponere aliquid fieri ex nihilo: qd̄ est inconueniens apud ipsos: tam in instanti nature q̄ȝ in instanti temporis. vnde ad hunc intellectū dixerūt ph̄i materiā ⁊ celum esse ingenita.

Quarta cōclusio est ꝙ alia entia eterna citra p̄mū habēt esse post nō esse prout ly nō esse precedit ꝑuatiue ipsuȝ esse. patȝ ista conclusio. nam sicut ex predictis pȝ: cum omnia entia citra p̄mū dependeant a p̄mo effectiue: talibus aptum natum esset inesse ipsum nō esse: si p̄mum nō esset. vnde potius. vt inq̄t subtilis Scotus in septima questione quolibetoꝝ. talia entia eterna alia a p̄mo carēt aliqua conditione essendi q̄ȝ entitate. videlȝ: quia non sunt a se: sed ab alio. ¶ Sed tu dices: ⁊ bene. entia eterna cū sint materia carentia que est causa per quaȝ res potest esse ⁊ nō esse. teste ph̄o in septimo metaphy. textu cō. 22. ⁊ 53. nō videt̄ igit̄ ꝙ si per impossibile p̄mū ens non esset: ꝙ talibus non esse competeret. ¶ Amplius. tunc tales intelligentie ex se essent possibiles: ⁊ ab alio eēnt necessarie: cuius oppositū sensit Cōmentator contra Auicennā. in 8° physicoꝝ. cōmen. 79. ⁊ in p̄mo celi: ⁊ in libro de substantia orbis. ¶ Amplius. si intelligētie essent causate: vt tu dixisti: essent possibiles: quia omne causatū est possibile: ⁊ omne possibile est nouuȝ: ⁊ ita intelligentie non essent ab eterno. ¶ Ad hec respondet̄. ad p̄mū dicimus ꝙ materia est ꝑncipium intrinsecū: per qd̄ aliquid compositū ex materia ⁊ forma intrinsece est possibile esse ⁊ nō esse in via Aristotelis ⁊ Cōmentatoris. ⁊ ideo nullum eternum formaliter et intrinsece est possibile esse ⁊ non esse: quia omne tale caret materia: que est ꝑncipiū possibilitatis: ⁊ contingentie. Et ad hunc intellectuȝ negat Commentator aliqd̄ ens possibile formaliter ex se ab alio extrinseco posse perpetuari: quia aliquid tunc natura fecisset ociosum: sicut est sententia eius. p̄mo celi. cōmen. 20. ⁊ alibi frequenter. Et ita dicimus nos omne eternuȝ formalr̄ esse ex seipso necessariū: ⁊ propter hoc diximus supra. ꝙ nō esse nō potest competere alicui eterno prius q̄ȝ esse in aliquo instanti positiuo vel durationis vel nature: quia totuȝ hoc est in rebus materialibus: tamen in rebus abstractis a materia stat bene aliquid formaliter esse necessarium ex se ⁊ effectiue ab alio: cum bonuȝ vniuersi: sicut testatur ph̄us in fine duodecimi metaphysice. consistat in ordine: ⁊ quia vbi est ordo ibi prius ⁊ posterius: sicut patet. quinto metaphysi. textu cōmen. 16. ⁊ est capl̄m de p̄ori. Ideo dicimus nos omnem multitudinem intelligentiarū referri ad vnū p̄mum efficiens. primam formam ⁊ vltimū finem. Et ita etiā de alijs est dicenduȝ: cum igit̄ deus sit causa istius ordinis: ⁊ nobilior ex consequenti isto ordine: non est dubiū ꝙ si deus non esset: talis ordo nō esset. ablata enim causa aufertur effectus. Et ideo dicimus nos: ꝙ lȝ eterna intrinsece nō habeāt aliquod ꝑncipiū per qd̄ deficere possint: cum tamē sua entitas ⁊ necessitas effectiue dependeat ab alio: non est dubium ꝙ si illud a quo dependent necessario: non esset: ꝙ nec ipse essent: et ita patet quomodo intelligētie non sunt ex se possibiles aliqua possibilitate physica: sed possibilitate quadaȝ logyca: que nihil aliud est nisi quedaȝ imperfectio seu ꝑuatio in ipsis: sicut alibi diximus. ¶ Ad aliud respōdet Auerroys in libro destructio destructionum. disputatione tertia. in solutione. 19. dubij. vbi inquit: ꝙ id qd̄ posuit ꝙ omne causatum est possibile esse non verificatur nisi in causato composito: sed impossibile est inuenire quid compositū eternale. ergo qd̄libet possibile esse est nouum: ecce igit̄ quomodo etiam ex hoc patet nullum nouum imediate a deo posse prouenire sm̄ ph̄os: quia omne tale est pole. ⁊ ecōtra.

Restat modo soluere argumenta principalia. ¶ Ad p̄mū dicitur: ꝙ Cōmentator in illa auctoritate nō vult aliud: videlȝ ꝙ i abstractis a materia non sit verū agens qd̄ agit cum abiectione contrarij ⁊ per veram transmutationem ⁊ motuȝ: tamen bene ibi est agens secundū similitudineȝ quod est agens producens dans esse circūscripto motu. Ad aliud dico sententiā Cōmentatoris ⁊ Aristotelis ibi procedere contra Platonem ponentem formas separatas a materia: quas ydeas nuncupauit: esse ꝑncipia generationis imediata istarum rerum sensibilium. modo vt dictum fuit supra: aliquod nouuȝ imediate a substantia separata prouenire nō potest: quia omne tale est mixtum cum materia: ⁊ omne mixtū cum materia fit a re mixta cum materia. sicut dicit Cōmentator. septimo metaphysice. cōmēto. 31. ⁊ duodecimo metaphysice. 13. ⁊ 18. cōmentis: non tamen negat Aristoteles ⁊ Cōmentator deum ⁊ intelligentias esse ꝑncipia effectiua istorū sensibilium: mediate tamen: cum secundo physicoꝝ. dixerit ꝙ sol ⁊ homo generant hominem: cuȝ igitur concedamus ista inferiora effectiue depēdere a deo: que imediate ab eo dependent: ⁊ habent esse: multo magis hoc de corporibus celestibus: ⁊ de alijs eternis hoc cōcedere debemus. nā vt īquit ph̄s in p̄mo de partibus animaliuȝ: capite p̄mo. quāobrē verisilius dixeriȝ celū ⁊ factuȝ esse ab h̄mōi intelligentia. si factum est: et esse ob eam causam: q̄ȝ animalia caduca atq; mortalia: ⁊ reddens causaȝ huius subdit. ordo enī ratus certusq; status longe magis in rebus pȝ celestib⁹: q̄ȝ in nobis. ¶ Ad aliud diffuse dixi in limitatiōibus meis vbi glosaui ꝓpōneȝ illam: q̄ñ aliqd pole ex se nō pōt ab alio perpetuari: qꝛ hoc hȝ locū in substātijs: nō aūt in accñtib⁹ sicut est istātia de motu celi: sȝ q̄ȝuis ista e-

ctat ad p̄sens:dico q argumentū ymaginat̃ q nō ꝓpter
quā motus sit ex se possibilis:ꝛ ab alio perpetuabilis nō
est:qꝛ depēdet ab alio effectiue:hoc aūt est falsum:ꝛ con/
tra Cōmentatorē ibideꝫ.nā motus celi non hꝫ possibili/
tatem essendi:ꝛ nō essendi a motore: qꝛ tunc ab eodē ha/
beret esse possibile ꝛ necessariū:qđ est absurdū. ꝛ ideo di
co q motus est possibilis ratione sui cōtrarij: qđ est qes:
qꝛ motui inquantū motus in genere sumptus:hꝫ contra
rium ipsam quietē. ista aūt ꝯtrarietas cuꝫ sit extrinseca
pōt impediri per agens extrinsecuꝫ: vel merito subiecti
in quo recipit̃.multa.n.ꝯtrariant̃ in iferioribus: que nō
ꝯtrariant̃ in superioribus. ꝛ ideo motus celi inquantuꝫ
motus est ex se possibilis : ꝛ vt sic non repugnat sibi non
esse:qꝛ vt sic nō caret contrario:tamē pōt ab alio perpe/
tuari. Et causa ꝓpter quā est ab alio perpetuabilis est:qꝛ
dependet in esse ab alio:ꝛ hoc habet inquantū talis mo/
tus est:cui vt sic nihil debet ꝯtrariari. teste phō in secun
do celi:ꝛ sic debet intelligi dcm̄ Cōmentatoris dū dicit:
motus aūt celi possibile est vt sit necessari⁹ ab alio ꝛ pos/
sibilis ex se:ꝛ causa in hoc est:qꝛ esse habet ab alio:ly cau
sa in hoc debet referri ad illud videlꝫ causa ꝓpter quam
est perpetuabilis ab alio ē: qꝛ depēdet in eē ab alio: ꝛ nō
ad illud: videlꝫ q sit possibilis ex se. vn motus celi du/
pliciter ꝯsiderari potest.vno modo ꝯm genus. Inquātū
motus est:ꝛ vt sic motus celi ex se.i.in ratione motus est
possibilis:qꝛ vt sic nō repugnat sibi habere ꝯtrariū : sed
q sit ab alio perpetuabilis:hoc habet ꝓ quanto conside
ratur inquantū talis motus:ꝛ q motus celi sit talis non
habet esse effectiue:nisi ab intelligentia:que semper idē
facere apta est:materiale aūt dependet a celo. vt pꝫ. sed
in substātijs non est sic:non.n.est reperire subam possibi
lem ex se:ꝛ perpetuabileꝫ ab alio:qꝛ possibilitas essendi
in substātijs est merito materie:que est ꝑncipiū intrinse
cum ꝛ subm ꝯtrarietatis ꝛ ꝑuationis:ꝛ talis possibilitas
extrinsece impediri nō potest: vt nō deueniat ad actum:
qꝛ vt inquit Cōmentator.ꝑmo celi.cōmentis.20.ꝛ.124.
tunc natura fecisset aliquid ociosum. formalr igit̃ dica/
mus q adequata causa propter quaꝫ celi motus sit ex se
possibilis ꝛ necessarius ab alio non est: qꝛ habet esse effe
ctiue ab alio.sicut tu ymaginaris . ideo argumentū non
concludit. ¶ Ad aliō dico q in eternis rectius dicit̃ cā
ꝯseruans q̄ agens. veꝝ est:si causa ꝯseruans distinguat̃
ꝯtra verū agens qđ agit cū abiectione contrarij educen
do aliquid de potentia ad actū:tale.n.agens est nouum.
vt pꝫ.sed nō distinguo causam ꝯseruantem ꝯtra causam
agentē secundū similitudinē:qđ idem est qđ causa ꝓdu/
cens dans esse sine motu:imo talis causa ꝯseruans. vt sic
est ideꝫ qđ agens:ꝛ ecōtra. ¶ Ad aliud respondet̃:q vt
hꝫ ibi Cōmentator ꝛ Albertus per imobilia phūs intelli
git entia mathematica:in qbus nō est finis: nec efficiēs:
qꝛ talia nō habent nisi causam formalē. vt pꝫ per Auer
roym.ꝑmo physico.cōmen.ꝑmo. ¶ Ad aliud responde/
tur.cōcedēdo ꝑmū suppositū ad hunc intellectū q ex ni
hilo nihil fit de nouo : tamē ex nihilo ꝑuatiue pōt aliqđ
fieri ab eterno modo supra exposito:ꝛ secunduꝫ supposi/
tum ꝯcedit̃ q motus nunq̄ incepit esse secundū phum.
¶ Et tunc dico ad argumentū:q phūs in ꝑmo physico.
dum ꝓbat materiā esse ingenitaꝫ:sua ꝓbatio ꝓcedit de
generatione que requirit subm : ꝛ alterationeꝫ ꝑmam:ꝛ
per consequens motū ꝛ tps.sic.n.procedit sua ratio: q si
materia taliter generaret̃ materia esset anteq̄ esset:vel
q esset processus in infinitum in materijs: talis.n.gene/
ratio est noua ꝛ requirit subiectū de necessitate: ꝛ sic ali/
quid ex nihilo fieri est absurdum in via ipsoꝝ: ꝛ ita etiā
procedunt rationes phi de celo : dum probat ipsum esse
ingenitum:eo modo generatiōis quo ista inferiora fiunt
gnābilia:sicut bene glosauit Cōmentator. ¶ Ad id aūt
qđ dicit̃ de intelligentijs.dico vt supra:q Cōmētator nō
arguit contra Auicēnā penes illud qđ ē eas habere cau/
sam efficientem:sicut imponit sibi Gregorius ariminen
sis: sed arguit contra modum ponendi illam productio/
nem in ipsis:nō tamen absolute negat: sicut dictum est.
¶ Ad confirmationem respondet̃ a quibusdā q nō oīs
mutatio requirit necessario q non esse precedat esse: qꝛ
certum est q generatio ꝓut distinguit̃ contra alteratio/
nem est mutatio:ꝛ tamen talis mutatio nō est de nō esse
ad esse: imo generatio pro subito prouentu forme simul
habet esse ꝛ nō esse. vnde dicunt isti q si generatio dicit̃
mutatio de nō esse ad esse:hoc est sumendo generationē
pro aggregato ex alteratione preuia: et subito prouentu
forme:ꝛ merito alteratiōis nō esse competit generatiōi.
Ita ymaginant̃ isti q in productione eterna terminus a
quo non est ipsum non esse: sed sufficit in talibus: q res
producta ex se habeat nō eē: sicut dicit heruens in quo/
libettis. ¶ Sed ista respōsio nō potest stare ꝓpter duo
que dicit.quoꝝ neutrum est verum:sicut mihi videt̃.qđ
.n.dicunt de generatione pro subito prouentu ibi simul
esse ꝛ nō esse:ꝛ q nō esse competit generationi merito al
terationis:hoc nō potest stare.nam phūs in.5.physicoꝝ.
textu cō.7.distinguit species motus ex suis per se termi
nis:termini aūt generatiōis vt generatio distinguit̃ con
tra alios motus sunt esse ꝛ non esse.quare generatio etiā
pro subito prouentu dicit̃ esse mutatio de nō esse ad esse:
Nec obstat qđ isti dicunt nō esse ꝛ esse in tali mutatione
simul esse:cum certū sit q cum simultate temporis stat
ordo nature. ¶ Amplius.reperire est aliquā mutatiōeꝫ
subitam quā nulla alteratio precedit:sicut est de illumi/
natione. Qđ etiā secūdo dicitur: q in talibus ab eterno
productis sufficit q productū ex se habeat non esse: hoc
non est tute dictuꝫ omnibus modis:quia si intelligatur
q talia producta ex se sunt nō entia positiue: falsuꝫ est se
cundum viam phoꝝ:cuꝫ talia ex se ꝛ formaliter sint ne/
cesse esse.si vero intelligāt talia ex se habere nō esse pri/
uatiue:recte dicunt.Et sic aliquid ab eterno produci de
non esse ad esse:prout ly nō esse ꝑuatiue natura precedit
esse:nullum sequit̃ inconueniens. nam in his in quibus
produci nō est aliud a producto esse:que de potentia ma
terie non educunt̃:nō oportet q nō esse precedat positi/
ue ipsuꝫ esse:nec duratiōe nec natura : sed in his que per
motum producunt̃ in quibus generari differt a genera/
to esse:requirit̃ hoc:q videlꝫ non esse precedat tempore
esse:vel saltim natura positiue.vt dcm̄ est : quia eoꝝ esse
terminus est mutatiōis ꝛ motus.in his autem que fiunt
absq̄ mutatione vel motu per simplicē emanationem:
seu influxum.pōt intelligi aliquid esse factuꝫ preter hoc
q quandoq̄ non fuerit:sublata eniꝫ mutatione vel mo/
tu non inuenitur in actione influentis principij : prioris
ꝛ posterioris successio. vnde necesse est vt sic se habeat
effectus per infinitum causatus ad causam influentem:
quādiu agit:sicut in rebus que per motuꝫ fiunt se habet
effectus ad causam agentem in termino actionis: cum
motu existentis:tunc autē effectus iaꝫ est:necesse est igi/
tur vt in his que absq̄ motu fiunt simul cū agētie influ
xu sit ipe effectus ꝓductus.si aūt actio iFluentis sine mo
tu extiterit:nō accedit agenti dispō vt postmoduꝫ possit
agere:cū ꝑus non potuerit:qꝛ iam hec mutatio quedam
eēt.potuit igitur semper agere influendo:vnde ꝛ effect⁹
productus itelligi potest semper fuisse. hec Thomas in
tractatu de āgelis.opusculo.15.capitulo nono. ¶ Ad ali/
ud de diffinitione efficientis:dictū est supra dupliciter.

¶ Ad aliud respondetur ꝙ non incõuenit. ꝙ deus vt efficiens sit posterior seipso vt finis: qr ista prioritas ⁊ posterioritas est scdm modũ intelligẽdi nostrũ: vt inquit cõmẽtator duodecimo metaphy. commẽ. 39. Eo modo quo etiam aduersarius concedit hoc in exponendo quõ celum mouetur a duplici motore: teste commẽtatore. iz. metaphy. cõmen. 41. ¶ Ad aliud de potentia respondet̃ negãdo ɔñam: qr arg͛ cõcludit ꝙ si eterna generarẽtur eo modo quo inferiora: tunc in eis bene esset potentialitas: qđ tamen non est: vnde ibi non est potentialitas aliqua realis ⁊ positiua: sed solum logica ⁊ priuatiua ad modum declaratum. Nec hoc est contra cõmẽtatorẽ: qr in. 3. de aĩa. cõmẽ. 5. in solutione tertie qõnis. dixit. ꝙ in omni intelligentia citra primam reperitur ista potẽtialitas. Et ideo ibi dixit. ꝙ in alijs intelligentijs differt qdditas ⁊ essentia. Et in libro destructio destructionũ. disputatione sexta. in solutione sexti dubij. dixit ꝙ prima causa est quiditas absoluta: ⁊ alia entia quiditatẽ habẽt. Uel aliter põt dici ꝙ in entibus eternis alijs a primo non est potentia eo modo quo potentia est differentia entis: de qua phũs in nono metaphysi. tex. cõ. iz. ꝙ in eodem precedit tempore actum: ⁊ hoc modo eterna non dicuntur possibilia: immo necessaria. potest tamen concedi ad bonum intellectum aliquod eternuz esse possibile: prout possibile idẽ est quod causabile ⁊ obiectum potentie causatiue dei. Et hoc modo possibile non opponitur necessario: nec talis potentia opponitur actui nec separatur ab actu: possibile igitur prout idem est quod causabile non opponitur necessario formaliter: sed necessario a se: sicut est deus qui est necesse esse a se: ⁊ est ens incausatum. Alia autẽ entia eterna sunt formaliter necesse esse seipsis formaliter: effectiue autem a deo: ⁊ qr suam necessitatẽ habent ab alio sic dicuntur possibilia. tale aũt possibile non distinguit̃ ɔ necessarium sicut vides. Et ideo dixit commentator. in secundo celi. commento. 34. ꝙ possibile in eternis est necessarium. ¶ Sed ɔtra hoc instatur: qr primo celi. cõmẽto. 134. Nihil est possibile respectu agentis nisi illud sit possibile respectu passi. Si igitur eterna essent possibilia respectu agẽtis: essent ⁊ respectu passi: quod est absurdũ: nisi esset ꝙ illud dictum hꝫ locum de potentia ⁊ possibilitate primo modo: que competit enti nouo producto ꝑ motũ. non aũt de potentia secundo modo: cuꝫ phũs dicat nono metaphy. tex. cõmẽ. ꝑmi. ꝙ i plus est po͛ ⁊ actus ꝙ̃ in his que dicũtur scdm motum solũ. ¶ Ad confirmationem illam dicitur ꝙ in eternis non differt posse ab esse: quia in nullo instanti temporis vel nature positiue potẽtia est sine actu: sicut est in istis inferioribus: tamen in aliquo instanti nature priuatiue ibi potẽtia differt ab actu: ⁊ hoc non negant phi. ¶ Ad vltimum rñdetur negando ꝙ si entia eterna sunt producta ꝙ esse eorum est in continuo fieri: qr talia ab eterno sunt producta in esse permanenti: ⁊ in quada mensura permanenti que non est transiens in preteritum: sed semꝑ manet ⁊c̃.

Postquam vidimus deum effectiue cõcurrere ad productionem eternorum quantũ ad subam: opꝫ videre: vtruꝫ ſm phõs habeat causalitatem effectiue respectu motus an solum moueat vt finis: et alie intelligentie effectiue sicut tenuit Johannes. Et arguitur ꝙ nõ moueat effectiue. Nam preter motorẽ primũ qui solum mouet vt amatum ⁊ desideratum oportet ponere alium motorem mouentem effectiue: sicut pꝫ. iz. metaphy. commen. 36. ⁊ clarius. commen. 41. ¶ Amplius omne quod imediate efficit motum: agit propter aliquid nobilius se. Sed de͛ nõ agit propter aliquid nobilius se: cum ipse sit optimuꝫ eorum que in natura sũt: ergo deus non immediate mouet. Maior est Arist. ⁊ commentatoris. z. celi. tex. cõmen. 6z vbi habet̃ ꝙ actio semper est in duob͛: ⁊ cuius gratia fit. ⁊ huius gratia. Minor est nota: ꝙ deus nõ agit propter aliquid nobilius se: cum ipse sit omnium entium nobilissimum ⁊ perfectissimum: sicut pꝫ. 5. metaphy. caplo: de ꝑfecto. ¶ Amplius sequeretur motum fieri in instanti: qđ est absurdum: probatur sequela stãtibus duobus suppositis. primũ ꝙ deus agit ex necessitate nature. secunduꝫ ꝙ deus sit infinite potẽtie: tunc sic. si deus est infinite potẽtie intensiue ⁊ agit naturaliter: ergo agit ſm vltimuꝫ virtutis sue. Et per ɔñs potentia actiua eius in infinitum excedit resistẽtiam mobilis: finiti. n. ad infinitum nulla est propoitio: ⁊ per ɔñs motus proueniret subito: qꝛ quocunqꝫ motu dato in aliqua mensura adhuc in minori: ⁊ minori mensura a deo in infinitum est producibilis. Confirmatur ex sententia cõmentatoris. iz. metaphy. commẽ. 41. vbi hꝫ. ꝙ celum mouetur a duplici motore: quoruꝫ alter est finite motionis: ⁊ est anima existens in eo. Alter vero est infinite motionis: ⁊ est potẽtia que non est i mã. ¶ Ad oppositũ est phũs ⁊ cõmẽtator. in. 8. phy. versus finem. vbi via motus concluserunt eternitatem primi motoris. ⁊ in tex. commenti. 84. phs ⁊ cõmẽtator ostendunt ꝙ primus motor qui nõ est in materia est in maximo circulo. s. equinoctiali: quia ibi maxime apparet opatio ei͛: ⁊ ibidem dicit commentator: ꝙ oẽs leges conueniunt in hoc ꝙ deus habitat in celis. Ex quo pꝫ deum ſm Aristo. ⁊ cõmentatorem effectiue mouere celum ⁊c̃.

In hac qõne tenuit Johannes de ianduno in octauo physicorum: in qõne propria de hac mã: ⁊ ẽt in hoc. iz. metaphy. propter rationes adductas ante oppositum ꝙ deus non mouet immediate celũ effectiue ſm phõs. Et istius opinionis ante ipsuꝫ fuit doctor subtilis i septima qõne quolibettorũ. ¶ Sꝫ vt mihi vr̃ ista positio non potest stare. Nam Aristo. iz. metaphy. tex. cõmẽ. 44. ex numero motuũ venatur numerum intelligentiarum mouentium. hoc autẽ non eẽt: si deus imediate non moueret celũ. ¶ Amplius quõ via motus demonstraretur imãlitas dei: si deus non immediate mouet. ¶ Amplius commentator. in primo caplo de substantia orbis ɔ Auicennam vult ꝙ abstracta a mã mouẽt in duplici genere cause: finalis. s. ⁊ efficiẽtis. Ideꝫ hꝫ. iz. metaphy. cõmẽto. 38. Et propter hoc ipse dixit ibidem. in cõmen. 36. ꝙ si forma balnei esset separata a mã moueret vt efficiẽs: ⁊ moueret vt finis. ¶ Ampli͛ in secundo capite de suba orbis hꝫ: ꝙ celũ indiget motore largiente sibi motum ⁊ permanentiam eternam: hic autem motor qui largitur celo permanentiam eternã deus est: sicut supra visum est. ¶ Amplius. iz. metaphy. cõmento 48. hꝫ: ꝙ nulla suba abstracta est que nõ moueat aliquẽ orbeꝫ: qr tunc inueniretur in dispositione diminuta: que ɔñа deducitur ex his que ipse dixerat supra. in cõmento 36. vbi dixerat ꝙ intelligentie primaria intentione agũt ꝑꝑ se: ⁊ secundaria intentione agũt propter ista iferiora: sicut etiam ipse testatur in secundo celi. 17. ⁊. zi. commẽ. Nam intelligẽtie sunt communicatiue sue perfectionis. Et si hoc verificatur de ipsis: quanto magis est de prima intelligentia. in qua nulla prorsus est inuidia: cũ ab optimo sicut dixit plato: lõge relegata sit inuidia. Et qꝛ talis perfectio ſm phõs non põt cõicari istis inferioribus nisi mediante motu celi: hinc est ꝙ si aliqua esset forma a mã liberata que non moueret aliquẽ orbem: tunc esset in dispositione diminuta: qr deficeret sibi medium cõmunicandi suam perfectionem istis entib͛: que sunt hic. Et sic intelligit̃ dictum commentatoris in secundo celi. com-

mento.xi.vbi habet ꝙ omne agẽs quod agit propter se primaria intentione agit propter aliud secũdaria intentione nisi illud non esset nã innata ad largiendum. non enim hoc dictum debet intelligi: sicut quidã exponẽtes: immo peruertentes ⁊ inuoluentes cõmentatorem dicũt ꝙ ibi cõmentator per illud nisi. excipit deum: qui secundum ipsos nõ immediate agit. ❡ Sȝ ista expõ destruit iudiciũ cõmẽtatoris: q2 tunc deus non esset natura innata ad largiendũ: qđ est in fine abbominationis ⁊ ꝯ phiaȝ. rationem. veritatem: immo cum deus sit quiditas absoluta: ⁊ ens ⁊ bonũ ⁊ veruȝ per essentiam: Alia aũt omnia sint quiditatem habentia: ⁊ sint bona ⁊ vera per ꝑticipatione bonitatis ⁊ veritatis que in ipso est per essentiã: sicut testatur cõmentator in secundo prime phie. cõmẽ.4. Dicimus nos ꝙ deus est natura maxime innata ad largiendum: cum vt inquit Boetius sit forma liuore carẽs. Et ideo dicimus nos ꝙ illud nisi ẽ tanꝗ aliquid ad impossibile ducens: ⁊ nõ est aliquid possibile asserens: sicut isti fingunt. Et scđm hoc fundamentum ẽt deducitur cõsequentia cõmẽtatoris in scđo metaphy. commento primo. vbi facit ꝯñaȝ: que ab oĩbus posterioribus derisa fuit: dicit. n. ꝙ si intelligentie nõ essent intellecte ab intellectu nostro: tunc eẽnt ociose in nã. Non enim vis istius rationis cõsistit in hoc. vȝ. ꝙ essentie intelligentiarum sint existentes: q2 ab intellectu nostro intelligantur: q2 bene videbat cõmentator ꝙ essentie rerum sunt existentes: lȝ nõ intelligãtur: sicut est sententia eius. cõmento.58. in se primo metaphy. Sed ideo dixit illud qm̃ eẽntie intelligentiarũ sunt nature innate ad largiendum: vnde repugnat eis ꝙ non sint cõmunicabiles. Et ideo si intelligentie nõ cõmunicarent suam intellectionem intellectui nostro: essent ociose: q2 intellectionem nulli alij a se cõmunicarent. Cũ tamen illa intellectio nãliter sit cõmunicabilis: q2 repugnat ei icommunicabilitas. Et ideo eẽnt ociose: immo addi potest in via eius: ꝙ non essent intelligentie. Et ita dicimus nos ꝙ si aliqua itelligentia immediate non moueret aliquem orbem: tũc esset in dispositione diminuta: ⁊ esset ociosa fm̃ viam pħorum: sicut recte cõfirmat cõmentator. xi. metaphy. commen.44. vbi hȝ ꝙ si prima forma que est deus non esset mouens: ⁊ nõ haberet actionem sicut reliqui motores: quãuis illa actio sit magis nobilis ⁊ magis vĩis esset ociosa. ❡ Amplius i cõmento.37. eiusdem hȝ expresse. ꝙ substãtia abstracta q̃ est intellectus ⁊ primum principium est: agit motuȝ ⁊ est motus finis. ❡ Amplius. io. metaphy. cõmẽ.7. ingt ⁊ intendit ꝙ cum huic fuerit iunctum quod declaratum est in physicis. s. esse primum motorem eternum ⁊ absolutũ ab omni mã: ⁊ declarauit post: qđ hoc nõ solummodo est principium tanꝗ motor: sed tanꝗ forma ⁊ finis: declarabitur ꝙ illud est vnum de quo declaratum fuit hic: ꝙ est principiũ substantie: sicut est declaratũ ꝙ est actus vltimus: cui nõ admiscetur potentia omnino. Ecce ꝙ p̃muȝ principium de quo solum verificatur ꝙ sit abstractum ab omni poᵃ ꝙ mouet vt efficiens. ❡ Amplius duodecimo metaphy. cõmen.5. inquit. declarat ẽt in hoc tractatu ꝙ principium prime substantie abstracte ẽt est substãtia ⁊ forma ⁊ finis: ⁊ quod mouet vtroqȝ modo. Ecce expresse ꝙ primum principium fm̃ commentatorem mouet vtroqȝ modo. s. vt efficiens ⁊ vt finis: idem hȝ in cõmento sequenti. ❡ Amplius infra. cõmento.30. ingt. motor eternus est actio pura sine aliqua poᵃ oĩno. Si. n. eẽt cũ potentia aliqua non semper motus ab eo proueniret. ❡ Amplius phs in. xi. meta. tex. cõmenti.43. ingt. Nos aũt dicimus de diuinis substantijs. principium eniȝ ⁊ primum entium non mouet neqȝ essentialiter neqȝ accidentaliter: ⁊ mouet ⁊ facit primum motuȝ eternũ. Multas alias auctoritates adducere potuissem quas tedio affectus pretermitto ⁊c̃.

Ad rationes in oppositum respondetur. ad primum dico ꝙ in abstractis a materia non differt efficiens a fine sicut infinitis dicit cõmẽtator: ⁊ ideo nõ oportet alium motorem ponere in ratione finis: ⁊ alium in ratione efficientis. ❡ Ad aliud respõdet formaliter commentator in. xi. metaphy. commen. 37. vbi inquit. ⁊ intendit per hunc sermonem distinguere inter primum principium: ⁊ alia principia abstracta. Alia enim videntur esse electa ⁊ desiderata propter alia scȝ principia aliorum motuum celestium: preter motum diurnum. quod aũt hunc motuȝ facit videtur esse electũ per se ⁊c̃. Et si Johannes hanc auctoritatem vidisset nunꝗ illã rationem adduxisset: nec in illam opinionem incidisset. Nam hic clare vides: ꝙ primum pᵐ efficit motuȝ diurnum: ⁊ non mouet propter aliũ motorem: q2 non est finis sub fine sicut alij motores: sicut est sententia eiꝰ etiam in cõmen.44. ❡ Ad aliud respondetur ꝙ p̃muȝ suppositum absolute posset negari. Nam proprie loquendo deus nõ agit nãliter neqȝ scđm voluntatem que est ĩ nobis: sed altiori modo: vt diximus de mente commentatoris: ad bonum tamen intellectum concedatur: secundum vero suppositũ scđm pħos expresse negandum est: non enim deus est vigoris infiniti secunduȝ ipsos. Ad auctoritatem cõmentatoris. in cõmen.41. duodecimi metaphy. respondetur ꝙ per illud commẽtator non vult celum moueri a duobus motoribus realiter distinctis: sed ab vno motore mouente scđm duas rationes mouendi scȝ vt efficiens: ⁊ vt finis: pro tanto autem dixit commentator ꝙ motus vt prouenit a motore in ratione efficientis est finite motionis: ⁊ est anima existens in eo. i. vt sic est forma appropriata proprio mobili: vt autem mouet vt finis. talis motor est anima seu potẽtia separata: q2 vt sic est finis vltimus: sub quo oẽs alij motores: qui sunt finis sub fine ordinãtur: ⁊ vt sic motus est infinite motionis. i. durationis. Naȝ motus non sumit eternitatem: vt prouenit a motore mouente vt efficiens: sed vt prouenit a motore mouente vt finis: sicut ipse met commentator declarat seipsum in illo commento ex sententia themistij: ⁊ tu illuc recurre ⁊c̃.

Postquam vidimus intelligentiam primã habere causalitatem effectiuam: vltimo loco ⁊ breuiter videamus: vtrum ipsa sit causa finalis eternorum: ⁊ arguitur ꝙ non. Nã vt hȝ cõmentator ĩ primo capitulo de substãtia orbis. in abstractis a mã nõ differt efficiens a fine: cum igitur alie intelligentie a prima sint causa efficiens motus erũt ⁊ ꝑ ꝯñs finis: ⁊ ita nõ habebunt alium finem a sui met suba. ❡ Amplius commentator in secũdo capite de suba orbis. Et. xi. metaphysice. cõmen.36. ponit differentiam inter animal celeste: et ista animalia que sunt hic: q2 in istis aĩalibus generabilibus amatũ est distinctũ essentialiter ab amante: ⁊ est extrinsecuȝ ab eo: vt est sñia ẽt phylosophi in octauo physicorum. tex. cõmen.20. Sed in animali celesti idem est amãs ⁊ amatum omnibus modis. ergo reliquitur ꝙ alie intelligentie citra primam non habẽt alium finem amatum a sui met substantia. ❡ Cõfirmatur: quia tertio metaphy. tex. cõmen. tertij. in immobilibus non est efficiẽs neqȝ finis. ❡ Ad oppositũ est sententia pħi ⁊ cõmentatoris. xi. metaphy. tex. cõmen.36. ꝙ primũ principiuȝ mouet vt amatum ⁊ desideratum. Idẽ hȝ cõmentator decimo metaphy. cõmen.7. Et. xi. metaphy.5. ⁊.6. commẽtis. vbi hȝ ꝙ idem est primum efficiens prima forma ⁊ vlti-

mus finis. ¶ Amplius perfectissima causalitas non debet denegari perfectissime cause: sed causalitas finis est pfectissima causalitatũ: qȝ hȝ rõnẽ optimi: ⁊ hȝ rationem mouentis non moti: q̄ oia debẽt attribui deo: sicut pȝ.z. phy.tex.cõmẽ.zi. Et.z.metaphy.tex.cõmen.8. Et.5.metaphy.tex.cõmen.3. vbi dicitur finẽ habere rationem optimi: g̃ causalitas finis maxime attribuenda est deo ⁊c̃.

Pro solutione istius q̃onis opȝ premittere quasdaȝ distinctiões. Prima distinctio est ista. Duplex est finis vltimus.s.non ordinatus ad vlteriorem finem. Alter vero est finis sub fine ordinatus.s.ad vlterioreȝ finẽ. Colligitur ista distinctio ex itẽtione Auero.iz.metaphy.cõmen.37. vbi ponit differẽtiaȝ iter primũ principiũ ⁊ alia abstracta a mã: qȝ primũ pn̄ᵐ est electũ propter se. Alia aũt sũt electa pp ipsum: ista distinctio est de intẽtione Auer.iz.meta. commen. 44. Et in lib. destructio destructionũ. disputatione tertia. in solutione.i8.dubij. vbi cõparat corpus celeste in suis motibus ipsi animali. Et cõparat ẽt ipsuȝ vni ciuitati in qua est vnus princeps: sub quo alij magistratus sunt constituti. Est ẽt hec distinctio de mente eius in secũdo celi.commen.4z.⁊.70. ¶ Scḋa distictio est ista. duplex est finis. primarius ⁊ scḋarius. finem primarium appello qui pria intẽtione intendiť: finis võ secundarius est qui cõcomitanter ⁊ secundaria intentione intendiť: colligitur ista distinctio de intentione Auer.iz.metaphy.cõmen.36. Et ex scḋo celi.17.⁊.zi.cõmentis. huius aũt distinctionis accomodatũ exẽplũ ponit cõmentator.iz.metaphy. cõmẽ. 36. de illo qui exercitatur in aliqua arte pp ↄseruationeȝ sue sanitatis. dicimus.n. cõseruationẽ sanitatis esse fineȝ primariũ. Exercitationẽ aũt in aliqua arte dicimus finẽ secũdarium. ¶ Tertia distictio est ista. duplex est finis. attingendus ꝟm esse: ⁊ finis attingendus per motũ. patet ista distinctio: qȝ aliter nõ possemus saluare: q̃uo de fine ↄsiderat nãlis ⁊ metaphysicus: lȝ.n. vnũ ⁊ ideȝ subiecto possit ingredi duas artes. tamen hoc est ꝟm imaginationes diuersas: vt testatur cõmentator.z.physice auscultationis.cõmen.7i. Cũ igiť de fine per motum attingendo ↄsideret nãlis: Metaphysicus considerabit de fine attingendo ⁊ imitabili scḋm esse: sicut est sententia eius duodecimo metaphy.5.⁊.6.commentis. Et alibi frequenter.

Istis stantibus ponũtur conclusiones. Quarum prima est ista. Primum principiũ est finis vltimatus oium eternorũ: Alia autem eterna sunt finis sub fine. Ista ↄclusio q̃tuȝ ad primum probatur: qȝ in omni genere cause est deuenire ad vnum primũ qḋ est cã totius illius generis causalitatis: tũ qȝ in ẽntialr ordinatis nõ est processus in ifinitũ: tum ẽt quia ablato primo nõ est inuenire posteriꝰ. hoc idẽ demõstrat phus in.z.metaphy.tex.cõmen.8. Quantũ autem ad zᵐ probatur ista ↄclo: nã sequitur ex primo. Cũ.n. in vno genere cause nõ sit inuenire duo eque pᵐa: ⁊ eodẽ mõ causantia: cũ primũ pn̄ᵐ sit vltimatus finis: necesse est vt cetera abstracta a mã: que ẽt sunt finis: cũ in eis finis nõ differat ab efficiẽte. Erunt igitur finis sub fine. Et ista ↄ est de intẽtione cõmẽtatoris.iz.metaphy. cõmen.37. vbi ingt. ⁊ intendit p hũc sermonẽ distinguere inter primum pn̄cipiũ ⁊ alia abstracta: Alia.n. principia videntur esse electa ⁊ desiderata pp alia.s. pn̄ᵃ aliorum motuũ preter motũ diurnũ: qḋ aũt hũc motũ facit videtur esse electũ pp se. Et infra.cõmento.44. inquit. Dicamus q̄ nulla forma est quasi finis ⁊ communis ⁊ vniuersalis: nisi illa ex eis q̄ hȝ actionem cõem: ⁊ hec est dispositio forme mouẽtis pᵐ celũ motu diurno: dispositio.n. in iuuamento corporũ celestiũ adinuicẽ in creando entia que sunt hic ⁊ cõseruando ea: est sicut dispositio regentiũ bonorũ qui iuuãt se ad inuicem in regendo bonam ciuitatẽ: qm̄ oẽs actiones eorum sunt erga actionem primi principis. Queadmoduȝ igitur primus princeps in ciuitatibus necesse est vt habeat actionem propriam que est nobilissima actionum. Et si nõ: esset ociosus: quã actionem intendũt per suaȝ actionem oẽs qui sũt sub primo principe: queadmodũ igiť necesse est in istis principatibus: vt primus principatus sit: sicut est necesse in actionibus principum: vt prima actio sit: sic est intelligendum de istis formis mouentibus corpora celestia ⁊c̃.

Secunda cõclusio Primum principiũ est finis eternorum attingendus scḋm esse. Ista cõclusio est de intentione phi in pᵒ celi.tex.cõmen.ioo. vbi hȝ q̄ celũ depẽdet a primo principio: a quo cõmunicať esse ceteris entibus: his q̄deȝ clarius: his vero obscurius: ⁊ eandem sniam hȝ duodecimo metaphy.tex.cõmen.38. Pro itellectione cuius ↄclonis tu debes scire: q̄ vt scribit phs ⁊ cõmentator.5.metaph. caplo de perfecto. deus est ens simpliciter perfectũ: ⁊ est ens per essentiam: alia aũt sunt entia per participationẽ: scḋm metaphy.cõmen.4. Quoniã aũt oẽ ens per participationem hȝ reduci ad aliquod ens per essentiam: sicut dixit diuus Plato: pp hoc entitas ista ⁊ perfectio que est per ẽntiã in pᵐo ente cõmunicatur ⁊ imitatur ab alijs entibus in gradu compossibili sue nature: perfectio eniȝ ista cõmunicata multitudini entium non consistit in pũcto: cum octauo metaphy. spẽs entium sint sicut numeri. Et si consisteret in puncto omnia entia essent idem: imo per recessum vel accessum ad pᵐum aliud alio diciť esse perfectius: ⁊ hoc est qḋ dixit cõmentator.iz.metaphy.cõmento.44. q̄ ordinatio intelligẽtiarũ a primo est precisa. Propter h̄ igiť dicimꝰ nos q̄ scḋa itelligẽtia est aliquãta perfectio que eminenter in pᵐo pn̄cipio continetur: ⁊ ita de alijs entibus imitantibus esse dei vnũquodq̄ ꝟȝ qḋ potest: vt inquit phs secundo de aĩa.tex.commen.34. Et secũdo celi.tex.cõmen.64. Aduerte tamen q̄ duplex est participatio. vȝ. participatio essentie ꝟm esse formale: sicut dicimus medios colores participare extrema ꝟȝ oẽ formale sub esse refracto tamẽ. Alia aũt est participatio essentialis dependentie: ⁊ sic dicimus omnia entia participare esse diuinum: nõ primo modo: ita q̄ essentia diuina iret formalr essentias aliarum reruȝ. Sed ista participatio est in alietate nature essentialiter depẽdẽs a deo in triplici genere cause: sicut cõmentator dicit multotiẽs q̄ idẽ est primũ efficiẽs pᵐa forma ⁊ vltimus finis. Nota tñ pro hac ↄclone q̄ lȝ ab omni ente causato primum principiuȝ sit imitabile in gradu essendi. Differenter tñ hoc est respectu abstractorum: ⁊ respectu sensibiliuȝ: modus enim communicandi alter est ibi ⁊ alter hic: sicut supra dictum fuit ⁊c̃.

Tertia conclusio principalis est ista: lȝ deus sit finis vltimatus omniũ entium: vt dictum est: alia tamen entia sunt finis secũdarius ipsius dei: pȝ ista ↄclo: qȝ oẽ quod primaria itentiõe agit pp se: secundaria intentione agit pp aliud: nisi illud nõ sit nã apta ad largiẽdũ: vt.d. cõmentator.z.celi.cõmẽto.zi. qḋ non est dḋm de deo: cum ipse sit imense largitatis. ¶ Amplius tũc deus eẽt inuidus: sicut in simi arguit phs ↄ simonidẽ in prohemio metaphy. ¶ Amplius eẽt ociosus ꝟm phos si non haberet aliquã actionem p quã secundaria intẽtiõe ageret propter alia extra se: sicut arguit cõmẽtator.44.cõmen.iz.metaphy. Et scḋo celi.cõmen.zi. Quare relinquitur q̄ alia entia sint finis secũdarius ipsius dei. ¶ Sed hic est locus dubitatiõis. Naȝ.z.

phy.cōmen.88.ista est dispositio entis necessarij: vt sua actio sit propter ipsum:non ipsum propter suam actionē. Accideret aūt deum esse propter suam actionem: si propter cetera entia que sūt effectus eius ageret. ¶ Amplius finis h₃ ratione optimi.2.physicorum. tex. cōmen.31. Et.2.metaphy.tex.cōmen.8. Sed nihil est melius deo: ergo nihil preter deum est finis dei. ¶ Amplius commētator.12.metaphy.cōmen.37.primum principium est solum electum propter se:alia abstracta sunt electa pꝑter alia:nec valet si dicatur ꝙ primum principiū est electu₃ pp se prima intentione:Alia aūt sunt electa primaria intentione propter alia:quia ēt ipsa primaria intētione sūt propter se.ergo nulla est differentia contra commentatorem inter principium primū ⁊ alia abstracta. Et hoc argumentum est difficile sicut vides ⁊c.

Ad primum dicimus omne necessariu₃ primaria intentione esse propter se:⁊ nō propter sua₃ actionē:nisi secundaria intentione:⁊ ista nō repugnant. ¶ Ad aliud dicimus nos ꝙ illud verificatur de fine primario qđ h₃ rationem optimi:non de fine secūdario:sicut glosat cōmentator.2.celi.cōmento.21. ¶ Ad vltimum dicimus:ꝙ l₃ principiu₃ primum ⁊ alia abstracta in hoc conueniant ꝙ primaria intentione agant propter se:⁊ secundaria intentione propter alia. Differūt tamen adhuc: q₂ actio dei ita est primaria intētione pp se ꝙ nulli alteri fini priori subordinatur: immo sistit in se tanq̄₃ ad terminū. Sed actio aliorū abstractoꝝ:l₃ sit primaria intētione propter se: in ordine ad inferiora entia: tamen actio ista subordinatur alteri actioni nobiliori ⁊ vliori:sunt enim alia abstracta fines particulares sub fine vli constituti.deus aūt est vltimus finis vlis:⁊ cōmunis omnibus:sicut dicit commentator.12.metaphy.commen.44.Actio igitur dei est actio absoluta:⁊ actio intelligentiarum in relatione consistit: sicut quiditas dei est quiditas trāⁱ:⁊ alia abstracta quiditatem habent:sicut ipse dicit in lib.destructio destructionum. disputatione 6ª in solutione sexti dubij.Et in tertio de aīa.in cōmento.5. in solutione tertie questionis ⁊c.

Ad argumenta principalia.Ad primū dictū est: ꝙ alie intelligentie sunt finis sub fine:q₂ in omni genere cause op₃ deuenire ad vnū primum.pluralitas enim mala principantiu₃. Ideo vnus est priceps:sicut dicit ph̄us in calce.12.prime ph̄ie. Et in.2.metaphy.tex.cōmē.8.demonstrat ꝙ in causis finalibus essentialiter ordinatis non est in infinitum tendere:sed est ad vnū deuenire. ¶ Ad secūdū dico: ꝙ dr̄ia inter intelligentias ⁊ animalia inferiora cōsistit in hoc: q₂ ipse principaliter agunt propter se. Secundaria vero intentione agunt propter alia.Et hoc verissime de prima intelligentia verificatur que omnibus modis primaria intentione propter se agit. Alie autem intelligentie possunt ad duo comparari.ad īferiora ⁊ ad ipsum deum. Si ad inferiora:sic primo agunt propter se.Scđario vero ꝓpter inferiora.Si aūt ad deum cōparentur sic agunt primo pp deum:vt sibi complaceant:⁊ secundario agūt pp se:⁊ in hoc attenditur distinctio inter animalia inferiora ⁊ ipsas intelligentias.Na₃ animalia semꝑ mouentur ab extrinseco motore:puta ab appetibili a quo perficiūtur. Sed intelligētie primaria intentione agūt propter se.Et si agunt propter ista inferiora:hoc non est vt acqrant aliquam perfectionem ab ipsis:sed agunt ex sua bonitate: vt perficiat ista ⁊ ea in esse producāt.Et hoc maxime verificatur de p̄io ente:qđ est in fine bonitatis:de quo verificatum est apud ph̄os:ipsum esse primum principiu₃: primam formam: ⁊ vltimum finē. Que igitur mihi visa sunt ad mentem ph̄orum de causalitate intelligentie sūt hec ad presens.Ad laudem eius quo melius nihil excogitari potest.Si quid autem in istis annotationibus dictū est qđ christiane religioni aduersetur: Illud ex mente cōmentatoris ⁊ Aristotelis dictum est a nobis:non q₂ illis dictis nos assentiamus:sed hec pauca ad mentem ipsorum conscripsimus narrando intentionem ipsorum: sicut interpretem decet.nec in hoc pretermittere volui aliquid de mente ipsorum: esto ꝙ illud fidei aduersari videatur. Deus enim: vt inquit Augustinus: non indiget nostro mendacio.

F I N I S.

¶ Expliciunt annotationes super Johannes de Janduno super questionibus metaphysice:Edite per excellentem phylosophum Marcum antoniu₃ zimara sanctipetrinatem. Anno dn̄i.1505.kalendis februarij: cum laude omnipotentis dei ⁊ sue virginis matris marie.⁊c.

¶ Impresse venetijs mandato ⁊ sumptibus heredum quondam nobilis viri dn̄i Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis. Per Bonetum locatelum bergomense₃ presbyterum octauo idus Martias.1505.

¶ Johannes antonius roxelus de corato ad lectorem.

Qui fuerat tenebris pressus:mēdisq₃ refertus
  Gandauus:nitidū marcus ad astra tulit.
Quē caries:⁊ quē discerpserat ipsa vetustas
  Restituit lacerum marcus ad astra virum.
Quantus aristotiles tantus gandauus habetur:
  Qui solus clarum fecit aristotilem.
Ergo age perpetuas grates studiosa iuuentus
  Zimarrae:qm̄ iam patet omne sophos.

¶ Dominicus fontanus monopolitanus ad lectores.

Uirbius vt superos tenuit:dum sparsa coegit
  Membra per aequoreum dilaniata litus.
Reddidit vt pelopi depastos iuppiter artus:
  Utq₃ ebore ornauit membra nouata deus:
Zimara restituit nobis discerpta reformans
  Uiscera gandaui marcus:⁊ excoluit.